BIBLIOTECA NAZ.
XVI
D
5
NAPOLI

XVI
D.
5.

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XVI
D
5
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

JOSEPHI MORISANI

S. METROPOLITANAE REGINAE ECCLESIAE CANONICI

DE

PROTOPAPIS

ET

Deutereis Graecorum, & Catholicis eorum Eccleſiis

DIATRIBA.



NEAPOLI MDCCLXVIII.

EX TYPOGRAPHIA SIMONIANA.

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

EXCELLENTISSIMO . DOMINO

D. FRANCISCO . VARGAS . MACCIUCCA

EQUITI . HIEROSOLYMITANO

IN . SUPREMO . REGNI . DICASTERIO

UNI . EX . QUATUOR . AULIS . PRAEFECTO

SANCTIORIS.CUBICULI.S.CLARAE.QUINQUEVIRO

REGALIS . JURISDICTIONIS

PROCURANDAE . TUENDAE . RESTITUENDAE

DELEGATO

PUBLICAE . ANNONAE . CURATORI

VIRO . ERUDITISSIMO . HUMANISSIMOQUE

JOSEPH . MORISANUS

S. P. AC. F.

OPuſculum, quod duas praecipue in hac Regina Civitate exornat Eccleſias, alteram Regii Patronatus, alteram Regali Juriſdictioni ſubjectam, ſi alicui, ut moris eſt, nun-

Digitized by Google

cupandum erat, nullum certe, Vir Excellentiſſime, Te meliorem adſciſcere Patronum poterat, qui pridem Sacratiſſimi Patrimonii jura egregie defendiſti; nunc autem Regalem Juriſdictionem, oculi Principis pupillam, Diadematis ejus unicam gemmam, Summi Imperii columen tueri pergis. At vero quonam pacto Te Viro in omni diſciplinarum genere excultiſſimo dignum eſſet: mihique homini tenui, & obſcuriſſimo in extremo Regni margine latitanti, ad Te in Urbe Maxima ſummi Ordinis Virum, ſumma Dignitate Clariſſimum, qui in aequitate moderanda Regiam & perſonam, & auctoritatem ſuſtines, pararetur acceſſus, hoc opus, hic labor erat. Nihil enim in illo, quod Cleanthis lucernam oleat; nihil niſi vulgare, ac proletarium

paſſim

Digitized by Google

paſſim occurrit : quippe, quod ad eorum juvenum inſtitutionem elaboratum ſit, qui prima Eccleſiaſticae Eruditionis pomoeria inauſpicato vix tranſierunt. Deinde quei ego nullis in Rempublicam meritis notus, curtae homo ſupellectilis, & imi ſubſellii, nec adeo bonis artibus expolitus, ut publicam gerere perſonam poſſim, brevi, ſed inverecunda fronte Potentum limina attingerem, Muſis hactenus quidem, ſed intra ſiparium canere adſuetus? Verum, quae Tua ſingularis, & inaudita Humanitas fuit, qua homines litteris deditos, quocumque injuria fortunae conſiſtant loco, fovere non deſinis: illud accidit inſperato, ut quum forte typis committi folia audieris, illa ad Te adferri juſſeris, dignaque Tuis obtutibus feceris, ſingulari bonitate

lau-

laudaveris, meque animo labantem jucundiſſime erexeris; ac recreaveris. Res porro ſucceſſit quacumque opinione melius. Evenit mihi, divina prope benignitate, quod Zachaeo homini puſillo, qui quum Servatorem noſtrum, ut ne quidem ſpectare poſſit, metueret, blanda ab illo adpellatione invitatus, eundem apud ſe habuerit diverſantem. Ad haec vero & ſtatim me aureo illo Tuo Chartarum Carthuſienſium Examine donaſti: opere nimirum lectionis immenſae, accerrimique Criterii, quod ſi Artis Diplomaticae penum dixerim, & Criticae Diſciplinae armamentarium, parum profecto pro merito, ac dignitate dixerim. Quid inter haec agerem non animi dubius penſitavi. Ecce Opuſculum meum quale quale ſit, Tibi, cui viſum eſt meas eſſe ali-

quid

Digitized by Google

quid putare nugas, humillime ſiſto. Decus illi repetant alii ab avito Tuorum Stemmate; patrocinium quoque ab eximia eruditione Tua acceſſiſſe credant: ego nonniſi incomparabili Humanitati Tuae debitum adgnoſco. Habebit illud quidem obtrectatores ſuos; ſed ne idcirco ſileant rogo, quod ſplendidiſſimo Tuo Nomine fulgeat. Ego Te Judicem eligo, non Patronum. Ad Supremum iſtud Tribunal Sapientiae non minus, quam Poteſtatis Tuae lubens adpello. Abs Te enim ſcientiarum omnium Promo-condo, Regiae Mentis Voce, Principis Voluntatis Interprete probata, quis non recipiet: craſſa deleta litura; emendaturis ignibus quis non dabit? Hanc igitur paullo audaciorem, quam nuper ſuſcepi, ſed aequiſſimam voluntatem meam aequi Te quoque,

boni-

Digitized by Google

bonique conſulturum magnopere confido, tamquam inſignem Tuae in Litterarum cultores Benevolentiae teſtem: meae vero erga Te, Virum omni ex parte Excellentiſſimum, verae Obſervantiae pignus, ſincerae Gratitudinis argumentum. Eidem poſtremo in Te interpellando audaciae, quam ſuaviſſima illa Tua, ac fuci expers Comitas perſuaſit, oro ut ignoſcas: meque ignotum hominem, & repentinum inter illos enumeres velim, qui D. O. M. obteſtantur, ut Te Reipublicae, ac litterarum bono ſoſpitem quam diutiſsime, & incolumem ſervent. Hoc enim beneficio adeo me Tibi devinxiſti, ut aliud reſolvere non valeam; & gratias agere vix poſsim, referre numquam. Vale. Regii Jul. III. Eid. Octobr. CIƆIƆCCLXVII.

Digitized by Google

I N D E X
C A P I T U M

De Protopapis, & Deutereis Graecorum, & Catholicis eorum Eccleſiis Diatriba.

CAP.I. *Moris apud Graecos* Protos *in quaecumque officia frequenter inducendi ſpecimen. Indicantur Scriptores, qui de officiis Aulae, & Eccleſiae Conſtantinopolitanae aevi inferioris egerint.* Proti, *qui potiores in Aula fuerint, recenſentur.* pag.2.

CAP.II. *De officiis Eccleſiaſticis in quibus* τῶν πρώτων *denominatio apud Graecos occurrit. De Protoſyncellis, Protecdicis, Protonotariis, Protocereis, Protopſaltis, Protocanonarchis nonnulla, ejuſdem ſpeciminis cauſſa, traduntur.* pag.19.

CAP.III. *Invecta etiam* τοῦ πρώτου *ab Graecis denominatio in gradus Ordinum. Agitur de Protothronis, ac Protopresbyteris. Hos ſequiores Graeci Protopapas vocarunt. Item de Protodiaconis. Protepiſtolariis, & Lectorum Protochiriis.* pag.36.

CAP.IV. *De Papae voce, ex qua compoſitum Protopapae nomen. Unde ortum traxerit, & ubi primum audita? Quibus collatum Papae vocabulum, & qui tandem Romano Epiſcopo fuerit reſervatum. Vocari eô nomine etiam Presbyteros apud Graecos, ſed pronunciatione, atque inflexione diversâ. Inde conſtructum Protopapae Vocabulum, quod Protopapâs, non Protopapa eſt en veriloquio.* pag.47.

CAP.V. *De Protopapis Eccleſiae Cpolitanae agitur. Quaenam Dignitas in ea Eccleſia Protopapatus fuerit? Qui Exocatacoeli Cpolitani, & quomodo ſupra Protopapam, & Epiſcopos ſublati? De veteri Diaconorum faſtu, ac ſupercilio plura.* pag.62.

CAP.VI. *Cpolitani Protopapae Patriarchalis Eccleſiae S.Sophiae praerogativae potiores ſacrificante Patriarcha relucebant. Quo ſenſu primus in Sanctuario dictus, & cur Ecdicus etiam nun-*

cupatus? Ejus in ſacri unguenti officio munus. De ceteris Graecarum Cathedralium Protopapis nonnulla, etiam ex ſpuriis monumentis. pag.89.

CAP.VII. *De Protopapis Plebium Curionibus. Eos ſequiori aevo Chorepiſcopis quodammodo ſucceſſiſſe conjicitur. Qui olim Chorepiſcopi fuerint, & qua de cauſſa eſſe deſierint? Eâ occaſione de Periodeutis nonnulla. Vigere apud Maronitas adhuc Chorepiſcopos, ac propterea nonniſi unicum habere Eccleſiae Cathedralis Protopapam. De illo plura.* pag.104.

CAP.VIII. *Protopapas Palatinus in aula Cpolitana qui fuerit? Varia illius munera inluſtrantur; ſive in benedictione menſae Imperatoris, ſive in ejuſdem ad Eccleſiam ingreſſu. Item in conſecratione aquae in feſto Theophaniae, & in lavipedio Coenae Domini, quae in Capella Palatina fiebant. Denique in Coronatione Imperatoris, in Enthroniſmo Patriarchae, & in procinctu ad aciem.* pag.115.

CAP.IX. *Accuratae de Deutereis Graecorum notitiae. A Diptychis Eccleſiaſticis nomen habuiſſe omnino falſum. Multo autem minus a Diphthera factum vocabulum. Notiſſima vocis origo ab numero ordinali. Quid inter Deutereos, & Deuterarios ex uſu apud Graecos diſcriminis? Deuterei Eccleſiae Cpolitanae officia, ac locus. De Deutereo etiam Diaconorum nonnulla.* pag.136.

CAP.X. *Excurſus Hiſtorico-criticus ad nonnulla ſcitu neceſſaria priuſquam de Calabriae Protopapis agatur. De Calabriae nomine primum in Bruttios translatô. Inde de Metropolitano illorum ante ſaeculum VIII., deque ritu, quô divina officia apud eos celebrabantur. Poſtremo de abſtractione dioeceſeon a Patriarchatu Romano ab Graecis facta, ejuſque Epocha, deque Metropolitanis Siciliae, atque Calabriae ſub Graecis plene diſſeritur.* pag.146.

CAP.XI. *Excurſionis proſecutio. Eccleſiarum Calabriae, atque Siciliae antiquior abſtractio ex Diatypoſibus Eccleſiae Cpolitanae confirmatur. Earum quaenam vetuſtior? Qui Epiſcopatus Metropolitanis Siciliae, & Calabriae, & quo tempore addicti fuerint, & de novo S. Severinae Metropolitano ab Graecis erecto. Regium primam in Regno Neapolitano Metro-*

tro-

Digitized by Google

tropolis Eccleſiaſticae dignitatem obtinuiſſe concluditur. p.180.
CAP.XII. *Occaſione data de reditu Calabriae , atque Siciliae ad antiquum ſuum Patriarcham Romanum agitur . Reginae Eccleſiae jus Metropoliticum ſub Graecis adeptum , a S. Gregorio VII. illi ſarctum tectum ſervatum fuiſſe uberius oſtenditur . Alexandri III. Diploma , quò jura illius adſeruntur, quodque deperditum putavit Ughellus, ex autographo editur . De Epiſcopatibus Reginae Eccleſiae ſuffraganeis nonnulla delibantur .* pag.210.
CAP.XIII. *Ad Protopapas redit oratio, ſive Cathedralium, ſive Plebium Curiones, qui in Calabria ſub Graecis fuerunt. De S. Leone Epiſcopo Catanenſi, & Demetrio Epiſcopo Corcyrenſi pridem Eccleſiae Reginae Protopapis. Reliquiae Protopaparum in Calabria, ac Sicilia, poſt quam ad Romanum Patriarchatum rediere . De Protopapa Meſſenenſi , ac ritu graeco-latino in ejus Eccleſia diligenter hactenus ſervato aliqua ex propoſito. Item de Protopapa Corcyrenſi, & an Neapoli aliquando viguerint Protopapae.* pag.233.
CAP.XIV. *Unde factum iis Eccleſiis , in quibus Protopapae inveniuntur , Catholicarum nomen ? Variae ea de re ſententiae expenduntur . Eam adpellationem Cathedralibus a Graecis primum tributam, progreſſu temporis ad Eccleſias quaslibet Baptiſmales fuiſſe translatam . Traductionis hujuſmodi cauſſa , & Can. Trullani LIX. de Catholicis Eccleſiis vera expoſitio . Non alia de cauſſa inductum id nomen, niſi quia ſexus uterque ad eas Eccleſias conveniret, videri .* pag.265.
CAP.V. *De Catholica Regina, ejuſque Protopapa . Eam Eccleſiam, aut Cathedralem ſub Graecis fuiſſe conjicitur , aut Parochialem certe ſub Northmannis Principibus pro Graecis deſtinatam . Miſerrimus Reginae Urbis ſtatus ſaeculò X. Saracenis ingruentibus, in eam rem adducitur . Ex quo tempore, & qua de cauſſa ritus Graecus in ea deſierit . Quomodo ejus Protopapae eligantur . Eorum, quotquot hactenus innotuerunt, Syllabus Eccleſiae ejuſdem Dyptichis inſerendus .* pag.276.

Digitized by Google

Admodum Rev. D. Jacobus Martorelli in hac Regia ſtudiorum Univerſitate Profeſſor, revideat, & in ſcriptis referat. Datum Neapoli die 13. *Aprilis* 1767.

Nicolaus de Rosa Ep. Put. C. M.

REX SAPIENTISSIME.

Nil magis optabant Graeci, quam patrias ſervari hiſtorias, ac monumenta, hinc non privus ex eorum ſcriptoribus ad nos ſententiam illam amandavit, *ἱςορίας ἱςάσθαι τὰς ἐγχωρίας καλόν*: imo rati ſunt duo civibus debere eſſe cariſſima *νόμον*, *καὶ χώραν*, *leges*, & *patriam*: hinc hujus egregii voluminis Auctor *De Protopapis*, & *Deuteraeis*, &c. opprime commendandus, qui ſacras ad has dignitates ſua in Eccleſia honeſtiſſimas deſcribendas, ac fortaſſe primus aggreſſus eſt, ac improba multorum auctorum lectione opus hoc arduum confeciſſe demiratus ſum: utinam tot Graeciae Magnae eruditiſſimi viri ejus exemplum ſectantes ſacras, & τὰς ἔξω hiſtorias ejus clariſſimae regionis nobis traderent, non vero nocturnas vigilias, & quidquid conceptum, & meditatum eſt, aggererent, perdiu notus eſt verſus ille, *μόχθυ γὰρ ὐδεὶς τῦ παρελθόντος λόγος*, nam hujus *acti laboris nulla habetur gratia*. At ſi quis curam longiorem eo in opere optet, meminiſſe oportet vetus dictum, *συγγνώμη πρωτοπείρω*, *venia danda primum experienti*. Cum autem Graecanica, & ſacra officiorum munia Tuarum regni civitatium hoc in volumine concelebrentur, a Te, Rex indulgentiſſime, illud edendi in lucem nil vetat quin facilitatem auctor impetraturus ſit.

Neapoli ante diem XV. Kal. Jan. 1767.

In celſiſſimam dignitatem Tuam
Jacobi Martorellii novum ſemper obſequium.

Digitized by Google

Die 6. menſis Februarii 1768.

Viſo Reſcripto ſuæ Regalis Majeſtatis ſub die 5. currentis menſis, & anni, ac relatione Rev. D. Jacobi Martorelli, de commiſſione Rev. Regii Cappellani Majoris, ordine præfatæ Regalis Majeſtatis.

Regalis Camera Sanctæ Claræ providet, decernit, atque mandat, quod imprimatur cum inſerta forma præſentis ſupplicis libelli, ac approbationis dicti Rev. Reviſoris; Verum in publicatione ſervetur Regia Pragmatica. Hoc ſuum.

CITUS PRÆSES. VARGAS MACCIUCCA.

Cæteri Ill. Aularum Præfecti non interfuerunt.

Reg. fol. 2. a t.
Carulli.

Athanaſius.

Reve-

Digitized by Google

Reverendiſſimus Dominus D. Nicolaus de Ambroſio S. Th. Profeſſor revideat, & in ſcriptis referat. Datum die 21. *Decembris* 1766.

PH. EP. ALLIFANUS VIC. GEN.

Joseph Sparanus Can. Dep.

EMINENTISSIME DOMINE.

Diatribam de Protopapis, & Deutereis Graecorum, & Catholicis eorum Eccleſiis, ſumma animi voluptate percurri. In ea & nihil offendi, quod veræ Religioni, boniſque moribus ſit adverſum; & plurima deprehendi, quibus lector, in ſacra praeſertim eruditione, inſtrui, ac oblectari poſſit. Ea ſiquidem rerum copia, & elegantia, de ſibi propoſitis, ac pleriſque aliis Eccleſiarum Grecarum Ordinibus, ac Dignitatibus, inſtitutae, refertaeque ſunt elucubrationes, ut ad pleniſſimam cujuſque muneris, ac totius fere Graecanicae Hierarchiae notitiam, ſive ex penitiori medii aevi hiſtoria, ſive ex optimo critices delectu, nihil deeſſe videatur. Quumque clariſſimus Auctor, in ſacris hiſce miniſteriis, ab Rhegina, aliiſque Calabris, Siculiſque Eccleſiis eruendis, non modo de antiquiſſima ejus patria, verum etiam de pluribus utriuſque Siciliae urbibus, optime ſit meritus; utpote quas, vel graecis olim ritibus florentes, commentario ſuo illuſtravit; non dubito, quin elaboratum hoc opus, earum quoque decori, nedum ſacrae archaeologiae ſtudioſorum bono, ceſſurum ſit, ſi, juſſu Eminentiae Tuae in lucem prodeat. Pridie Nonas Februarias A. CIƆIƆCCLXVIII.

Eminentiae Tuae

Omni obſequio ſtudioſiſſimus
Nicolaus Ambroſius.

PH. EP. ALLIFANUS VIC. GEN.

Joseph Sparanus Can. Dep.

Digitized by Google

LECTISSIMIS ADOLESCENTIBUS

In Seminario Reginae Eccleſiae Convictoribus.

PRAEFATIO.

Diu mecum, multumque quaeſiveram, Adoleſcentes Lectiſſimi, quodnam vobis offerrem Xenium litterarium, quo & meam erga vos induſtriam, & veſtram in cultioribus diſciplinis addiſcendis diligentiam poſteritati teſtatas relinquerem. Inſtitutiones Eccleſiaſticas, novum opus, novâ methodô diſpoſitum, ex SS.PP., & Conciliorum decretis, atque ſummorum Pontificum ſanctionibus, improbô labore collectum, quod his hactenus in veſtro Seminario praelectum fuit, jam pridem vobis paraveram. Sed ſpiſſum illum centonem ad umbilicum licet deductum, tot curis diſtento ad incudem revocandi ſublatum ocium, ac poteſtas. Adeo ſcilicet in vobis procurandis, frementibus quamvis ſanae doctrinae oſoribus, totus fui, ut vobis etiam ipſis in hoc deeſſe oportuerit. Alia fortaſſe tempora opus illud ſtudiis quidem veſtris adprime proficuum, ſed vero militiae cui nomen dediſtis longe utilius; ſufficient opportunius. Illud interim ſuccurrit, ſubripere tandem vobis tantillum operae. Quamobrem in ſubſecivis illis temporis reliquiis, in quibus a Chori penſo, a Scholae pulvere, a Fori ſtrepitu vacare licuit, Diatribam hanc, quam haud invito extorſerat olim ex alumnis meis cariſſimus Aloyſius Barillius, in veſtri gratiam uberrimis adnotationibus auxi: Vobiſque, qui prima jam Eccleſiaſticae Hiſtoriae, & Sacrorum rituum rudimenta delibatis, in mei erga vos, bonaſque, quas colitis artes, amoris teſſeram, pro-

Digitized by Google

proponendam cenſui. Inde porro plura diſcetis praemature, quae ritus heic olim uſitatos exponunt, quae voces, reſque in noſtris antiquitatibus obvias, apud vulgares plane Auctores fruſtra quaeſitas, vobis exhibeant in promtuario. Imitari quippe hac in re non piguit Cl. Antonium Mariam Lupium S.J. virum doctiſſimum, qui ut Adoleſcentes Panormitani Collegii rei lapidariae elementa doceret, unius novi marmoris expoſitione, totam fere quanta quanta eſt complexus eſt artem. Haud diſſimili nimirum ratione (quantum ima ſummis comparari fas eſt) conatus ſum ego, unius Graecanicae Dignitatis, ut vocant, in Calabriae frequentiſſimae inluſtratione, Hiſtoriae Eccleſiaſticae medii aevi regionis ejuſdem, ac rituum in ea tunc vigentium ſeriem in proſpectu veluti poſitam vobis proferre ; ut brevi lectione haud difficulter in promtu, ac numerato habeatis, quod immensâ, operoſâque, ac rariorum etiam Auctorum opus erat, ut obtineretis. Nimius enimvero aliquando fuiſſe videor ; ſed vos inſtruenti numquam hiſtoriarum ſatis. Vobis adſutae ſunt longiores oris laciniae, non doctis viris, qui ſtatim ex ungue leonem noſcunt. Vobis graecarum vocum tranſcriptiones, expoſitioneſque, ac redditae e verbo ad verbum in latinum periochae, quibus illi non egent. Qua quidem in re, hoc etiam vos monitos volo, me in conſcribendis litteris noſtris aliquot Graecorum vocabulis, ut loco in quo ſcribo ſtilum adcommodarem, eum aliquando, ſequutum fuiſſe vulgarem pronunciandi modum, quem in Calabria noſtra Italiotae, qui graece, ut noſtis, in nonnullis locis loquuntur, & Monachi praeſertim Baſiliani in Choris ſuis, in illis efferendis adhibent. Non enim me latet, quanta hodie contentione in Academiis Attica pronunciatio reſtitui curetur ; & quam vos quoque in Scholis veſtris in ejuſmodi pronunciatione delicatuli ſitis. Poſtremo aliud interdum egiſſe, dum ſcriberem, aliud non dixiſſe terſum, ac limatum nullus dubito. Viam nempe diligenter non tenui, ſed per ſaltus quoſdam e calcaria, quod dici ſolet, in carbonariam meis ingratiis tranſilienti, nunc dormitaſſe conſequens fuit, nunc haeſiſſe : eoque minus orationis verba atroci ſtilô effodere licuit. At cuncta haec ſuſque deque habenda eſſe exiſtimavi, dummodo, & veſtrae inſtitutioni conſulerem, & meae erga vos obſervantiae pignus darem.

Digitized by Google

rem. De his quae dormitanti mihi in hoc opuſculo exciderunt, doctorum hominum judicium lubens praeſtolabor; quum illud animo meo jamdiu inſederit, quod M. Auguſtinus initiô libri ſecundî de Trinitate de ſe olim ſcripſit: Magis optabo a quolibet reprehendi, quam ſive ab errante, ſive ab adulante laudari. Nullus enim reprehenſor formidandus eſt amatori Veritatis. *Huic Sanctiſſimo Numini omnia in hac opella litare, & ne tranſverſum quidem digitum, aut latum unguem ab ea excedere, quoad in me fuit, omnino non defui. Si ad ſcopum collimavi, non ab eis quibus veritas in deliciis eſt, gratias exigere præſumam. Etenim dum veritati aeque, ac juſtitiae litamus, debitum ſolvimus, non conferimus beneficium. At honeſtatis certe laudem, ut ſolitum quod parit odium ab eis quibus non adridet reportaturum, neutiquam dubitabo. Sin vero, quod humanum eſt, a meta deflexi, aequum monitorem, ac juſtis momentis, quae adfert librantem, gratiſſimô animô excipiam. Ego enim ab eodem B. Auguſtino* (1) *ſic eſſe comparatus didici*, ut neminem velim ſic amplecti omnia mea, ut me ſequatur, niſi in iis, in quibus me non errare perſpexerit . . . . Nec pigebit me, ſicubi haeſito quaerere; nec pudebit, ſicubi erro, diſcere. Proinde quiſquis haec legit, ubi pariter certus eſt, pergat mecum; ubi pariter haeſitat, quaerat mecum; ubi errorem ſuum cognoſcit, redeat ad me; ubi meum, revocet me. *Verum ex antecoeptis quibuſdam opinionibus omnia penſitantes rabulas, non modo non audiam, ſed nec fortaſſe impune abire ſinam. Intereſt enim plurimum Reipublicae barbarum hocce, atque inflexibile hominum genus, qui aut adfectibus obſiſtere neſcii, aut præjudicatis, adſcitiſque ſemel adſenſu lubricô ſententiis, tamquam polypi ad ſaxum pertinaciter adhaerentes, veritatem in injuſtitia detinent, aut fores obſerant veritati, veluti monſtra in ſcientiarum exitium oborta, ab omni Terrarum Orbe eliminari. Ad ſtilum deinde quod adtinet, alterius Maximi Doctoris Hieronymi* (2) *exemplo edoctus, quum non ἀττικωτάτοις auribus, ſed veſtris potius, cultis quidem, ſed*

non

(1) S. Auguſt. de dono perſev. cap. 21. & 1. de Trin. cap. 4.

(2) Epiſt. 125. quae eſt ad Damaſ. Pap. qu. 2.

non adhuc excultis, de rebus potiſſimum Eccleſiaſticis, verba facerem, illas non Quinctiliani floſculis, & ſcholari declamatione mulcendas, aut ex flumine Tulliano rivulos eloquentiae ducendos eſſe exiſtimavi. Pedeſtri, & quotidianae ſimili, & nullam lucubrationem redolenti oratione uſus ſum, quae rem explicet, ſenſum ediſſerat, obſcura manifeſtet, non verborum compoſitione frondeſcat. Sint alii diſerti; laudentur, ut volunt, & inflatis buccis, ſpumantia verba trutinent. Mihi ſufficit ſic loqui, ut intelligar. *Vos interim Adlecti Adoleſcentes contrariâ ſane viâ omni praejudicio exſuti, contendite curſu jam coeptô pertingere ad optatam metam. Ad eam, quae non alia profecto eſt, niſi* Virtutum ſumma, neminem pervenire poſſe jam maturum *olim didiciſtis*, niſi, qui puer ſeminariô (3) virtutum generoſiore concretus aliquid inclytum deſignaſſet: qui multa fecit, tulitque puer, ſudavit, & alſit. *Agite itaque, alacres pergite, & macti ingeniô, macti novâ virtute eſte, novella Eccleſiae germina. Sic porro itur ad aſtra. Strenam hanc, quam proximis Kal. Januariis more majorum vobis offero, aequi vos, bonique conſulturos, quae veſtra humanitas eſt, neutiquam animi dubius, a D. O. M., a quo* (4) omne datum optimum, & omne donum perfectum, *omnium bonorum Vobiſmet adprecor adfluentiam. Valete, Creſcite, & Eccleſiae vos Servate.*

Pridie Eid. Octob. CIƆIƆCCLXVII. Regii. Jul.

(3) Vopiſcus in Probo paullo poſt initium. Horat. in arte poët.

(4) Jacobi primô.

Digitized by Google

DE PROTOPAPIS
E T
Deutereis Graecorum, & Catholicis eorum Eccleſiis.

DIATRIBA.

IN hoc poſtremo Italiae angulo, inter eos qui in ſortem Domini ſunt vocati, quamvis enumeres multos licet, apud quos reſonant haec nomina frequentiſſime, tamen quid ſibi velint, quove pacto venerint in uſum (abſit invidia verbo) paucos vix invenies, qui probe intelligant. Reliquias eſſe veteris Eccleſiaſtici ritus, qui medio aevo graecus heic fuit, nemo unus eſt, qui paſſim non ructet; ſed in quas ab remota antiquitate inveſtigandas, animum ex noſtris adpuliſſe cognovi neminem. Quamobrem quum & heic Regii patriae meae in omni antiquitatum genere haud obſcurae iſtiuſmodi Eccleſia ſit, quae Catholica nuncupatur; eaque inſigni ornata Collegio, in quo & primas tenet Protopapas, & Deutereus ſecundas: officiorum ejus, ac rituum origines inveſtigare a cive patriae amante haud alienum putavi. Occaſionem eo libentius arripui, quo adoleſcentium, qui in hoc Regino Seminario Clericali militiae nomen dederunt, Eccleſiaſticae inſtitutioni praefectus, plures alios Graecorum ritus, atque officia, quae heic olim vigebant, illis luculentius exponerem, atque ita ad eccleſiaſticas antiquitates, praeſertim noſtras, via ac methodo pertractandas facilius pararentur. Quae ſane cauſſa fuit, cur extra metam interdum vagari videar, & quam doctos viros latere haud patiar, ne dum nova exſpectant, me totum eſſe in parergis accuſent. Addam & mea magnopere intereſſe ut ſciant, haec me identidem in eodem angulo ſcribere, ea deſtitutum librorum ſupellectile, quae huic Spartae adornandae

Digitized by Google

neceſſaria foret. At non idcirco, quod culpa apud eos vacare, vel culpam ſaltem ab eis deprecari velim. Scilicet, etſi neque imprudenter, neque compellentis imperio hanc noxam admittam, non peto mihi uti ignoſcatur, propterea quod adoleſcentulos ad Graecanicas Eccleſiae noſtrae antiquitates inſtructiores reddidiſſe; ac iter, fonteſque, unde tot aliae antiquitates noſtræ, ſocordia noſtra jacentes, commode inluſtrari poſſint, hac qualicumque praeluſione mea noſtratibus indicaſſe, me certe numquam poenitebit. Ad haec vero & illud futurum ſpero, ut, dum Eccleſia iſta in dies evadit inluſtrior, ſplendori quoque ſuo, hac tenui diſſertatione mea, ſymbolam ipſe contulerim.

CAPUT I.

Moris apud Graecos Protos *in quaecumque officia frequenter inducendi ſpecimen. Indicantur Scriptores, qui de officiis Aulae, & Eccleſiae Cpolitanae aevi inferioris egerint.* Proti, *qui potiores in Aula fuerint, recenſentur.*

I. PRotopapas ab Eccleſia Cpolitana, & Capellis Caeſarum Byzantinis ſuam traxiſſe originem, indeque in alias Graecorum derivaſſe non inanis conjectura eſt, ubi non antiquior occurrat eorum memoria, niſi in Eccleſiae, Aulaeque Cpolitanae monumentis. Sane frequentiſſima fuere apud ſequioris praeſertim aevi Graecos nomina *ἀπὸ τȣ̃ πρωτȣ̃*, aliiſque compoſita, quibus primum quemlibet in dignitatis, officiive ordine deſignarent. Ventoſa ſcilicet natio, fœcundiſſima utens lingua, hujuſmodi loqui vocibus multum amabat: novaſque quum ſaepe inveheret dignitates, ſplendori quoque nominum ſtuduit, in quibus inveniendis haud nimium adlaborandum erat, ſive propria miſceret, ſive propriis aliena. Inde factum ut in officiis quibuslibet, ſive Eccleſiae, ſive Palatii diſtinguendis, tribus quibuſque paginis nomina ructet, aut hibrida, aut ex eadem lingua commixta. Et in primoribus quidem ordinis alicujus deſignandis, frequentiſſime antepoſita voce *τȣ̃ πρωτȣ̃* utitur; aliquando & poſtpoſita. Nam & *Decaprotos* legimus, & *Ico-*

& *Icoſaprotos* apud Chariſium Juriſconſultum (1) in Digeſtis; quos ex ordine Decurionum in municipiis Decemprimos, & Vigintiprimos dixere Latini.

II. Lubet heic, quamvis in re ſatis nota, paullulum exſpatiari. Non enim, ut praediximus, doctis viris, ſed noſtris haec ſcribimus, qui graecas antiquitates jamdiu deſeruere. quinimmo quae praemittimus, commodius viam ſternunt, cunctaque fere ad ea quae inveſtigamus opportune conducunt: Cum primis autem in officiis Palatii Graecorum Caeſarum invenies Protoſebaſtos, Protoveſtiarios, Protoſcriniarios, Protopatricios, Proto a ſecretis, Protonobiliſſimos, & ejuſmodi ſexcentos. At non minus in officiis Eccleſiae Cpolitanae occurrunt Protoſyncelli, Protecdici, Protonotarii, Protochirii, Protopſaltae, Protocanonarchae, & in ſerie quinque ordinum, quos dumtaxat habet Eccleſia Graeca, Protothroni, *Protopapae*, & Protodiaconi, Protepiſtolarii, Protochirii τῶν ἀναγνωςῶν hoc eſt *Lectorum*, quorum omnium nonnulli ad Palatii etiam Capellam translati ſunt. Dicent ſtatim heic ſemidocti, ac lexicis adſueti, nos in his exponendis Cangium tranſcribere, vel Meurſium. Non inficias ſane imus per quos profecimus. Verum conferant docti, videantque an res potius ipſas ab ovo repetamus.

III. Porro officia Aulae Auguſtorum, qui Cpoli Imperii clavum rexere, & magnae Urbis illius Eccleſiae, unus eſt qui nobis deſcripſit Georgius Codinus Curopalates, Scriptor certe aevi inferioris, quo tempore illa excreverant in immenſum. Ejus aetas incerta Allatio fuit; (2) atque facilius quo non vixerit hic Auctor, tempore, quam quo vixerit, dicere ſe poſſe faſſus eſt Meurſius. Quoniam vero in hoc officiorum libello quo de agimus, Theodori Metrochitae, & Joannis Can-

(1) Confer. l. 18. §. 26. de munerib. & honorib. Tullius pro Roſcio cap. 9. *Decretum ſit Decurionum, ut Decemprimi ſtatim proficiſcantur ad Syllam.* Ita & vocantur in l. 10. C. Theod. de domeſtic., & protector., & l. 7., & 8. eod. occurrit Decemprimatus. Vide Sigon. de jur. Ital. lib. 2. cap. 8., & Cang. in Gloſſar. med. Graecit. v. δεκάπρωτοι.

(2) Allat. in diatrib. de Georgiis edita poſt Acropolitam Pariſ. 1651. Meurſius apud Oudin. tom. 3. column. 2600. Voſſius 4. de hiſtoric. Graec. v. Georgius.

tacuzeni diſerte meminit, quorum uterque ineunte ſeculo XIV. floruerunt, illis longe fuiſſe poſteriorem jure obſervarat Gretzerus (3), quod ita de illis loquatur, ut demortuos, non ſynchronos fatis indicet. Ex alio nihilominus illius opuſculo, quod publici juris graece, ac latine fecit Lambecius (4), ſcripſiſſe illum poſt expugnatam à Turcis Cpolim jam plane noſcimus: quippe quod captae anno mundi *6961.* (5) vaſtataeque ab Agarenis Regiae Urbis, obituſque Conſtantini Paleologi Graecorum Imperatorum poſtremi exſerte narret hiſtoriam. Illum igitur libellum, aut excidis prope Graecorum rebus, aut paullo ante quam peſſum irent, ſcripſiſſe Codinum oportuit, qui ſub eodem fortaſſe Conſtantino, officio Curopalatae fungebatur in Aula. Quinimo exſcripſiſſe (6) potius barbaro, ac vulgari ſtilo: quod equidem plagii vitium commune eſſe cunctis opellis ejus, jamdiu notarunt viri docti, qui merito illius origines Cpolitanas ſub excerptorum titulo vulgarunt. Erat autem Curopalates officii, ac dignitatis nomen in Palatio praeclariſſimum, quo de agit etiam in hoc libello Codinus; ſed cujus, quod potiſſimum fuerit munus, inter doctos non convenit. Ejus inſtitutio antiquiſſima; quum non modo apud Gothorum Reges (7) occidentale Imperium invadentes, ſed in C. quoque Theodoſiano, immo & apud Ammianum occurrat aevo Conſtantini Magni. Nomen propterea latinum eſt, ſeu potius a latinis compoſitum, quod in ſuam familiam Graeci adſcivere, ut vel ipſe teſtatur Evagrius (8), qui Juſtinum ea dignitate ornatum, Curopalatem *Romanorum lingua* vocari ſcripſit. Colligi ſane (9) ex Caſſiodorio poteſt eam di-

(3) Gretzer. in Codin. lib. 3. cap. 12.

(4) Huic libello tit. eſt. *De Impp. Cpolitanis, ſeu de annis ab O. condito uſque ad Imperium Conſtantini M., & de iis quae in ipſa Urbe regnarunt uſque dum ab Agarenis capta eſt.* Pariſ. 1655.

(5) Is annus eſt vulgaris epochae 1453. ſublatis ab Aera Cpolitana annis 5508., ut infra exponam, quo quidem anno, non autem praecedenti, capta Cpolis fuit 29. Maii, teſtibus etiam qui interfuerunt Cardinali Rutheno, Leonardo Chienſi, ac Phranze.

(6) Vide Jacobum Pontanum in adnotatis ad cap. 41. lib. 1. Hiſtoriae Cantacuzeni. Gretzer. in commentar. ad Codin. lib. 3. cap. 12., & 18. Oudinum tom. 3. col. 2691., & ſeq.

(7) Confer Caſsiodorium lib. 7. ep. 5., & l. unic. C. Th. de comitib., & Trib. ſchol., & l. 1. qui a praebit. tyron. excuſantur, & Ammian lib. 14. 22., & 31.

(8) Evagr. lib. 5. cap. 1.

(9) Caſſ. mox laud. loc. adnot. 7. ubi *Cura Palatii* vocari ſolet.

Digitized by Google

dignitatem obtinenti, Palatina aedificia non inſtaurandi modo, ſed exſtruendi commiſſam fuiſſe curam. Verum alia certe notione apud Graecos occurrit. Tametſi enim ex quodam Procopii loco, ubi de mox laudato Juſtino ágit, eundem fuiſſe Curopalatem ac Praetorianis militibus Praefectum erui poſſe putaverit (10) Alemannus: tamen id veriſimilius, eundem fuiſſe, quem nos Praefectum Palatio, & Franci fortaſſe *Majorem Domus* dixere (11), apud quos haec dignitas in Regale poſtea excrevit imperium. Tantae autem apud Graecos non minus, quam apud Francos exiſtimationis fuiſſe conſtat, ut primas ab Auguſtali (12) aliquando teneret, eamque Imperatores ſuis modo (13) fratribus, modo ſororum ſuarum viris, aliiſque ſumma ſibi neceſſitudine conjunctis conferrent. Etenim Michael ille Curopalates (14), qui anno 811., extincto in bello Bulgarico Nicephoro, Imperium obtinuit, ea de cauſſa ſplendidiſſimo illo munere fulſerat, quod Procopiae Nicephori ſorori matrimonio jungeretur. Hac dignitate & poſtea ornatus proceſſit Johannes cognomento Scylitzes (15) origine Thracerius, inter Byzantinos Hiſtoricos notus, cujus partem primam epitomes hiſtoriarum ab obitu laudati Imperatoris Nicephori à Genicis nuncupati ad uſque Iſaaci Comneni initia, ad annum nimirum uſque 1057., in ſuos tranſfudit annales Cedrenus Monachus.

IV. Hoc, quo de agimus, opuſculum ab ſe latine verſum, ſuiſque inſtructum ſcholiis primus edidit Franciſcus Junius (16) ſed

(10) Alemann. ad Hiſtor. arcanam Procopii, quam ex C. Vatican. primus vulgavit. An autem Procopii revera ſit, an alterius in Juſtinianum, ac Theodoram libellus, diſputant docti.

(11) De hac praecipua olim in Francorum Regum Palatio dignitate adi Cangium in hoc verbo. Ex ea ſcilicet evaſit Pipinus in Regem. An eadem fuerit ac illa Graecorum, obſcurum.

(12) Id teſtatur Simocatta lib. 3. cap. 18. Et Corippus de laudib. Juſtini junior. *ſolo diademate diſpar ordinatus Cura Palati*.

(13) Confer Chronic. Alexandr. p. 868., Zonaram paſſim, Luitprandum in legatione ad Nicephorum tom. 2. part. 1. S. R. J., ubi fratrem iſtius hac dignitate ornatum exhibet.

(14) Confer Scylitzem initio ſuae hiſtor. Dictus hic Michael *Rangabe*, quod nomen ab avo erat.

(15) De hoc Hiſtorico vide Allat. laudat. adnot. 2. Voſſ. 2. de hiſt. Graec. cap. 26. Lambecium lib. 2. Biblioth. Caeſar. cap. 7. Oudin. tom. 2. col. 745. Pagium ad ann. 811. n. 3.

(16) Edidit Junius Francfurti apud Commelinum anno 1588., cujus editionis errata excuſat Voſſius illius gener in praefat. operis de hiſtoric. latin.

Sed

ſed nitidiores deinde, correctioreſque editiones graeco-latinas adornarunt duo Jacobi, Gretzerus primum, tum Goarius, viri de graecis medii aevi antiquitatibus benemeritiſſimi, quique amplioribus illud, utilioribuſque commentariis inluſtrarunt. At vero praeter Codini iſtud, alterum proſtat a Bernardo Medonio Toloſate cum hoc titulo editum. Ερμηνεία τῶν ὀφφικιῶν τῆς ἁγίας, καὶ μεγάλης Ἐκκλησίας &c. *Explicatio officiorum Sanctae, & magnae Eccleſiae, juxta ordinem eorum Auctore incerto:* quod quidem extulit ex M. S. C. praeſtantiſſimi viri Karoli Monchalli Archiepiſcopi Toloſani, atque in latinum verſum ſuis quoque adnotationibus adornavit. Prodiit autem inter Byzantinae Hiſtoriae Scriptores poſt Conſtantinum Manaſſem, & Codini excerpta de originibus Cpolitanis ex Typographia Regia Pariſienſi anno 1655; formis nitidiſſimis. Hunc ſane Catalogum illo Codini eſſe antiquiorem plura ſunt quae facile demonſtrant. Etenim ſatis minori numero in iſto recenſentur officia, quod argumento eſt, nonniſi temporis progreſſu accepiſſe incrementa. Sed duo illa palmaria. Primum quod in tertia pentade primo loco *Protecdicum* ponat, unde in primam, & inter Exocatacoclos a Georgio Xiphilino fuiſſe translatum conſtat (17), & in qua extra numerum additus a Godino refertur. Alterum quod inter Eccleſiae Cpolitanae Miniſtros Archidiaconum numeret, quem tamen aetate ſua deſiiſſe Codinus ſcribit. At poſt Alexii Comneni tempora floruiſſe ſaeculo XII. ineunte, non minus certum videtur: quippe quod Sebaſtocratorem Panhyperſebaſtum, & Protoſebaſtum inter Palatii Proceres infra recenſeat, quos primum inveniſſe Alexium mox exponemus. Huic laterculo valde ſimilia Allatiana ſunt, quae ſaepe a Goario laudantur. Ex hiſce itaque, ut ita vocem, matriculis, ceteriſque omnibus, quae de officiis hujuſmodi ſive Imperatores Graeci, ſive ſequiorum temporum Juriſconſulti in Codice juris Graeco-Romani a (18) Leunclavio collecti, aut etiam Nomocanoniſtae, vel

Sed prodiit deinde Pariſiis commentariis exornatus Jacob. Gretzeri apud Cramoisy an. 1625. Pulcherrima tandem editio eſt cum comment. Gretzeri, & Goarii inter Hiſt. Byzant. Scripp. Pariſiis typis Regiis 1648.

(17) Hac de re dicam infra cap. 2. n. 3. ex Johanne Citrio.

(18) Jus Graeco-Romanum temporum poſteriorum collegit Johannes Leun-

vel Acoluthici, vel Liturgici, aut Byzantinae Hiſtoriae Graeci Scriptores tradiderunt, ita ſingula, quae ad rem noſtram conducunt ſeligemus, ut nos laboris non taedeat, nec lectores certe poeniteat, ubi pro uno *Protopapa* inveniendo, locando, diſtinguendo, inluſtrando, tot etiam Aulae, Eccleſiaeque Graecae Primates, ac ritus didicerimus.

V. Ab Aula principium: ejuſque τῆς προτοι, ut viam paremus, breviter recenſebo. Πρωτοσέβαστον *Protoſebaſtum* in Palatio dixere Graeci ſequiores quaſi primum Auguſtum. Hanc enim Auguſti vocem in σέβαστον, hoc eſt *veneratione dignum* Graeci perpetuo vertere maluerunt. Non eo tamen nomine, qui primus fortaſſe inter duos Auguſtos eſſet, cenſebatur; ſed hanc invenit dignitatem, ut & nonnullas alias ex Graecorum faſtu, ac tumore derivatas, Alexius Commenus Imperator, quibus fratres, adfineſque ſuos nullatenus in Imperii ſocietatem adſcitos, aliquo honorificentiori vocabulo honeſtaret. Rem narrat Anna (19) Comnena ejus filia. Nicephorô Botoniatâ anno 1081. e throno deturbatô, in quem Comneni fratres Iſaacus, & Alexius conſpiraverant, quum unus Alexius ad Imperium evectus eſſet, is Iſaacum fratrem natu majorem inſigniori aliquo honoris titulo decorandum cenſuit. Verum quum non alius, quam Caeſaris ſupereſſet, iſque Nicephoro Meliſſeno una cum dignitate ex pacto deberetur, novum excogitavit: mixtiſque *Sebaſti*, ſive auguſti, & *Autocratoris*, hoc eſt Impertoris nominibus, titulum conflavit Σεβαστοκράτορος *Sebaſtocratoris*, *quaſi ſecundi Imperatoris*, inquit Anna, ſed potius *Auguſto-Imperatoris*, ſub quo Caeſaris gradum eſſe voluit; illoque Iſaacum, iſtô Meliſſenum condecoravit. Mox autem & titulos induxit Πρωτοσέβαστος *Protoſebaſti*, quem in alium fratrem Hadrianum, & Πανυπερσέβαστος *Panhyperſebaſti*, quem in Tharonitam ſororis ejus virum contulit. Hinc itaque ortum habuere ampulloſi iſti tituli, quorum alterum *Primum Auguſtum*, alterum *ſuper omnes Auguſtos maxime Auguſtum* fortaſſe interpretabere. Leges ejuſdem furfuris quampluri-mos.

onclavius Amalburnus, quod cura J.C. Marquardi Freheri editum fuit graec. latin. Francfurti 1596.

(19) Vide illam lib. 3. Alexiados ex edit. graec-lat. P. Poſsini Pariſiis 1651. cum adnot. Cangii pag. 78.

mos. Sic in ſententia depoſitionis Coſmæ Attici Patriarchae Cpolitani ſub Manuele Comneno anno 1147. apud Allatium (20) praeter *Stephanum Contoſtephanum Panhyperſebaſtum*, invenies *Conſtantinum Angelum Sebaſtohypertatum*, *&* *Panſebaſtos Conſtantinum Comnenum*, *&* *Dicaedotam*, quorum primi illi duo patrueles erant Imperatoris. Quid autem ſi & monſtrum hoc vocis reperies in Codice apud Lambecium (21) Πανυπερπρωτοσεβαςουπερτάτον *Panhyperprotoſebaſtohypertatum* quaſi inter omnes ſuperiores, & primos Auguſtos ſupremum? Vides jam quam ridendus apud ſequiores Graecos compoſitarum vocum cacoethes!

VI. En ergo qui fuerit Aulae Protoſebaſtus. At vero & extra Aulam titulorum prodigus, ſtatim Alexius profudit. Nam bello paullo poſt a Roberto Guiſcardo adverſus illum excitato, quo magis Venetam Rempublicam ſuppetias ſibi ferentem devinciret, Vitalem Faledrum ejus Ducem anno 1084. Imperialem *Protoſevaſton* declaravit, ut Dandulus (22) narrat. Quinimmo collatum eundem titulum Ducibus Neapolitanis legiſſe memini (23), quod equidem non ante Alexii tempora factum arbitror, ſi vera narrat Hiſtorica Princeps ejus filia, quod exquirere nunc non vacat. Interea quum inter Aulae officia etiam Σέβαςος *Sebaſtus* occurrat (24), quo nomine non Auguſtaea, vel Imperatoria, ut olim apud Romanos, ſed nobilis, conſpicuique muneris in Palatio dignitas cenſebatur, illud heic eſſet ſcitu dignum, an priores in Aula Sebaſti fuerint? Id porro poſtulare videtur ordo ſynteſeos, quemadmodum viſum Cangio (25) eſt: certumque non unum, ſed plures ibi fuiſſe Sebaſtos (26), unde

(20) Allat. de perpetuo Eccl. conſenſ. lib. 2. cap. 11. pag. 683., & 686. Colon. Agrippinae 1648.

(21) Lambec. in Biblioth. Caeſar. Vindobon. lib. 5. pag. 233. Confer & Cangium in utroq. Gloſſ. v. σεβαςος.

(22) Adi Chronic. Andreae Danduli Venetorum Ducis iterum edit. tom. 12. S. R. J. Murat. ad eum ann.

(23) Vide Henric. Brenkmannum diſſ. de Republ. Amalphitan. cap. 20. in collect. noviſsimorum Scripp. Rer. Neapol. edit. Neapol. 1738. fol. 923. Cl. Pratill. in proluſione ad Chronic. Ducum Neapol. fol. 8. tom. 3. Hiſt. Princip. Langobard. Peregrini.

(24) Confer Codin., & Anonymum Monchallian. in officiis Aulae.

(25) Cang. in utroq. Gloſſar. v. σέβαςος.

(26) Auctor expeditionis Aſiaticae Friderici I. Imperat. apud Cang. loc. mox. laud. in Gloſſ. latin. *Et alios*, inquit, *quatuor Graecorum Principes ratio-*

de uni τῷ πρώτῳ nomen aptari commode potuerit. Conceſſum quoque in Italia ab Impp. Cpolitanis hunc Sebaſti titulum, quemadmodum & illum Antypati (fortaſſe Proconſulis) Ducibus Amalphitanis fuiſſe, qui propterea *Vaſti*, priori ſyllabâ extritâ, cognominati ſunt, conjicit Brencmannus (27). Sed *Veſti* potius, quam *Vaſti* legendum eſſe jamdiu viri docti monuere, ut apud Protoſpatham (28), & in diplomate apud Ughellum occurrit. Βέστις *Veſtis* enim, ſeu *Beſtis* altera erat multorum dignitas Palatina, quibus Beſtarchae (29) praeerant ceteris inluſtriores. At infinitus eſſem ſi in haec invaderem. Ad Aulae potius Primores redeam.

VII. Sequitur protoveſtiarius, cujus munus Veſtiariis praeeſſe. Duos autem Protoveſtiarios, Palatii unum, Eccleſiae alterum legimus, quorum primo Regiarum in Aula, ſecundo ſacrarum in Eccleſia veſtium ſumma cura, atque cuſtodia commiſſa erat. Porro ἐστὴν *veſtem*, poſteriores Graeci βέστην dixere; unde & factum Βεστιάριος quemadmodum obſervari apud Suidam (30) poteſt. Ex aſpera deinde literae β pronunciatione, & hos Beſtiarios, & illum Protobeſtiarium aliquando noſtri nuncuparunt. Erant autem in Aula Veſtiarii plurimi, qui veſtibus praeeſſent; quibus nihilominus Veſtiariis omnibus is, qui praeerat, Protoveſtiarius audiebat. Nec apud Graecos modo Veſtiarii munus, ſed apud Reges etiam Langobardorum (31), ipſoſque Romanos Pontifices nobiliſſimum

B fuiſ-

tione dignitatis graeco vocabulo Sebaſton, *cum eis denuntiat advenire*.

(27) Brencmann. laud. adnot. 23. Etenim β per ſonum v conſonae extuliſſe paſſim ſequiores ſaltem Graecos, notiſſimum.

(28) Lupus in Chronic. ad ann. 1051. *Deſcendit Argyrus Magiſter Veſtis, & Dux Italiae filius Meli*. Diploma apud Ughell. tom. 7. fol. 393. *Nos Joannes Domini gratia Dux, &* ſic *Imperialis Patricius Antiphatus Veſti.*

(29) Videſis Cang. in notis ad Nicephori Bryennii Caeſaris Annae Comnenae Viri hiſtoriam, ſive Commentarios de reb. Byzantin. lib. 1. nn. 14. edit. graec-lat. P. Poſſini Pariſ. 1667.

(30) Confer Suidam edit. Kuſteri pag. 43. v. βεστιάριος. Quamobrem Lacerda in adverſariis, Graecos veſtes βέστια etiam dixiſſe monet.

(31) Meminit Anaſtaſius in Hadriano Panduli Veſtiarii Deſiderii Regis Langobardorum. Confer Murator. diſſert. 4. medii aevi. Joh. quoque Diaconus in vita S. Gregorii M. cap. 10. *Accerſito*, inquit, *Veſtiario alia ſex numiſmata dari praecipias &c.* Hinc colliges non veſtium modo, ſed theſauri curam illi a Pontifice commiſſam. Veſtiariorum hujuſmodi Rom. PP., quos & *Veſtararios*, & *Vaſtararios* ſaepe dictos leges, meminerunt Ordines Romani 1. ac 12. tom. 2. Muſei Mabill. fol. 4. 172. 195. 199. De Veſtia-

ſuiſſe invenies, quamvis Protoveſtiarios hactenus nonniſi apud Graecos repererim. Et horum quidem munus inter ſuprema cenſitum. Etenim a Michaële Paleologo Michaëli Tarchaniottae ſuo ex ſorore nepoti collatum narrat Codinus (32). Eodem & poſtea in Palatio functum legimus (33) Johannem, de quo ſupra diximus, cognomento Scylitzem, qui mox Curopalates evaſit; ac noviſſime Georgium Phranzem (34) ſub poſtremo Conſtantino Imperatore Graecorum, calamitatum ſui temporis Scriptorem.

VIII. Haud abſimile munus *Protoſtatarchae*, quem mixtis ex utraque lingua vocibus *Protoſtratorem* dixere. Stratores, quos & Græci ἀναβολεῖς *anaboleos* dixerunt, qui fuerint apud veteres, notum vel levi pulvere antiquitatis adſperſis. In re veterinaria, qui ſtratum equi componebant, ſeſſoremque dextera ut plurimum ei ſubſtrata, in equum ſublevabant, ac ejus mox frena ducebant, ſtratores vocati ſunt. Nec enim veteres ſubjicibus illis pedaneis, ſive ab ephippiis pendentibus fulcris, quos novo vocabulo ſtapedes, aut ſtapedas dicimus (35) utebantur; ſed vel ſtratoribus nobiliores, vel inſtrumento aliquo ſcanſili reliqui, cujuſmodi ſunt, quae in aſcendendis curribus uſurpari aliquando hodieque videmus, aut ſaltem cippis, quos in viis militaribus inter alios (36) uſus idcirco depactos legimus. In re vero militari ſtratores audierunt, qui ut idonea ſtationibus loca praepararent, caſtra praeibant, quo-

ſtiario quoque Patriarchii Lateranen., hoc eſt loco, in quo Eccleſiaſticae veſtes condebantur, illiuſque Veſtiariis, ideſt cuſtodibus vide Caeſar. Rapſonum de Baſilic. Lateran. lib. 3. cap. 17., & lib 4. cap. 14.

(32) Codin. laud. cap. 2.

(33) Teſtis eſt Cedrenus illius expilator in praefat. ad ſuam ſynopſim Hiſtoriar. ex edit. Goarii typis Regiis Pariſ. 1647.

(34) Lege proëmium ejuſdem Phranzae ad Chronic. ſuum editum a Pontano Ingolſtadii, latine licet, & interpolate 1604.

(35) Videſis quae de uſu hujuſmodi fulcrorum penſilium a veteribus non adhibitorum ſcribunt Lipſius de militia Roman. lib. 3. dialog. 7. fol. 139. edit. Antuerp. 1594 Brodaeus lib. 4. miſcellaneor. cap. 26. Voſſ. lib. 1. de vitiis ſermon. Cuperus ad Lactant. libr. de mort. perſecut. cap. 5. ubi narrat probroſum ſtratoris munus, quod a Valeriano Imperatore bello capto Sapores Perſarum Rex exigebat. Nonnulla & habet Cang. v. *Staffa*, noſque plura dicemus in differt. de viis militaribus a Romanis per Bruttios conſtitutis cap. 3 n. 4.

(36) Narrat Plutarch. in Gracch. vias reparaſſe Gracchum, & lapides non longe diſtantes in marginibus deſpanxiſſe, ut facilius etiam viatoribus redderetur in equos adſcenſus, inſtrumentum ſcanſile non habentibus.

quorum apud (37) Hyginum frequens mentio eſt. Poſtremo in re forenſi, hoc etiam nomine carcerum, reorumque cuſtodes donatos legimus, de quibus plura (38) Gothofredus. Scholam quoque Stratorum fuiſſe uterque nos docet Juriſprudentiae Codex, quam tamen ad primos pertinuiſſe (39) ex legibus ipſis diſerte noſcimus, eique olim Praefectum fuiſſe Tribunum ſtabuli colligimus ex (40) Ammiano. At apud Graecos aevo ſequiori Stratoribus hujuſmodi praefuit Protoſtrator, quem ideo Praefectum equitio latine dixeris: apud Principes vero Italos audit *Cavallerizzo* (41) *Maggiore*. Primum in militia exponendum potius Protoſtratorem cenſet (42) Bulingerus, quaſi *πρωτοςάτην qui primus in acie ſtat*, cujuſmodi apud Germanos dicti ſunt *Mareſcalli*. Atqui ab equis quoque hoc nomen duxit originem, quum *Marach* (43) equum, & *Schalch* miniſtrum, magiſtrumve Teutonica lingua deſignent, tametſi ad primos acierum ductores, in quibus nobilior equitum pars militabat, traductum ſit. Hinc adpoſite Nicetas (44) Choniates, qui captâ a latinis Cpoli ſcribebat Joſredum, quem Flandri, Gallive *Mariſcaldum* vocabant,

 Grae-

(37) Confer Hygini Gromaricum to. 10. antiquit. Rom. Graevii, & quae Gothofred. habet ad l. unic. C. Th. de ſtratorib.

(38) Gothofred. ad l. 1. C. Th. de cuſtod. reor. Putant nonnulli hos dictos potius *ſtatores*, ſed fruſtra.

(39) Vide l. unic. utriuſq. Cod. de ſtratorib. De ejuſmodi ſtratoribus Regum Langobardorum agit Murat. diſſert. 4. antiquit. med. aev. Illos eorum lingua *Marpahis* dictos ſcribit Paull. Diacon. lib. 2. cap. 9. Plura de ſtratorib., & Protoſtratore Cangius ad Cinnamum pag. 474. & ſeq.

(40) Ammianus lib. 30. cap. 5. in fine. *Quum Valentinianum Auguſtum oblatus non ſuſciperet equus, anteriores pedes praeter Stratorem erigens in ſublime, innata feritate concitus, dexteram Stratoris militis juſſit abſcindi, quae eum inſilientem jumento pulſerat conſueto: periſſetque cruciabiliter innocens juvenis, ni Tribunus ſtabuli Cerealis dirum nefas cum ſui periculo diſtuliſſet.*

(41) Vide Macrlum in Hierolexico, & addentes v. *Protoſtrator*.

(42) Bulinger. de offic. Eccleſ. Cpolitanae in appendice ad libros de Imperat., & Rom. Imper. Lugduni 1618.

(43) In legibus Alemanicis tit. 70. §. 2. *Si quis equo quem Alemani Marach vocant oculum excuſſerit &c.* & tit. 79. §. 4. *Si Mariſcallus, qui ſuper duodecim Caballos eſt occiditur*, 11. *ſolidos componatur*. Similia habentur in legib. ſalicis, in quibus Mariſcallus ita diſtinguitur a Stratore, ut huic illum praeeſſe ſatis indicare videantur. Vide tit 11. §. 6. edit. Eccardi, & quae ad Cang. addunt Maurini PP. v. ſtrator. Cang. v. Mareſcalcus, & Murat. differt. 4. antiq. med. aev.

(44) Nicet. Choniates cognomento Acuminatus in annalib. ubi de Imperio Balduini Flandri ex edit. Fabroti Pariſ. 1647. *Per Joſredum quemdam magnae auctoritatis apud latinas copias virum, quem illi Mariſcaldum, Graeci Protoſtratorem vocant, revocatur.*

Digitized by Google

Graecorum Protoſtratori comparavit. Fuit autem haec dignitas in Aula maxima, & inter inluſtres (45) cenſita: eadem fortaſſe, quae olim ad Comitem ſtabuli pertinebat (46), fratribus Imperatorum conferri ſolita; etſi aevo poſteriori inferior hic titulus fuerit, diverſuſque omnino videatur. Translatus quidem & ad militiam a Graecis legitur (47), contra ac ille Protoſtratoris, qui ſemper in Aula manſit, quum militibus potiſſimum praeeſſent Stratopedarchae, & Stratilates, de quibus apud Cangium plura. Huc tamen pertinere videtur Protocomes, cujus in officiis Aulae meminit Anonymus Monchallianus. Etenim centuriones, qui militaribus turmis in exercitu praefecti erant, recentiores Graeci Comites (48) nuncuparunt. Inde emerſiſſe potius Protocomitem autumo, non a pagorum cura, & inſpectione, ut nonnulli putarunt. Verum Protoſtratoris muneri, licet longe inferiora, adfinia quodammodo erant officia Protocynegi, Protohieracarii, Protocarabi, Protochirii Aulae. Primus (49) a canibus nomen ducit, quod his, & venatoribus praeſideret; alter ab accipitribus (50) quod eorum primus curator, & domitor, accipitrariis quoque ipſis praeficeretur. Navis Imperatoriae gubernator erat (51) Protocarabus, & tibicinibus Imperatoris praepoſitus (52) Protochirius Aulae. Verum potiores percurrendi.

IX.

(45) Willielm. Tyrius lib. 18. cap. 24. *Johannes Protoſevaſto, & Alexius Protoſtrator, qui inter inluſtres ſacri Palatii primum obtinebant locum &c.*

(46) De Comite Stabuli mentio in l. unic. C. Th. de comit. & Tribun., & l. 3. C. Th. de equor. collat., & l. 29. de annon. & tribut. Ea dignitate ornatum a Valentiniano legimus Valentem fratrem ſuum apud Ammian. lib. 26. cap. 14. Eandem Stilichonem Honorii Socerum habuiſſe teſtatur marmor apud Gruter. fol. 412. num. 4. Sed ultimis temporibus Κονοσταῦλοι quos dixere ſequiores Graeci, minoris admodum dignitatis fuere ut oſtendit Cangius in Alexiad. pag. 305. Meminit & Anonym. Monchallian. M. Comitis Stabuli.

(47) Narrat Procopius 1. de bello Gothic. a Juſtiniano miſſum in Illyricum Conſtantinianum, qui Imperialibus equitariis praeerat. De Stratopedarchis & Magno Stratopedarca agit Codin. in opuſculo laudat. Conſule ſis Cang. in Gloſſ. mediae Graecit. in utraq. voc.

(48) Conſtantin. Porphyrogenit. 1. Themat. 1. Leo in Tacticis cap. 3. §. 10.

(49) De Protocynego vide Codin. cap. 2. & Cang. in Gloſſ. med. Graecit.

(50) De primo Accipitrario iidem ibidem.

(51) Κάραβος Scriptoribus Graecis paſſim cymbula eſt, linter, ſcapha, navicula: Inde fortaſſe dictae Caravellae. Vide Cang. in utroq. Gloſſ.

(52) *Protochirium* dicimus Calabra pronunciatione; ſed ſi mavis *Protocerium*, eſto. De hoc Aulae Primicerio vide Cang. ad Cinnamum fol. 463.

IX. Protoſtratori ergo adde Protoſpatharium, hoc eſt ſpathariis Praefectum, ac Palatinorum militum veluti Primipilum. Spatharios ſcilicet eos adpellarunt milites, inferiores Graeci, quos poſtremi Romanorum Imperatores (53), Protectores domeſticos dixerant: ſequiores autem latini armigeros, quod enſem armaque ferrent ad Principis latus protegendum. Hinc ſpatharium Cedrenus, ſi recte memini, *ſomatophylacem*, hoc eſt corporis cuſtodem, ut nos hodieque dicimus, nuncupavit. Fatendum nihilominus & aliquando Spatharios, armigeroſque dictos (54), qui Principis arma deferrent. Ubi igitur Spathariis commiſſa ejus cuſtodia erat, jam vides quantae Potoſpatharii munus dignitatis fuerit, quo qui fruebatur (55) inter inluſtres quoque cenſitus erat. Non raro autem protoſpatharii hujuſmodi ad Italiae Provincias regendas a Graecis mittebantur, uti obſervari apud Paullum Diaconum (56) poteſt, & Leonem oſtienſem, & Lupum ipſum quoque Protoſpatharium. At vero fortaſſe in honorarium titulum nonnumquam id munus conferebatur, quod multi in chartis (57) ſequiorum temporum eo donati titulo ſubſcribantur.

X.

(53) Vide Spartianum in Caracalla, & l. 9. C. Th. de protectorib., & tot. tit. de domeſtic. & protect., ac in eum Gothofredum. Confer Pancirol. in not. Imperii orient. cap. 89. ubi Gordianum juniorem eorum Scholam inſtituiſſe tradit ex Cedreno, quamquam ejus rei nihil habeat Capitolinus in Gordianis tribus. Ex eorum numero fuiſſe Menandrum illum Protectorem, qui ſub Mauricio vixit, cujuſque fragmenta habemus Hiſt. Byzantin. tom. 1. arbitror.

(54) Utroque ſenſu occurrit haec vox. Confer Cang. ad Alexiad. pag. 259. & in utroq. Gloſſ.

(55) Πρωτοσπαθαρίων vocatur haec dignitas ab Anonymo in Romano juniore, ut monent Maurini PP. Confer Codin. cap. 5. n. 55. & Gloſſ. Baſilicor. v. σκηνίωριος.

(56) Paul. Diac. lib. 6. de geſt. Langobar. cap. 4. tom. 1. S. R. J. p. 1. Chronicon Caſſin. lib. 1. cap. 48., & 59. tom. 4. S. R. J. & Chronic. Lupi Protoſpathae tom. 5. S. R. J., ubi anno 973. *Paſſarus*, anno 479. *Porphyrius*, anno 987. *Sergius*, anno 1018. *Joannitius*, anno 1035. *Conſtantinus*, anno 1054. *Sico*, aliique fortaſſe obſervari poſſunt, quos Auctor decurtato vocabulo *Protoſpathas* vocat, quamvis in Cod. Ducis Andriae ubique legatur Protoſpatharius. Sunt tamen, qui ipſius Rectoris Apuliae nonnullos fuiſſe Protoſpatharios ſuſpicantur.

(57) Sic in Charta anni 736. apud Chioccarell. in Epiſc. Neapolit. in Stephano: *Gregorius Dux Neapolis Imperialis Spatharius* dicitur. Apud Ughell. tom. 7. in Epiſcop. Juvenacenſib. in chart. anni 947. *Siphandus Imperialis Protoſpatha & Iudex*. In Chronic. Vulturnenſ. tom. 1. p. 2. S. R. J. lib. 4. in charta anni 964. *Madelmus Imperialis Protoſpatharius*. Apud Murat. diſſ. 6. ant. med. aev. ex veterib. documentis. *Sabbaticius Imperialis Protoſpatharius: Gregorius Imperialis Protoſpatharius*.

Digitized by Google

X. Mittebantur autem & Patricii, inter quos & Protopatricios reperies. Sic apud Ughellum (58) leges in Italia an. 893. Coſmam Anthium Protopatricium. Porro qui Patricii fuerint translato Cpolim Imperio diſcimus ex Zoſimo (59) narrante M. Conſtantinum ex Senatoribus qui Curules geſſerant Magiſtratus, nonnullos ſibi veluti Conſiliarios adlegiſſe, quos Patricios dixit, quaſi Reipublicae Patres, ut Suidas (60) interpretatur. Inde factum ut ſumma intra Aulam dignitas eſſet cingulum Patriciatus, quod Patricii, ipſis etiam Imperatoribus loco (61) parentum eſſent; quoniam, ut olim Juriſperitos, ita poſtmodum Patricios ad latus habebant. Illam *uni tantum ceſſiſſe fulgori*, hec eſt Conſulatui (62), ſcribit Caſſiodorius, ejuſque honorem, mox ut datus fuerit, in vitae tempus reliquum fuiſſe coaevum. Sed poſtremum hoc apud Gothos dumtaxat fortaſſe verum, quum in Graecis monumentis haud raro Expatricii (63) oculis obſerventur. Eminentiſſimam adeo cenſuerunt Auguſti Byzantini, ut Regibus etiam, ac Principibus exteris (64) ſaepe contulerint.

Quod

(58) Apud Ughell. tom. 8. in Archiepiſc. Benevent. fol. 47. edit. Colet. *Enthelma* (hoc eſt praeceptum, ſeu mandatum) *facta a me Coſma Anthio Protopatricio, & Baſilico Protonotario, & Stratego Siciliae, & Longobardiae quam vobis dedimus Domino Conſervato Epiſcopo Beneventano &c. menſe Ianuario indict.* 11. ex qua nota indictionis ad eum annum pertinere Ughellius infert, quum in Epiſcopatu Conſervati alias non recurrat.

(59) Zoſim. lib. 2. cap. 40. in collect. Sylburgii. Vid. l. 1. C. Th. de Conſulib. & Gothofred. ibi, & l. ult. C. Juſtinian. de Conſulib. & non ſpargend. lib. 12., imo & inſtit. lib. 1. tit. quib. modis jus patriae pot. ſolvitur §. 4., ubi exemti a patria poteſtate Patricii ſunt, a qua nec toga, nec militia, nec Senatoria dignitas, nec ipſe Conſulatus emancipabat.

(60) Suidas hoc v.

(61) *Quem Imperatoria celſitudo Patrem ſibi elegit*, inquit Tribonian. §. mox. cit. inſtitut. Hinc Claudian. lib. 2. in Eutropium v. 68. de ejus Patriciatu loquens cecinit.

Praeſidium legum genitorque vocatur
Principis, & famulum dignatur Regia Patrem.

At deinde de eodem juſſu Honorii deportato, qui ejus bona in fiſcum redegerat ſic lepide luſit:

Diroptas quid plangis opes quas natus habebit?
Non aliter poteras Principis eſſe pater.

Egregium de Patriciis antiqui, & medii aevi cujuſcunque generis opus edidit Octavius Gentilis Septempedanus vir doctiſſimus, quem conſule. Ut autem Imperatorum uxores Caeſariſſas, ita & Patriciorum Patriciſſas vocarunt infimi Graeci.

(62) Caſſiodor. lib. 5. Epiſt. 5. in formula Patriciatus.

(63) Expatricios legimus paſſim in C. Th. in Conc. quoq. Chalcedon. act. 1. interfuere *Florentius*, *Senator*, & *Pretogenes* Expatricii. Vide & l. 3. §. 4. C. ubi Senatores &c.

(64) Plura collatae ab Auguſtis Byzantinis in Reges, ac Principes hujus dignitatis exempla colligit Cang. hoc v.

Digitized by Google

Quod autem, aut ex Patriciis mitterent ad Exarchatum, vel Apuliam, Siciliamve (65) regendam, aut quos deſtinabant hâc dignitate exornare conſueverint, harum idcirco Provinciarum Rectores frequentiſſime Patricios legimus. Sed qui Protopatricius? Non alius ſane, niſi qui gradu aliquo, ſive ab aetate (66), ſive a Patriciatus ſaltem adeptione, ſive tandem ab inſtituta nova dignitate deſumtô, ceteris praeferretur. Sic etiam Aſparem Primum Patricium Marcellinus (67) Comes dixit in Chronico. Protocatapanos quoque inveniſſe ſe in ejuſmodi Magiſtratibus, qui ſub Catapanorum (68) nomine ad Apuliam regendam poſtremis temporibus a Graecis ablegabantur, putarunt doctiſſimi (69) PP. Maurini, qui eos in novis vocibus Cangio addiderunt. Sed aliquo Lupi Codice decepti ſunt, quem unicum laudant. Apud illum enim (70) non Prothocatapanus, ſed Potho Catapanus ubique legitur, quem Leonem Potum fuiſſe vidit eruditiſſimus Cangius, tum in familiis Byzantinis, ubi de ſtemmate Argyrorum agit, quum vero in indice Catapanorum Apuliae, quem in hac voce Gloſſario inſeruit. In uſu potius fuiſſe Siciliae Protoſtrate-

te-

(65) Obvia res eſt. De Patriciis duobus, qui Italiae Provincias, translata Byzantium Imperii ſede, regerent, agit Conſt. Porpgyrogen. de adminiſtr. Imper. cap. 27. de cujus loco dicam infra cap. 10. num. 3.

(65) Ad aetatem refert Cangius laud. loc.

(66) Πρωτοπατρικίου, καὶ Κόμητος τοῦ ὀψικίου *Protopatricii, & Comitis obſequii* meminit etiam Theophanes. Meminit & Protopatricii Malchus in excerptis in hiſt. Byzant. pag. 92. Monendum tamen, eſſe nonnullos, qui Βασιλειοπατορίαν *Imperatoris paternitatem*, ut Phranzes vocat lib. 1. cap. 27. diverſam putant a Patriciatu dignitatem. Sed fruſtra. Adi Cang. in utroq. Gloſſar. v. Pater Imperatoris & πατήρ.

(68) De Catapanis hujuſmodi dicam intra cap. 10. n. 3.

(69) In addit. ad Cang. hoc v.

(70) In editionib. Lupi, ſive Caraccioli, ſive Peregrini, ſive Caruſii, ſive Murator., ſive Pratilli ubique legitur Potho Catapanus. Vide ad ann. 1029. Et ann. 1031. ſolo Pothi nomine effertur, quamvis in C. Ducis Andriae additam quoque eſſe vocem Catapani moneamur, quae tamen, ut in anno 1029. a voce Potho disjunctim legenda eſt: utrobique autem cum Θ ſcribitur. Illum fuiſſe Leonem Potum, aut Pothum oſtendit Cangius in familiis Byzantin. in Argyriis, & in indic. Catapanorum. Nec ſane intelligi poteſt qui fuerit, nec ulla analogia extundi iſte Protocatapanus, quum unicus in Apulia Catapanus fuerit, nec alibi in Imperio Graeco uſurpatus hic Magiſtratus, ut infra dicam. Ad Protoſtrategos quod adtinet vide Anaſtaſium in Conſtantino Papa, ubi de Theodoro Patricio, & Protoſtratego Siciliae, & Chioccarellum de Epiſc. Neapol. pag. 77. ubi in diplomate occurrit Antiochus excellentiſſimus Patricius, & Protoſtrategos.

tegos, quod reliquis praeeminerent Strategis, conſtat.

XI. Sed iſtos fere omnes Protonobiliſſimi dignitas praecedebat. Sane etſi nobiliſſimi epitheton nonnullis etiam Impp. collatum interdum legamus (71), praeſertim vero M. Aurelio Commodo, ut Hiſtorici, lapideſque teſtantur: illo tamen potiſſimum Caeſares Imperio ſucceſſores deſignati in numiſmatis (72), marmoribuſque exornari ſolent. At translato Byzantium Imperio frequentiſſime hoc titulo Auguſtorum filios diſtinctos noſcimus (73), qui propterea & Nobiliſſimi pueri vocabantur, & Nobiliſſimae audiunt Auguſtorum filiae in Codice (74) Theodoſiano. Conſtantinus Magnus, ſi Zoſimo (75) fides, a Caeſarea dignitate, alteram Nobiliſſimi avulſiſſe creditur, quum Conſtantinum fratrem, & Hanniballianum fratris filium Nobiliſſimos vocari juſſit. Sequutus is mos ab iis qui (76) ſucceſſerunt Imperatoribus; donec ſubinde eâ praediti dignitate Auguſtorum liberi, fratreſque omnes conſerentur: illaque poſtremo Aulae (77) etiam Proceribus

ſub

(71) Vide Herodian lib. 2. cap. 9. ubi de M.A. Commodo agit, & confer marmor apud Gruter. pag. 262. n. 4. Sic et in collatione Legum Moſaicarum, quam Licinio Rufino tribuit Cujacius tit. 15. Diocletianus, et Maximianus *Nobiliſſimi Auguſti* inſcribuntur.

(72) Vulgata res eſt. Primum collatum hunc tit. C. Julio Vero Maximino, a Maximino Patre, colligunt Eruditi ex lapide Gruteriano fol. 151. n. 5., ſeu apud Sponium fol. 187. quem et refert Pagius ad ann. 135. n. 8. Sed in lapidibus hactenus fortaſſe verum. At collatum longe antea Getae Caeſari demonſtratur ex actis ſinceris SS. MM. Perpetuae, et Felicit. ab coaevo Auctore conſcriptis ex edit. Valeſii §. 16. ubi ſic legit Noxiis *Nobiliſſimi Caeſaris*. Ruinartus equidem legit fol. 86. edit. Veron. ann. 1731. *Noxiis Nobiliſſimis, Caeſaris &c.* At Holſtenius in notis ad acta illa etiam nummum Getae ipſius apud Hulſium producit cum adverſa figura Nobilitatis. Ut ut res ſe habuit, paſſim hic tit. recurrit in Caeſarum numis. Mihi unus eſt *M. Aur. Carini Nob. Caeſ.* Vide Panvinium in faſtis pag. 244.

(73) In conſtitutionib. Impp. hiſce ſiglis N. P. indicantur. Vide Cujac. ad l. 4. C. de privileg. eorum, qui in ſacr. Palat. militant.

(74) Confer l. unic. C. Th. de privileg. Dom. Aug., et l. 21. C. Th. de luſtral. collat.

(75) Zoſimus lib. 2. ex collect. Sylburgii.

(76) Jovianus inter filios ſuos Varronianum, et Honorius Valentinianum ſororis filium, a Theodoſio deinde Caeſarem renunciatum, Nobiliſſimos crearunt. Vide Philoſtorgium lib. 8. cap. 8., et lib. 12. cap. 20. Juſtinianum quoque a Juſtino, cujus ex ſorore nepos erat, Nobiliſſimum primo deſignatum, deinde Imperii ſucceſſorem ſcribit Marcellin. Comes in Chronic.

(77) De inferioribus autem temporibus, in quibus omnibus promiſcue a ſanguine Principibus hic tit. conferebatur, imo, et nonnullis Proceribus vide Photium in Bibliothec. pag. 187. edit. graec-latin. Schott. 1612. Leuncla-

Digitized by Google

ſub celſiſſimis Imperatoribus quandoque conferretur. Hoc poſtremo tempore dignitas emerſit Protonobiliſſimi (78), quâ ſcilicet Primatus inter Nobiliſſimos tribueretur; eâque exornatus in Italia comparet anno 1108. Baſilius Imperialis Protonobiliſſimus in charta (79) apud Ughellum.

XII. Denique & huc pertinent Proto a ſecretis, & Protonotarii, & ſi vis etiam Protoſcriniarii, & Protocancellarii, qui etiam occurrunt in Aula, vel apud Magiſtratus Graecorum. Secretarium locus erat (80), in quo Senatus, Judiceſve ad cauſſas diſcutiendas, juſve reddendum conveniebant. Hinc emerſit vox illa *Secretarius*, quae Scribam indicaret, quod in Secretariis decreta, vulgo non communicanda, qui hoc munere fungebatur, exciperet. Locum propterea vocavit (81) Ammianus *judiciale ſecretum*. Quoniam autem plures huic officio deſtinabantur, qui primus inter eos in Imperiali Conſiſtorio erat, is Protoſecretarii titulo donabatur, cujuſmodi apud Johannem, & Manuelem Comnenos (82), Johannes ille Zonaras Annalium Scriptor fuit. Simile quidpiam in Protonotario intelliges, de quo, utpote etiam inter officia Eccleſiaſtica relato, dicam uberius capite ſequenti. Protoſcrinia-

clavium in Pandect. Turc. pag. 90. aut Cangium ad Alexiad. pag. 274. & in utroque Gloſſar. praeſertim med. Graecit. tom. 2. fol. 1010.

(78) *De Protonobiliſſimis* idem Cang. Alexiad. lib. 7. pag. 339. Alemann. ad hiſtor. Procop. arcan. cap. 9. Hoc tit. Manuel Comnenus in epiſt. ad Alexand. 3. Ludovicum VII. Galliarum Regem exornat apud Baron. an. 1180. num. 21.

(79) Ughell. tom. 7. in Archiep. Barenſ. ubi refert. chartam Richardi Seneſcalli Ducis Willielmi Wiſcardi.

(80) Hac notione occurrit haec vox ubi de Eccleſiis non agitur. Confer l. 20. C. Th. de exactionib. l. 1. & 2. C. Th. de off. Rect. Provinc. & ibi Gothofred. Item l. ult. C. Juſtin. ubi Senator. l. 3. C. de off. diverſ. judic. Vide etiam acta S. Cypriani ſub init., & acta SS. MM. Scyllitanor. apud Ruinart. edit. Veron. fol. 76. & 188. & Lactantium, ſeu Auctorem lib. de mortib. perſecutor. cap. 15. At in Eccleſiis aedicula erat illis adnexa, in qua miniſteria condebantur. In his haud raro PP. Concilia celebrarunt, quorum actiones, ſeſſioneſve ſecretaria nuncuparunt. Hinc & Secretarius dictus aliquando, is quem hodie *Sacriſtam* dicimus. Confer Cangium.

(81) Ammian. lib. 15. cap. 7. Vide & in hunc locum Valeſium pag. 93. edit. Gronovii.

(82) Vide praefat. Cangii ad Annales Zonarae Paris 1686. Sic & Anaſtaſius in Stephano II. tom. 3. S. R. I. fol. 160. *Conjunxerunt in hac Romana Urbe Imperiales miſſi, Gregorius ſcilicet Protoſecretarius, & Johannes Silentiarius*: Confer Cangium ad Cinnamum fol. 493., & v. *Protaſecretis*.

rii etiam inter Eccleſiaſtica munera leguntur, ſed non (83) apud Graecos. Ut nonnihil heic innuam, generale ſcrinii (84) nomen ad archivum ferme coarctatum eſt. Ut illa Magiſtratuum omittam, celebrantur potiſſimum (85) quatuor Palatina, ſeu Auguſtaea Principum ſcrinia, *Memoriae*, *Libellorum*, *Epiſtularum*, *& diſpoſitionum*, quorum in utroque Codice mentio. Scriniarii vocabantur puto, non qui Scriptorum vices agebant, ſed qui ſcrinia (86) ejuſmodi ſervabant, *chartularii* haud raro dicti, quibus Praefectum ſub Alexandro Imperatore Romae Ulpianum (87) Juriſconſeltum ſcimus. Quem Primiſcrinium (88), quod ſcriniis praeeſſet, vel primum inter Scriniarios locum obtineret, dixere Latini, hunc Protoſcriniarium nonnumquam mixtâ voce extulere, ſicut in Protocancellario (89) & in multis aliis fecere, Graeci. Sic & Protojudicem (90) noſtri, & Protocurſorem (91) dixere, & ſexcenta alia, in quibus non ultra immorandum, quod numquam eſſet dicendi finis.

CA-

(83) Protoſcriniarii iidem qui Primiſcriniarii, & Scribae Regionarii leguntur in Eccleſia Romana. Vide Baron. ad ann. 1100. num. quinto. Eos Protoſcriniarios vocant acta S. Sebaſtiani, Regino in Chronic., & Chronic. Farfenſe.

(84) Plures hujus nominis notiones habes apud Cangium, Maurinos, & Vicat in ea voce.

(85) Conſule Breviarium Theodoſian. ſeu Notit. Imperii, & ll. in utroque C. praeſertim l. ult. C. de Decurionib. l. 3. C. de off. quaeſtor. l. 3. 4., & 21. C. de proxim. Sacr. Palat. & l. ult. C. de prox. ſacr. ſcrinior. De ſcriniis vero Magiſtratuum tit. utriuſque C. de numerariis, & quae in eos obſervant duo Juriſprudentiae lumina Cujac. & Gothofred.

(86) Ita rectius deſcribuntur a Vicat in vocabul. juris utriuſque v. *ſcriniarii*.

(87) Lampridius in Alexandro Severo cap. 26. fol. 205. Hiſt. Auguſtae edit. Florent. 1725. *Et Conſiliarius Alexandri, & Magiſter ſcrinii Ulpianus fuiſſe perhibetur*.

(88) Vide l. ult. C. de numerar. & l. ult. C. de adparitorib. PP. l. 3. C. de diverſ. offic. Symmach. 1. epiſt. 33. ſeu ejus relationem apud Baron. ann. 419. num. 5. Caſſiodor. 11. epiſt. 20. Breviar. Theodoſ. 1. 40.

(89) Protocancellarii, quem noſtri ſequiores frequentius Archicancellarium dixere, meminit Anonymus Combefiſianus in Porphyrogenito n. 8.

(90) In charta anni 1165. in additam. ad Chronic. Caſaurienſe tom. I. p. 2. S. R. J. *Ego Amor Termolenſis Aliſinae Protojudex*. In ann. 1160. apud Ughell. in Archiep. Salernit. num. 13. tom. 17. *Ego Petrus Protojudex*. Quid quod Meſſanae Primates ipſi Univerſitatis Judaeorum, ſolo Proti nomine indigitantur in charta apud Pirrum tom. 1. fol. 410. edit. Venet. *Aron Favi Judaeum Protum Univerſitatis Judaeorum: Ipſos Protos in eadem Curia citari fecit &c. Cum vereantur dicti Proti &c.*

(91) Protocurſoris inſignis mentio eſt in Hiſtor. Miſcella t. 1. p. 1. S. R. J. fol. 123. Locum etiam refert Baron. ad an. 607. n. 2. unde colliges id muneris haud ignobile fuiſſe.

CAPUT II.

De officiis Eccleſiaſticis in quibus τῶν πρωτῶν denominatio apud Graecos occurrit. De Protoſyncellis, Protecdicis, Protonotariis, Protocereis, Protopſaltis, Protocanonarchis nonnulla, ejuſdem ſpeciminis cauſſa, traduntur.

I. INter munera Eccleſiaſtica hoc τοῦ πρωτοῦ caractere diſtincta, primum ſibi vindicant locum *Protoſyncelli* in magnam apud Graecos dignitatem evecti. Syncellos porro latine dixeris concellaneos, hoc eſt una ſub eodem tecto, cellaque degentes. Latinam ſcilicet vocem heic Graeci adoptaſſe videntur, quum ſua carerent; atque ex illa plures feciſſe, ſive hibridas, ſive derivatas. Cellas itaque κελλία dixerunt; inde κελλιώτας *Celliotas* vocarunt Cubicularios, ut apud Phranzem (1): συγκελλίτας *Syncellitas*, qui ſimul habitabant Monachos, ut videri apud Caſſianum (2) poteſt. Audies nonnunquam & barbarô ritu *Congellos*, *Syngellos*, *Sygellos*, & *Sinquillos*, quae voces ejuſdem ſunt, aevo ſequiori (3), corruptelae. Quos ergo proximô apud ſe quiſque locô tenebat, conviventes, & commenſales, hos jure Syncellos vocaſſet. Epiſcopos cum primis, imo etiam Presbyteros, Diaconoſque, ut ſemper vitae ſuae adhuc ſecretioris teſtes haberent, per-

 pe-

(1) Sic Phrantzes lib. 2. Chronic. cap. 1. de morte Imperatoris agens: *Hic mos tenet ut Celliotae Imperatoris ad ſepulcrum ejus uſque ad primi ſacra funeralia, ſive juſta perſeverent*. Utebantur tamen & hac voce Monachi, ut oſtendit Cangius in Gloſſar. med. Graecit. Plura quoque Allat. 3. de conſenſ. cap. 8. num. 8. de Celliotis hodiernis Monachor. Graecor.

(2) Caſſian. collat. 20. cap. 2. *Ut nos tamquam priſtinos Syncellitas, etiam cellulae ſuae, quam in extrema horti parte conſtruxerat, honoraret hoſpitio*. Quae quidem retulimus, non quia Caſſianus homo Graecus fuerit, ut putavit Gueſnajus in ſuo Caſſiano inluſtrato, de qua re vide Card. Noriſ. in Hiſt. Pelagiana lib. 2., ſed quia ab ineunte aetate in Graecia diu verſatus, inde hanc vocem retulit.

(3) Novitii ſcilicet graecae linguae facile intelligent hos barbariſmos. In prima voce, τὸ σὺν Graecorum ſubſtitutum fuit *con* Latinorum, quod idem ſignificat. In duabus aliis quum ea vox etiam συγκελλος ſcriberetur, factum eſt, ut legeretur *Syngellus*, & ſygellus. Quum κ poſt γ non recte pronunciarent, factum *Syngellus*; quum γ ante κ, factum *Sygellus*. In poſtrema denique Graecizantes latini, ut κ poſt γ pronunciationem magis emollirent, fecere q; unde manavit Synquillus.

petuos ſibi comites vel in ipſis cubiculis adjunxiſſe Clericos quoſdam ex veteri diſciplina conſtat. Hinc nimirum nomen Acolythis factum nonnulli arbitrantur (4), quos Acoluthos, ideſt comites, aſſeclas, pediſſequos potius, quam Acolythos nuncupatos putant. Non quod illi ad ſacrum miniſterium nullatenus pertinerent, ut temere, meros effutiens Cubicularios, Calvinus (5) bacchatur; ſed quod ab notiore hoc, & fortaſſe antiquiore munere ſibi fecerint nomen; quamvis autem Acoluthos inter ordinum gradus non habuerint Graeci (6), nec porro habeant; ab ipſis tamen id officii manaſſe, vox ipſa demonſtrat. At vero Syncelli vocem retinuere, *Acoluthos* autem reliquere latinis, qui illos ad ordinis gradum provexerunt. Sane inter ſincera monumenta, prima Acoluthorum mentio in fragmentis eſt epiſtolae Cornelii Papae ad Fabium Antiochenum apud Euſebium (7). Scilicet, quum ex

(4) Vide Pamelium in adnot. ad epiſtol. 55. S. Cypriani. Alteſerram de juriſdict. lib. 11. cap. 5. Addit Duarenus de Benefic. lib. 1. cap. 14., ideo ſic vocatos, quod Epiſcopos, & Presbyteros comitarentur, quocumque ierint, ut actionum teſtes eſſent. Porro etſi extundi haec vox poſſit ab α, et κωλύω id eſt *non prohibeo*, ut ſic Acolythi nuncupentur, quod admiſſi ad altaris miniſterium ſint, a quo reliqui inferiores Clerici prohibebantur, qua de re Eſtius in 4. diſt. 24. §. 13., non ſatis tamen commode adplicata videtur, quod hoc illis demum permiſſum fuerit, quaſi prius ſine nomine eſſent. Quod ſi hinc derives, ſine adſpiratione ſcribendam eſſe jure volunt Goar, Cangius, et Macrius. Verum uſum etiam ſcribendi populo concedimus, ſcientiam nobis reſervamus. Interea an revera ab α, et κωλύω, an a verbo ἀκολουθέω *ſequor* ortum ducat haec vox, vix invenient eruditi, quod luſum jamdiu nobis fecerit literae γ, et diphthongi ου pronunciatio. Ceterum conſtans adſpiratio ab ἀκολουθέω probabilius derivatam oſtendit.

(5) Calvin. inſtit. lib. 4. cap. 19. §. 23.

(6) Vid. Morin. de ſacr. ordinat. p. 3. exercit. 11. 12. et 14. Martenium de ritib. lib. 1. cap. 8. art. 1. Chardon *Hiſtoire des ſacraments* tom. 3. lib. 1. cap. 1. Goar ad euchol. p. 233. et 247. edit. Pariſ. Habert. ad Archierat. pag. 37., et 48. Levia enim ſunt, quae ſive Schelstrat. diſſ. 4. ad Concil. Antiochen. cap. 17., ſive Hallier de ſacr. elect. et ordinat. p. 2. ſect. 1. cap. 1. ar. 1. §. 4. obiiciunt, proxima Apoſtolis aetate Eccleſiam Graecam omnibus quatuor minoribus ordinibus non fuiſſe deſtitutam.

(7) Euſeb. lib. 6. hiſt. Eccl. cap. 43. Videſis hujus epiſt. fragmenta apud Couſtant fol. 150. At vero quod apud Euſeb. in vit. Conſtant. lib. 3. cap. 9. poſt enumeratos Epiſcopos Nicaenae Synodo praeſentes haec legas: *Presbyterorum autem Diaconorum, Acoluthorum, & aliorum, qui iſtos comitabantur turba ne numerari quidem poteſt*: inde non inferas Acoluthos in gradu ordinis uſurpatos ab Graecis fuiſſe. Illa enim vox in textu graeco, eos omnes indiſcriminatim complectitur, qui in Epiſcoporum famulitio, et comitatu erant. Vide Thomaſſin. p. 1. lib. 2. cap. 30. n. 4.

ex eorum contubernio factum fuerit, ut Epiſcopos in publicum prodeuntes (8) anteirent, hique ad mittendas aliis Epiſcopis litteras (9), quibuſcum Eccleſiaſtica negocia conferenda erant, eorum miniſterio uterentur; inde etiam manavit, ut ad Eulogias, ipſamque (10) etiam Euchariſtiam in communionis teſſeram deferendam paſſim adhiberentur; cujus rei inſignia exſtant exempla in epiſtola S. Innocentii I. ad Decentium (11), & in ſacculi traditione, quâ huic nobiliſſimo muneri (12) in ordine Romano mancipabantur. Hinc etiam eveniſſe, ut in Eccleſia Occidentali inter ordinum gradus referrentur, quamvis deinde minoribus in ſacrificio muneribus addicti fuerint, vehementer quidem, nec temere arbitror. Itaque ad noſtra ut redeam, vetuſtiſſima fuit in utraque Eccleſia Syncellorum diſciplina. De latina teſtem diſertiſſimum habemus Ennodium (13) Ticinenſem in eo libello Apolo- ge-

(8) Notandus hac de re locus S. Ambroſ. 1. de off. 18. ubi de quodam Clerico ait, juſſiſſe, *ne unquam praeiret mihi, quod veluti quodam inſolentis inceſſus verbere, oculos feriret meos.*

(9) Conſule epiſt. S. Cypriani 42. fol. 142. edit. Baluzii Venet. 1758., ubi de Nicephoro Acolutho; et epiſt. 55. ubi de Acoluthis Saturo col. 191. et Feliciano colum. 199. litterarum latoribus; et epiſt. 78. et 79. ubi de Luciano, Maximo, et Amantio Acoluthis ſubſidiorum portitoribus col. 381. Non raro et id muneris Hypodiaconis datum; ut in eadem epiſt. 42. et ſeq., et 78. et 79. Confer S. Auguſtin. epiſt. 62. nunc 102. in qua per Albinum Acoluthum reſcribit, et epiſt. 104. nunc 191. et fortaſſe alibi, et S. Greg. lib. 7. ep. 7. ind. 1. Adi Thomaſſ. p. 1. lib. 2. cap. 30. n. 8.

(10) Id ſatis oſtendit martyrium S. Tharſicii Acoluthi in Martyrol. Uſuardi, et Romano ad 8. Kal. Septembris. Verum plura Mabillonius habet in comment. aviis praeviis ad ordin. Roman. Muſei tom. 2. fol. 30.

(11) Innocent. I. epiſt. ad Decent. edit. Couſtant. colum. 860. *Quarum Preſbyteri (Eccleſiarum), quia die ipſa propter plebem ſibi creditam nobiſcum convenire non poſſunt; idcirco fermentum a nobis confectum, per Acolythos accipiunt, ut ſe a noſtra communione, maxime illa die, non judicent ſeparatos.* Vide ibid. notas Couſtantii, et Mabill. loc. laud.

(12) Ordo Roman. VIII. apud Mabill. laud. fol. 85. Hunc ſacculum ad confringendas in Miſſa oblatas conſecratas pertinuiſſe putat poſt Mabill. Martenius de ritib. lib. 1. cap. 8. ar. 8. n. 16. Vide et Cangium v. *ſacculus*.

(13) Hic libellus, qui in Synodicum decretum tranſivit in 5. Synodo ſub Symmacho anno 504. celebrata, ea de re ſic habet. *Nullum Sacerdotum antiquis, & modernis legibus obſequentem, nullumque Levitarum, ſine bene probata volumus in quocumque loco manere cuſtodia. Vel quem ſubſtantiae exilitas non permiſerit habere conſortem, ipſe concellaneus ſiat alterius: Publicum ſit apud Religioſos omne quod geritur . . . multos habeat actuum conſcios, qui Deo debet innocentiam &c.* Vide hunc libell. in actis Conc., vel in ſupplement. Bibliothec. PP. Confer et Baron. ad ann. 502. n. 34.

Digitized by Google

getico, quem in cauſſa Symmachi Papae Synodali auctoritate conſcripſit, & quintae ſub eodem Romanae ſynodo obtulit. Quamobrem Etherium Lexovienſem Epiſcopum, multos circa ſtratum ſuum habuiſſe lectulos Clericorum narrat S. Gregorius (14) Turonenſis. Quos autem ex Clericis primum adſumebant, deinde ex Monachis etiam eligi permiſit S. Gregorius Papa, cujus decretum a Gratiano (15) laudatur: unumque ex Monachis concellaneis ejus fuiſſe S. Auguſtinum Anglorum Apoſtolum Leo (16) Tertius ſcribit. Plures hanc diſciplinam, ſive inſtituentes, ſive inſtaurantes Canones, exemplaque congerit (17) Thomaſſinus. At ad Orientales Epiſcopos, Patriarchas praeſertim quod adtinet, ii Monachos ſibi frequenter deligebant Syncellos, cujuſmodi fuiſſe Sedium (18) orientalium in VII., & VIII. Synodo legatos legimus. Eo tamen ibi res evaſit, ut Patriarcharum Syncellatus in ſummam evectus fuerit dignitatem, quod eorum Concellanei, utpote conſiliorum participes, poteſtatis quoque adminiſtri fierent, qua de re praeter laudatum Thomaſſinum, uberrime agit Chriſtianus (19) Lupus.

II. Verum inter eos, Cpolitanae Eccleſiae Syncelli potiſſimum excelluerunt; tametſi quodnam in illa Eccleſia proprium eorum munus fuerit, fruſtra doctos viros quaerere nos Cangius (20) moneat. Obſcurum quidem: atqui magnum fuiſ-

(14) S. Greg. Turonenſ. lib. 6. cap. 36. Vide etiam Conc. Turonenſ. 2. can. 10. et Ticinenſe anni 850. can. 1. De S. Caeſario Arelatenſi ſimilia Thomaſſ. refert p. 1. lib. 2. cap. 100. n. 8.

(15) Vide decreti can. 58. 2. q. 7., et can. 60. ibid. qui tribuitur Paſc[illegible] PP., in quo id muneris erga Epiſcopum Presbyteris, et Diaconis adſignatur.

(16) Haec epiſt. Leon. III. inter illius prima cenſita, ſcripta eſt ad Kenulphum Merciorum Regem, ac refertur a Willelmo Malmesburienſi lib. I. de geſt. Reg. Angliae cap. 4. ibi: *Ipſam Parochiam B. Auguſtino Syncello ſuo tradidiſſe*. Sed ante tempora Gregorii refert liber Pontifical. decretum Lucii I. *Ut duo Presbyteri, & tres Diaconi in omni loco Epiſcopum non deſererent, propter teſtimonium Eccleſiaſticum*.

(17) Loc. mox laud. adnot. 14. cap. 100. 101. 102. Vid. etiam Cangium v. *Syncellus*.

(18) Sic Johannes, & Thomas Monachi legati Alexandrinae, Antiochenae, et Hieroſolymitanae Sedis in Nicaena Synod. 2. Syncelli eſſe leguntur. Elias quoque in Cpolitana 4. ſubſcribitur: *legatus, & Syncellus Sedis Hieroſolymitanae*.

(19) Conſule Chriſt. Lupum diſſ. de 8. Synod. General. cap. 10. tom. 3. opp. fol. 369. edit. Venet. 1724.

(20) Pluribus hac de re Cangius v. *Syncellus*.

fuiſſe, & multorum ambitu expetitum, dubitat nemo. Hinc factum, ut quum illorum ſatis numerus augeretur, Sergius ille Monothelita, qui annô *609.* in thronum Cpolitanum elatus fuit, conſtitutionem (21) ab Heraclio Auguſto impetraverit, quâ ad binos dumtaxat redigerentur. Sed vero intra arctos adeo hujuſcemodi limites, nec Clericorum ambitio coërceri, nec ſequiorum Patriarcharum facilitas potuit. Ebullierunt rurſum Syncelli permagno numero, ut Thomaſſinus obſervat, eorumque primus *Protoſyncellus* vocari coepit. Hunc propterea Bulingerus (22) putat primum fuiſſe poſt Patriarcham, eôque apud eum locô habitum, quô apud Auguſtos ii, qui Caeſares, & Imperii candidati, ac ſucceſſores erant. Verum ne utrumque falſum ſit vereor. Etenim, ut ut vel ſupra ipſos etiam Metropolitanos ſedere aliquando contenderint (23), factôque ipſô conſediſſent Syncelli Cpolitani, propterea quod Metropolitae quoque eorum conſequi dignitatem adfectaverint, unde Syncelli Metropoliticam ſuâ minorem eſſe inferebant: Archimandritas nihilominus Protoſyncellis praeponi in antiqua creandi Patriarchae formula apud Phranzem (24), & Codinum conſtat. Deinde etſi quandoque, qui Protoſyncellus erat ſucceſſor quoque fuerit in Sede Patriarchali: quinimmo & ante invectum Protoſyncellum, ex Syncellis aliqui in eum thronum evecti fuerint, ut pluribus congeſtis exemplis Lupus (25), ac Thomaſſinus oſtendunt: attamen quid haec inter tantos, inquit Cangius, quibus nuſquam fuit Syncellorum munus ante adeptum Patriarchatum? Nec porro ſemper, neque ut plurimum morituro Patriarchae Protoſyncellus ſuccedebat, (quemadmodum Caeſares demortuorum Auguſtorum implebant locum) quamvis is gradus eſſet, ut facilius (26) eligerentur. Maxima ſcilicet au-

(21) Exſtat in Paratitlis Leunclavii in Codice juris orient.

(22) Bulingerus in appendic. de officiis Eccl. Cpolit. aliàs laudata.

(23) Vide hac de re plura infra cap. 3. n. 6.

(24) Refert Lupus in appendic. ad Synod. Chalcedon. act. 4. tom. 2. opp. col. 266. eodem pacto in ultima Synodo a Graecis Cpoli anno 1642. celebrata, quâ Calviniana haereſis proſcripta fuit, Magnus Archimandrita Magno Protoſyncello praefertur. Vide Conc. tom. 24. col. 1722.

(25) Laud. loc. adnot. 14. 17., et 19.

(26) Eô ſcilicet res apud Graecos progreſſa eſt, ut Syncellos Patriarchis etiam

Digitized by Google

auctoritate potiebantur, quam (27) nonnulli ei ſimilem arbitrantur, quam apud nos habent hodie officiales illi, quos ſibi Vicarios Epiſcopi conſtituunt, quâ nihiloſecius majorem omnino exiſtimaverim, quum huic ſimilem potius ſibi Chartophylaces (28) vindicaverint, Protoſyncelli vero veluti (29) Patriarchae oculi, & coadjutores haberentur. Verum, ut hodieque apud Principes, plures licet Cubicularii reipsâ ſint, fiunt tamen & id generis plurimi, qui nec Principibus praeſto ſunt, nec cum illis convivunt: ita porro factum ab Epiſcopis Cpolitanis, atque ab ipſis etiam Imperatoribus Orientis. Hinc nonnullis etiam ab ea Urbe, vel Eccleſia perpetuo abſentibus Syncelli honos participatus. Johannes Epiſcopus Tranenſis (30), qui mediô ſaeculô undecimo floruit, Graeci Schiſmatis inter noſtros fautor famoſus, *Pontificalis, & Auguſtalis Syncellus* nuncupatur, quod tum (31) ab Auguſto,

etiam Auguſti darent; imo et ipſi, non minus ac Patriarchas facerent. Plura Thomaſſ. cap. 101. n. 5. et ſeqq. et cap. 102. n. 5. et 6.

(27) Macrius in Hierolexic. v. *Protoſyncellus*.

(28) De Chartophylace dicam pleniſſime cap. 5. Illud heic addendum, ex Protoſyncello apud vana fumoſorum titulorum pompa gaudentes Graeculos, ut Lupus loquitur, factum fuiſſe Magnum Protoſyncellum, cujuſmodi et illum legimus in ultima Graecorum Synod. adnot. 24. laudata. Ejus officia nonnulla in Euchologio deſcribuntur, portandi ſcilicet ad ſacrificium hypogonatium, hoc eſt pulvinar, quod Patriarchae genibus ſubſternebatur, atque in ejuſdem ſacrificio orationem pro eo ſollemniter canendi, ex Graecorum more, qui neminem pro ſemetipſo publice orare voluerunt. Vide Lup. ibid.

(29) Hoc Protoſyncelli munere functum legimus in Eccleſia Cpolitana Gregorium illum Meliſſenum Mammatem in Conc. Florentino celebrem, adverſus quem plura Schiſmaticus Sguropulus. De eo vide, non tam quae habet Creighton in praefat. ad Sguropul., quam quae Warthonius ad Caveum ad ann. 1440. in ſupplem. pag. 120. Confer etiam Allat. in diatrib. de Georgiis. Inter antiquos Syncellos eminet anno circiter 790. Georgius ille Syncellus Tharaſii Patriarchae, cujus Chronicum habemus, de quo plura ibid. Allatius, ex quo Oudinus tom. 1. col. 1232.

(30) In hiſtor. tranſlat. S. Leucii Epiſcopi Brunduſini apud Bolland. to. I. ad II. Januar. Proſtat et haec translatio apud Ughell. tom. 7. pag. 892. edit. Coleti. Scripta fuit ab Anonymo ipſius etiam Johannis Syncello. Vide Aſſeman. tom. 3. de reb Neapolit. fol. 569. Refert Lucentius in appendice ad Sipontinos Archiepiſcopos, quos inter etiam fuit hic Johannes, illius epitaphium, in quo dicitur Archiepiſcopus *Tranenſis, Sipontinenſis, Garganenſis Eccleſiae, atque Imperialis Synkellus*. Vide etiam Adelſerium in vita S. Nicolai Peregrini edita ab eodem Ughell. eod. tom.

(31) Ut Patriarchae Syncellos dabant Imperatores, quemadmodum ſupra adnot. 26. obſervatum; ita titulo tenus Archiepiſcopis, et Epiſcopis conferebant, unde manarunt Auguſtales Syncelli: vide Cangium hoc verbo.

guſto, quum a Patriarcha illô ornatus titulô fuerit. Poſtremo eô pervenit Graecorum prodigus faſtus, ut Calabriae noſtrae Epiſcopis abſentibus, Protoſyncelli etiam dignitatem, ſeu potius titulum communicarent. Theodorus Meſimerius (32) Epiſcopus Scylacaeus circa finem undecimi ſaeculi, hôc ſe titulô in diplomate diſtinguit, quod S. Brunoni, ac Lanvino datum refertur.

III. A Protoſyncellis ad Protecdicos gradum facimus, hoc eſt ad primos defenſores. Aliâ porro notione munus defenſoris Eccleſiae apud latinos frequens eſt, praeſertim in (33) epiſtolis S. Gregorii, aliâ apud Graecos. Tuebantur enim illi juriſdictiones Eccleſiarum, & bona, immo & pauperum perſonarum. At Protecdici munus in Eccleſia Cpolitana ad curam captivorum protendi, ſimulque judicium comprehendere omnium querimoniarum, quae ad forum deferuntur, ſcribit (34) Codinus. Non ſic tamen Anonymus Monchallianus, apud quem ſic leges: *Protecdicus jus habet a Patriarcha levis momenti cauſſas, quae in Palatio Patriarchali accidunt cum duobus defenſoribus dirimendi*: Qui ſane & infra, duos hoſce

(32) Vide Chartam apud Ughell. tom. 9. in Epiſc. Scyllac. pag. 590. Ibi Meſimerius graece Πρωτοσυγκελλος, latine Protoſynquillus dicitur, quamvis Ughellus chartam graecam non referat.

(33) Confer hac de re innumeras S. Gregorii epiſt. lib. 1. ep. 6. 25. 26. lib. 2. indict. 11. epiſt. 36. 54. lib. 4. ep. 4. 25. lib. 7. ind. 1. ep. 4., & ind. 2. ep. 66. 67. lib. 9. ep. 32. lib. 10. ep. 4. 47. Adi Joh. Diac. in ejus vita lib. 2. cap. 53. Defenſorum hujuſce numerum ad ſeptem Romae auxiſſe eumdem Gregorium habes ex lib. 7. ind. 1. indict. 17., qui Defenſores Regionarii dicuntur in Ordine Romano. Hujuſcemodi munus in Eccleſia a Conc. Chartaginienſi V. vulgo IV. ann. 398. celebr. originem ducere videtur. Ibi enim ſancitum can. 9. *Ab Imperatoribus viſum eſt poſtulandum, propter afflictionem pauperum, quorum moleſtiis ſine intermiſſione fatigatur Eccleſia, ut defenſores eis adverſus potentiam divitum, cum Epiſcoporum proviſione delegentur*. Hinc factum ut in altero deinde Conc. Afric. PP. can. 97. inter Africanos, quem ad Conc. Chartag. ann. 407., rectius alii ad Conc. Milevitan. 2. can. 16. pertinere autumant, hanc facultatem ab Honorio Aug. exoraverint, ut videre etiam licet l. 38. C. Th. de Epiſc. & Cleric., quâ illis indulgetur, ut defenſores eligerent, ſive ex coronatis, id eſt Clericis, ſive a Scholaſticis, hoc eſt Advocatis. Inde manarunt & Defenſores Eccleſiarum, quorum officium ſaeculo VI. & ſeqq. admodum nobile, & multae juriſdictionis. Vide Rapſonum de Baſilic. Lateran. lib. 3. cap. 18. Thomaſſ. p. 1. lib. 2. cap. 97. & ſeqq. Chriſt. Lupum ad can. 23. Chalced. Van-Eſpen ad can. 97. Afric., & Muratorium diſſ. 73. med. aev., ubi de Advocatis, & Vicedominis Eccleſiarum.

(34) Codin. & Anonym. in laud. libellis.

Ecdicos ſuô locô ponit. Illi concinit (35) Euchologium Goarianum, ubi haec invenies. *Defenſorum ſupremus ex Pontificis perſona* (ideſt in ejus abſentia) *judex conſtituitur*, *atque cum duobus Conſultoribus parvi momenti negocia ad Patriarchatum deducta judicat*. Variatum propterea tractu temporis in hoc officio fuiſſe arbitror; eique potiora munera adnexa, quum inter Exocatacoelos relatum fuit, qua de re infra dicam ex propoſito. Conſtat enim ex Johanne Citrio (36) hoc munus, quum antea inter minora eſſet, majoribus (37) poſtea adcenſitum fuiſſe a Patriarcha Georgio Xiphilino. Hinc apud Codinum in primo officiorum quinario, inter eos, qui in ſacra Synodo cum Patriarcha ſedent, ultimô locô ponitur, ejus licet additio quinarium excedat numerum; quum tamen apud Anonymum noſtrum primus legatur in pentade tertia. Quamobrem Simeon Theſſalonicenſis (38); qui longe poſt Xiphilinum floruit, hôc pactô in libello de ſacris ordinationibus officium illius exponit. *Protecdicus delegatur ut revertentes ab apoſtaſia recipiendi curam habeat*, *atque praevaricationes legis vindicet*, *eoſque qui homicidii*, *aut alterius criminis ſunt rei examinet*, *& in eos inquirat*, *quô*, *ſi quid auxilii ad eorum ſalutem procurandam ab Eccleſia poſtulant*, *ipſis praeſtetur*. Olim can. 23. Chalcedonenſi (39) *τῷ ἐκδίκῳ* Defenſori Eccleſiae Cpolitanae (nondum enim, vel plures conſtituti erant (40), vel

(35) Euchol. Goarii fol. 229. edit. Venet. 1730. tit. de official. Eccl. Cpolit.

(36) Videſis Citrii verba in reſponſ. ad Conſtantin. Cabaſilam Archiep. Dyrrachitanum to. 1. Jur. Graec. Rom. Leunclavii lib. 5. fol. 327. Johannes hic ſub initium floruit ſaecul. XIII. Cave tamen ne hunc, quo de loquitur, Xiphilinum, cum Johanne Xiphilino anno 1066. in Patriarcham electo confundas, cui vulgo Dionis epitome tribuitur, quae fortaſſe nepotis eſt. Nam hic Georgius Xiphilinus eſt, qui anno 1193. ex M. E. Scevophylace in Patriarchatu Doſitheo ſucceſſit; cui Citrius fortaſſe coaevus, licet ſuperſtes fuit.

(37) Cauſſam Macrius refert in Hierolex. in hac voce ex Balſamone, quod aegre admodum hôc ſe quiſque munere abdicabat, ut adſcenderet ad ſuperiora. Magnis enim lucris fruebantur Protecdici.

(38) Floruit Simeon ſaecul. XV. ineunte: obiitque anno 1429. paullo ante expugnatam ab Amurathe Theſſalonicam. Vide libell. de ſac. ord. edit. a Morino, cujus etiam latin. verſio proſtat tom. 22. Biblioth. PP. edit. Pariſienſ. cap. 13. fol. 791.

(39) Adiſis Correctores Romanos graece, & latine hunc can. referentes apud Gratian. can. 17. 16. q. 1. & Lupum in hunc can.

(40) Eôdem pactô cum plures eſſent Defenſores in Eccleſia Romana, unus Primicerius Defenſorum evaſit, de

vel ampulloſa illa τοῦ πρωτοῦ adpellatio inoleverat) commiſſum ut Monachos, Clericoſque gyrovagos, prius commonitos, deinde & nolentes, Urbe regiâ expelleret. Qui autem fuerit etiam apud Graecos πλοϊμόδικος, quô titulô in Conc. Cpolitano III. (41) Anaſtaſius Diaconus, & Notarius inter Patriarchae Cpolitani Officiales donatur, obſcurum vel ipſi Cangio eſt. Vetus interpres *Defenſorem Navium* vertit, quod munus, quônam pactô ad Eccleſiaſticos pertinuerit, quodve tutelae genus fuerit, ignotum.

IV. Progredimur ad Protonotarium, cujus officium in ſecunda pentade primô locô Codinus ponit; atque per illud aditum fieri ad Exocatacoelos, nimirum primae pentadis dignitates diſerte monens, praeeſſe dumtaxat pictaciis conficiendis ſcribit. Id tamen muneris in Eccleſia Cpolitana enucleatius Monchallianus Anonymus exponit, cujus haec ſunt verba. *Protonotarius ſtat in Eccleſia, ut miniſtret Patriarchae, tenenſque calamarium ſuum ſtat, & ad ſcribendum promtus eſt, ſi ita neceſſitas poſtulat. Inviſit etiam Juriſconſultos, ſcriptôque conſtitutiones, manumiſſiones, & alia his non abſimilia mandat.* De manumiſſionibus heic loqui autumo, quae per Conſtantinum (42) invectae erant in ſacroſanctis Eccleſiis, teſtimoniô Sacerdotum, quas ſcripturâ qualicumq. fieri oportebat, unde poſtea chartularii, tabulariive liberti mediô aevô in Occidente manarunt, de quibus in Caroli M. Capitularibus (43), & in lege Ripuariorum. Porro hibridum eſt hoc nomen ex Notarii voce compoſitum, quam ſequiores invexere Latini a notis, quibus compendio voce exarabant Scriptores illi, quos γραμ-

de quo S. Gregor. lib. 7. ind. 1. ep. 17. Sed ut Defenſores non ejuſdem videntur eſſe notionis apud Latinos, ac apud Graecos ἔκδικοι; ita nec convenit cum Primicerio Defenſorum πρωτέκδικος. De hoc vide Gretzer. ad Codin., Goarium laudat., Meurſium, & Cangium in Gloſſ. Graecit. qui uberius agunt. Nobis pauca innuiſſe ſatis.

(41) Vide act. 8. illius Concilii. Confer Cangium v. *Defenſor Navium*.

(42) De iis Sozomen. lib. 1. cap. 9. Confer. cum l. 1., & 2. C. de iis qui in Eccl. manumittuntur et I. inſtit. 5. §. 1.

(43) Vide Capitulare Caroli M. anni 806., et lib. 5. cap. 128. Adde Conc. Wormatienſe cap. 20., Cujac. obſerv. 4. 5., Thomaſſin. p. 2. lib. 1. cap. 73. In lege Ripuarior. tit. 58. §. 1. ſic leges: *Epiſcopus Archidiaconum jubeat ut ei tabulas ſecundum legem Romanorum, quâ Eccleſia vivit ſcribere faciat, & tàm ipſe, quam omnis procreatio ejus liberi remaneant &c.*

ματεῖς (44), vel Tachygraphos Graeci dixerunt. Vocem tamen eô titulô a Graecis auctam in illis, qui aliis praeeſſent, aut praeirent Notariis, ſibi etiam latini poſtliminiô vindicarunt, qui & Protonotarios adhibuerunt, & Protoſcriniarios, alioſque id genus (45), ut obſervatum eſt ſupra. Adoptatum tandem id nomen ab Eccleſia Romana, quae ſeptem Notarios ſuos, ſive MM. acta (46) primitus colligentes, ſive Pontificum epiſtolas, decretaq. Conciliorum deinde ſcribentes, & legationes obeuntes: denique Pontifici ſummo in Conſiſtoriis ad Eccleſiae negotia conſignanda adſtantes, Protonotarios adpellavit. Illos in nobiliſſimum auxit Duodecimvirûm Collegium Sixtus V. ampliſſimis honoribus diſtinctum, quod veteri ſucceſſit ſcholae Notariorum, cujus frequens mentio (47) apud S. Gregorium eſt.

V. Implexior eſt notitia Protochiriorum (ſic enim noſtri efferunt), quos etiam latino ritu Primichirios dixere ſequiores Graeci. Tametſi autem certum omnino videatur, hanc vocem a latinis mutuo ſumſiſſe Graecos, poſtquam ad hos translatum imperium eſt: quoniam illi primum in albo (48) ſeu cera ſcriptum, in unoquoque ferme officio Primicerium vocarunt; attamen Gregoras apud Goarium (49) ita illam interpretari mavult, ut graecam prorſus habuerit ἀπὸ τοῦ πρώτου, καὶ κυρίου confectam, veluti *primum Dominum* indicaret. Sed nugatur hic inter Graecos poſtremorum tem-

po-

(44) De his Montfauconius Paleograph. lib. 1. cap. 5. et ſeq.

(45) Vide adnot. 88. et ſeqq. cap. 1. Confer et chartam Burgolienſis Monaſterii laud. a Thomaſſin. cit. cap. 106. lib. 2. n. 1.

(46) Conſule Baron. in praef. ad Martyr. cap. 1. et ad ann. 238. n. 11. et ſeq. ex vulgat. Anaſtaſio in Clemente, et Anthero. De legationibus Protonotariorum ab vetuſta aetate, teſtis eſt epiſt. S. Leonis 46. olim 23. Adde et S. Gregor. epiſt. 49. olim 34. lib. 2. indic. 10.

(47) Vid. eund. S. Gregor. lib. 2. indic. 11. ep. 52. et Macrium v. *Notarius*.

(48) Primicerii nomen commune olim fuiſſe primis quibuſve ex alicui officio adſcriptis, quod primi in tabella cerà oblita ſcriberentur, obſervatum Alciato, Cujacio, et Gothofred. ad l. unic. C. de Primicer., Voſſ. in Lexic., Guther, de off. dom. Auguſt. cap. 9. aliiſque. Quamobrem neſcio plane, cur Briſſonius in Lex. Jur. illud *cerius* nominis productionem putet. V. etiam Baron. ad Martyr. 19. Maii.

(49) Refert hanc Gregorae interpretationem ex lib. 7. ſect. 8. Goar. in adnot. ad Codin. 2. n. 10., ubi et Suidae verba ex tom. 3., et Heraclii ex Jur. Graec-Rom. adducens, in benignum ſenſum illam trahere ſatagit. Sed vide Cang. v. *Primicerius*.

porum Scriptor. Numquam enim πρωτοκύριον ſcripſere Graeci (50), ſed conſtanter πρωτοκήριον. Suidas vetus inter Graecos Lexicographus Primicerium dixit *in unoquoque ordine primum*: Heraclius in novellis *ſeriei cujuſque caput*, adeout in pleriſque etiam M. E. officiis ſui occurrant Primicerii. Anonymus duos refert Primicerios, qui ſupra Subdiaconos ſtant, pſalluntque cum Protopſalte. Codinus Primicerium addit Tabulariorum, alterum & Lectorum. Quid vero quod apud Ammianum (51), apud Caſſiodorium, apud Vegetium, in lapidibus ipſis, & paſſim in jure Romano innumeri fere legantur in muneribus Primicerii? Illud haud injuriâ ſuſpicari quis poſſet, id nominis a Notariis (52), quibus primitus collatum cernitur derivaſſe, quod in ceris ſcriberent, vel cerâ ſignarent, ut is qui primus in eo munere eſſet, Primicerius Notariorum nuncuparetur. Hinc qui cerâ ſignabat Protocerium etiam vocavit (53) Caſſiodorius. Sane antiquiſſimi ſunt in Eccleſia Primicerii Notariorum, atque in Conc. Chalcedonenſi (54) Aëtius ſaepe occurrit Archidiaconus Eccleſiae Cpolitanae Primicerius Notariorum. In Concilio quoque Byzantino (55) anno 536. in cauſſa Anthimi celebrato, Menam legimus *Lectorem*, & *Secundocerium Notariorum Apoſtolicae Sedis*

(50) Hinc tamen inferas velim, quam ſimilis Gregorae aetate, qui ſaeculo XIV. ineunte vixit, utriuſque litterae *n*, et *υ* prononciatio fuerit.

(51) Innumerabilis eſt cohors Primiceriorum. Occurrunt Primicerii Protectorum apud Ammianum lib. 18. cap. 3., ſacri cubiculi in Notit. Imper. Vide etiam Caſſiodor. 11. variar. 25. 30. 32. In officio Praefect. Praet. apud Vegetium 2. de re milit. cap. 21. Item Exceptorum, Singulariorum, Auguſtalium, ſcriniorum l. unic. Cod. Theod. qui app. tyron. Primicerius fabricae l. 2. C. de fabricatorib. Domeſticorum, Equitum, l. 2. C. de domeſtic. menſorum l. unic. C. de menſorib. Adjutorum l. ult. C. de off. P. V. et ſexcenti. Vide Vicat. in lex. jur. hoc v. Primicerius etiam Tabulariorum eſt in lapid. apud Reineſium pag. 433., et candidatus Primiceriorum pag. 900. Quamobrem non abs re ab S. Auguſt., ſive auctore, quicumque fuerit ſerm. 21. de tempore, vocatus eſt S. Stephanus *Martyrum Primicerius*. Unde et Hincmarus Vicarium Romanae Sedis in Galliis et Primatem, vocat Primicerium apud Marca concord. 6. cap. 29. n. 2. et Baluzium in ſuppl. ad lib. 5. cap. 44. n. 6.

(52) Vide addentes ad Macr. v. *Primicerius*. Hinc in tit. C., Primiceriis, et Secundic. adduntur Notarii.

(53) Laudatur a Macrio hoc v.

(54) Vide act. 2. et ſeqq. Conc. Chalced.

(55) Confer act. 1. hujus Synod. cum 4., edit. Conc. Bail. Patavii 1701, tom. 2. fol. 197., et 198.

dis antiquae Romae: Similiter & apud S. Gregorium (59), & in hujus vita apud Johannem Diaconum utramque implent paginam Primicerii iſti, ac Secundicerii Notariorum. Et quidem de Primicerio Notariorum Romanae Eccleſiae, ejuſque dignitate plura ex veteri diſciplina conjicit Thomaſſinus (57); eumque caput fuiſſe Cleri totius inferioris, atque a gradu propterea Hypodiaconorum adſumi ſolitum. Quamobrem vertices trium ordinum, quibus Eccleſia illa conſtabat, Archipresbyter erant, Archidiaconus, & Primicerius iſte Notariorum, qui, vel abſente Pontifice, vel Sede vacante, illius clavum moderabantur. Nec confundendi Primicerii hujuſmodi cum Primiſcriniis (58) ſunt, quorum cura ad archivum pertinebat, quod ſcrinii nomine efferebant Latini. Primiſcrinii enim pluteis, quorum cuſtodiae chartae committebantur, praefecti erant, & varia ex chartis quae ſervabant ſortiti (59) ſunt nomina. In Eccleſia autem Romana qui Primiſcrinius dicebatur, vel Protoſcriniarius, duodecim praefuiſſe ſcriniariis, qui etiam Notarii (60) eſſent, Macrius putat. Illinc igitur ad alia officia translatum arbitrantur hoc nomen, quum (61) in jure Romano in muneribus quampluribus, praeter Secundicerios, Tertiocerii etiam, Quartoceriique non deſiderentur.

VI. Nitidior autem ex diſciplina Eccleſiarum Hiſpaniae Ec-

(56) Vide lib. 2. ep. 22. lib. 6. ep. 29. lib. 7. ep. 22. 23. Joh. Diacon. in vita lib. 2. cap. 11.

(57) Thomaſſ. de benef. p. 1. lib. 2. cap. 103.

(58) Diximus jam cap. 1. n. 12., et adnot. 83. Fatendum tamen Primiſcrinium dictum quoque fuiſſe Primicerium Tabulariorum, quod Scrinio Tabulariorum, ſeu Tabulario praeeſſet, ut monet Vicat v. *Primiſcrinius*: adeoque illud ſemper verum, commune, ac generale fuiſſe Primicerii nomen.

(59) Sic legimus Primiſcrinios largitionum privatarum, canonum, beneficiorum, ſecuritatum etc. Confer notitiam Imper.

(60) Protoſcriniarium Romanae Eccleſiae, illum deſcribit fuiſſe Joh. Diacon. junior. in libello de Eccleſ. Lateran. edit. a Mabill. Muſe tom. 2. fol. 570., *qui praeeſt Scriniariis, quos Tabelliones vocamus*. Confirmantur ex hoc loco, quae Macrius tradit v. *Scrinium*. At Notarios a Scriniariis fuiſſe in Eccleſia Romana reapſe diſtinctos, putat Cl. Manſius ad Thomaſſ. p. 1. lib. 1. cap. 105. n. 4. quod in Diplomatis aliquando Notarii; et Scriniarii conjunctim adpellentur. Sed obſcura res eſt.

(61) Primicerios, Tertiocerios, et Quartocerios habes in l. 7. C. de palatin. ſac. largit. De ſecundiceriis vide tit. C. de Primic. et Secundic., et Not. Imp. Confer l. 1. C. de praepoſit. agentium in reb., ubi et Tertiocerii occurrunt.

Digitized by Google

Eccleſiaſtici Primicerii notio eſt, in quibus non Primicerius, ſed Primiclerus, aut Primiclerius, alterô veriloquiô, quaſi primus ex inferiori Clero, vocabatur, quemadmodum ex Conc. Emeritenſi (62) atque ex S. Iſidori epiſtolis conſtat. Porro ita S. hic Doctor ejus munus exponit, ut nonniſi inferiorum ipſi Clericorum commiſſa cura videatur. Ad *Primiclerium*, inquit, (63) *pertinent Acolythi, Exorciſtae, Pſalmiſtae, atque Lectores: ſignum quoque dandum pro officio Clericorum &c.* Hinc manavit ut in Eccleſiaſtico ritu, ſive Primicerii nomen Romanô more, ſive etiam Primicleri, Hiſpanâ haud abludente transformatione, ad eum in Clero innuendum translatum fuerit, cujus eſſet Clericos inferiores, cantus modulos edocere, ejuſque formam (64) praeſcribere, modum, ac tempus. Scholae ejuſmodi ſub Primicerio Romae factam inſtitutionem diſtincte Petrus (65) Epiſcopus Urbevetanus enarrat: eam-

(62) Conc. Emerit. a. 666. can. 9. et 12. ſecund. edit. Labb. tom. 6. Conc. fol. 498. Sic et in Tolet. XV. *Muſacius Primiclerus* poſt Archidiaconum ſubſcribit. Ita et legendum in Tolet. VII. *Siculus Primiclerus*. Vide etiam epiſtol. Iſidori ad Braulionem Archidiac.. Quamobrem haud emendanda haec loca, ut nonnulli putarunt. Nam etiam in Conc. Compoſtellano anno 1031. tom. 3. Conc. Hiſpan. pag. 199., et in Hiſt. Wambae Regis apud Cangium hoc v. *Primiclerus* occurrit. A veri ſpecie non abludit, quemadmodum Thomaſſ. monet p. p. lib. 2. cap. 103. et ita legendum eſſe apud S. Iſidor. in epiſt. ad Ludifredum, a qua, licet interpolate, excerptus eſt can. 1. diſt. 25.

(63) Referuntur can. mox. laud. diſt. 25.

(64) Can. cit., et cap. unic. de off. Primic.

(65) Vide ejus verba ex ſcholiis ad vitam Leonis IV. apud Card. Bona mox laudandum. Verum ſcholae hujus origo antiquiſſima. Panvinius in libell. de interpret. vocum Eccleſiaſtic. v. *Primicerius*, ad Hilarum ex lib. Pont. vult referendam. Sed obſcura ſatis verba ibi occurrunt. *Hic conſtituit in urbe miniſtrales, ut circumirent conſtitutas ſtationes*. Conſtant. Cajetanus ad vitam Gelaſii II. tom. 3. S. R. J. aliud invenit ſyſtema, ſanctumque Benedictum ejus ſcholae Auctorem fuiſſe Hormiſdae PP. ſtatuit. Illud certum, potiorem ejus ſcholae ſtatum, cum aede, proventibus, atque Collegio S. Gregorio deberi ex Joh. Diac. in vita lib. 2. cap. 6. Primicerius hujus ſcholae, idem ac Prior ſcholae in Ord. Rom. 1. apud Mabill. fol. 7. Cave tamen ne Archiparaphoniſtam Primicerium putes, erat enim *quartus ſcholae*, ut ibidem notatur. Quum autem Paraphoniſtae, hoc eſt Cantores, paſſim in Romanis ordinibus legantur, cur quarto ſcholae id nomen datum, hactenus me latet. Archicantores Romanos in maximam evectos fuiſſe dignitatem infert Thomaſſ. p. 1. lib. 2. cap. 31. ex Hiſt. Anglor. Bedae lib. 4. cap. 2., in qua legitur Johannem Archicantorem Eccleſiae S. Petri Romae, et Abb. S. Martini Româ miſſum in Angliam, *ut curſum canendi annuum, ſicut ad S. Petrum agebatur, edoceret*, ibique Synodo interfuiſſe. Haec Cantorum ſchola in Calabria noſtra ſtatim ſub Northmannis introducta in iis Eccleſiis fuit, quae ad latinum ritum tranſierunt. Fun-

Digitized by Google

eamque ad ſaeculum uſque XIII. perſeveraſſe pluribus conjicit Card. (*66*) Bona. Inde factum eſt ut in pluribus Occidentis Eccleſiis Primicerii in magnam excreverint Capitulorum Dignitatem, mutati alicubi in Cantores; quamvis Dignitatis nomen, ac praerogativam, invectis jure novô Dignitatibus, poſtquam Canonici Saeculô X. declinante, abjectâ vitâ regulari, atque commnni, in ſaecularia quaedam Collegia tranſierunt, non (*67*) ubique obtinuerint. Et Cantores quidem in Belgio, & Galliarum Eccleſiis, a quibus ſub Northmannis, & deinde ſub Andegavenſibus, quum ritu (*68*) Gallicano utebamur, ad nos manarunt, in maximum ita evecti ſplendorem ſunt, ut non modo Chori (*69*) epiſcopi, traductô in alium

Fundatâ Eccleſiâ Miletenſi, Primicerium ſcholae Cantorum ibi fuiſſe S. Gerlandum Epiſcopum deinde Agrigentinum conſtat ex ejus vita apud Octav. Cajetan. tom. 2. SS. Siculor. fol. 128. Vide etiam Pirrum tom. 1. in not. Eccl. Agrig. fol. 695. edit. Venet. 1733. ex quib. Henſchenius ad 25. Febr. fol. 590. edit. Antuerp.

(*66*) Card. Bona Rer. Liturgic. lib. 1. cap. 25. §. 20. fol. 302. edit. Antuerp. 1739.

(*67*) Sane ex cap. 12. de conſtitut. quod ab Honor. III. Epiſc., et Cant. Cabillonenſibus inſcribitur jam illius Eccleſiae Cantor in dignitatem videtur evectus. Verum ante Honorii tempora, ex cap. 6. de conſuet. Innocent. III. Praecentori Eccleſiae Londinenſis dignitatis praerogativam, quam habeant alii Praecentores in aliis Eccleſiis Anglicanis indulſiſſe noſcimus. Cantores S. Iſidorus 7. origin. 12. relat. can. 1. diſt. 21. in Praecentores, et Succentores dividit. *Praecentor eſt*, inquit, *qui vocem praemittit in cantu: Succentor, qui ſubſequenter canendo reſpondet*. Primi meminit Innocent. III. in cap. 1. de poſtulat. Praelat., alterius in cap. 27. de ſent. excomunic.

(*68*) De mutatione ritus Gallicani in Eccleſia Regina in purum Romanum annô 1570. facta, haec habet Antoninus Theganius Cantor Reginae Eccleſiae in commentariis de rebus ad hiſtoriam Reginam ſui temporis pertinentibus n. 75. *A dì 2. di Decembre 1570. Sabato de lo Advento ſe incomenzò ad offitiare nella Metropolitana Chieſa di Rheggio l' offitio novo Romano, & Io Abb. Thegani ho incomenzato l' offitio primo in choro, così nelli primi Veſperi del Sabato, come ancora l' offitio del matutino della prima Domenica dello Advento in preſenza de Monſignor Reverendiſſimo Fra Gaſpare del Foſſo Arciveſcovo Rhegino. Et innanti da che fo latina queſta Città, ſe officiò queſta Chieſa con l' offitio Gallicano da molti centinara d' anni.*

(*69*) Ita vocantur Coloniae in pluribus Eccleſiis, et in Synodis Colonienſibus ann. 1260., et 1536. apud Van Eſpen Jur. Eccl. p. p. tit. 11. cap. 3. hoc eſt *Chori inſpectores*; unde teſtantur Maurini PP. ad Cangium hoc v. in C.MS. Atrebatenſis Eccleſiae vocari Choripiſcopos. Nam veteres Chorepiſcopi, de quibus infra dicam, inde dicti quod eſſent τῆς Χώρας regionis; vel τῇ Χώρᾳ agri, aut ruris inſpectores, et Curati: Unde paſſim Villani, aut Vicani Epiſcopi audiunt; ſive potius quod in locum vere Epiſcoporum eſſent, ut vocem Χώραν pro loco accommodatius interpretetur Duaren. t. de ſacr. Eccl. miniſtr. cap. 9. quaſi eſſent *loco* Epiſcopi. Nam ipſos non fuiſſe vere Epiſcopos certum eſt, quidquid adhuc poſtremo Binghamus occinuerit. Sed iterum infra.

alium ſenſum nomine, dicerentur, ſed & baculô argenteô ornati alicubi procederent, quemadmodum de Eccleſia Lugdunenſi Bellottus (70) refert. Ortum fortaſſe duxit incurvus iſte lituus a virga, quam ad puerulos Clericos cantum edocendos adhibebant Primicerii, quâque in illis inſtruendis uſum fuiſſe S. Gregorium (71) narrat Johannes Diaconus. Illud mirum, adeo temporum progreſſu rerum origines fuiſſe confuſas, ut in iiſdem Eccleſiis duae aliquando dignitates ex Primicerio, & Cantore, diſtinctis quibuſdam ex inducta conſuetudine muneribus, fierent.

VII. Sed redeamus ad Graecos. Quid ergo, inquies, Primicerius a Protopſalte apud illos diſcriminis adferebat, quum diverſa neceſſe ſit fuiſſe officia, quae aliis, & aliis reperiuntur collata Miniſtris? Diſces ex Anonymo noſtro, atque (72) ex Codino. En ut ille proſequitur: *Duo Primicerii ſtant ſupra Subdiaconos, & pſallunt cum Protopſalte. Protopſaltes in medio Eccleſiae ſtat, primusque pſallit, & poſt illum Domeſtici, & Primicerii. Duo Domeſtici ſtant in duobus choris, & una cum Protopſalte pſallunt.* Eadem officia in ſeptima pentade Codinus refert, quamvis deſiiſſe jam aetate ſuâ in M. Eccleſia Protopſaltem, ſolumque in Auguſtorum Capella remanſiſſe alibi moneat. Habes hinc notiones. Etenim is protopſaltes fuiſſe videtur, qui Chorum apud Graecos ad recte canendum moderabatur, & εἱρμοὺς, καὶ ἤχους, hoc eſt modulos, ac tonos (73) e Chori medio exorſus aliis comunicabat.

(70) Bellot. in ritib. Eccl. Lugdunenſ. pag. 736. apud mox. laud. Eſpenium. Lege etiam Bauldrium in Manuali. Ritus haud recentior eſt. Honorius Auguſtodunenſ. lib. 1. cap. 74. *Cantores, inquit, capita pileolis tegunt, baculos, vel tabulas manibus gerunt &c.* De Cantorum veſtibus agit etiam Amalarius lib. 3. de Eccl. off. cap. 4. Vide etiam Cangium hoc v. §. *Neque tanta*. In inſulis Siciliae, et Melitae Cantores hodieque baculis uti tradit Macrius v. *baculus*.

(71) Joh. Diac. in vit. lib. 2. cap. 6. *Uſque hodie*, inquit, *lectus ejus in quo (ex podagra) recubans modulabatur, & flagellum ipſius, quo pueris minabatur, veneratione congruâ, cum authentico Antiphonario reſervatur*. Scribebat hic Auctor ſaecul. IX.

(72) In eod. libell. infra cap. 17. n. 38., & 39.

(73) Quamvis Montfauconius Paleogr. lib. 5. cap. 3. vidiſſe ſe teſtetur CC. plures MSS. cantus Eccleſiaſtici Graecorum, qui notarum locô, litteris Alphabeti, mox rectis, mox curvis, & mox inverſis utebantur: idque etiam confirmet ὁ μακαρίτης Placentinius epitom. Paleogr. cap. 9., tamen ut Goarius obſervat in Euchol. ad officium S. Olei not. 12. *Graeci libros* ne-

bat. Protocerii vero, qui ſtabant ſupra Subdiaconos, totique Clero inferiori, cujus proprium erat canere, ex munere mox explicato praeficiebantur, (in Eccleſia enim Graeca, ut pridem etiam in Latina, Subdiaconi inter minores Clericos cenſentur) cum illo pſallebant. At Domeſtici ex utroque Choro eosdem tonos reſumebant viciſſim. Erant autem hi Domeſtici (74) etiam in dignitate conſtituti; unique dexteri, alteri ſiniſtri Chori cantus cura poſt Protopſaltem, iſti autem utriuſque Chori ſupremum regimen, incumbebat.

VIII. Nec ſatis in Choris Graecorum ad cantum quod adtinet. Praeter Protopſaltes, Protocanonarchas etiam Graeci habent, ejusque muneris in octava pentade Codinus meminit. Hoc ſane officium nemo intelliget, qui prius eorum hymnorum, quos *canones* vocant, quique in illorum Acoluthiis obvii ſunt, plenam notitiam non expiſcatur. Sunt autem hymni iſti longiſſimi (75) novem odis diſtincti; odae autem tropariis; atque ex perpetuo illorum ordine, ac ſerie, canonis nomine a Graecis donati, quos ſolemni cantu in divinis perſolvendis officiis modulantur. Hinc inter Eccleſiaſtica Chori officia Canonarchae munus emerſit, quem Praefectum Canonum, qui Monachos ad pſallendos in vigiliis canones excitaret Meurſius (76) fuiſſe putavit. Verum tametſi etiam illius fuerit munus *σημαντήριον* (77) *ſemanterium*, vel

notis muſicalibus exaratos rariſſime conſpiciunt, neque in canendo habent in uſu. Communes ideo & verbis & cantu memoriae tenaciter inſigunt hymnos, ad quorum normam, alii pari ſyllabarum numero conſtantes, cantando inflectunt. Quorum idcirco primordia canticis aliis inſcribunt, ut ad eorum regulam ſequentes indicent decantandos. Hos vocant hirmos, quibus et tonum praeponunt, de qua re in altera diſſert. ad Acoluthiam S. Stephani Primi Regnorum Antiſtitis pleniſſime dicam.

(74) Plura de Domeſticis heic dicenda eſſent, & infinitis paene illorum muneribus. Ad rem quod ſpectat, ſatis eſt innuiſſe, quod monet Johannes Citrius apud Cangium hoc v., ſaltem inferiori aevô, hanc vocem reſpondiſſe apud Graecos Praefecto Latinorum. Quod inde videtur fluxiſſe, inquit Cangius, *quod Imperatores ac Principes ex ſuis Domeſticis deligerent, qui praecipua in Palatiis, in Caſtris, & Provinciis munera obirent*. Hinc hi duo Praefecti Chori, domeſtici adpellati ſunt, quorum & meminerunt Porphirogenitus de adminiſtr. Imperii cap. 50. Cantacuzenus lib. 1. cap. 41. Codinus intra cap. 6. n. 3.

(75) Vide Cangium in Gloſſ. med. Graecit. v. *Κάνων*. Allatium in diatriba de Georgiis p. 118. Nicolaum Rajaeum in diſſert. ad Acoluthiam off. trium SS. DD. inter acta SS. tom. 2. Junii edit. Antuerp. §. 17. & ſeqq.

(76) Meurſ. in Gloſſar. Graec. barbar. v. *Κανονάρχης*.

(77) De Semanteriis, & Chiriſimandris, ligneis ſcilicet inſtrumentis qui-

χειρι-

κειριστήμανδρον chiriſimandrum pulſare (78), quô Monachi excitati ad Chorum, Eccleſiamve convocarentur: potiſſimum tamen officium, unde & nomen accepit, erat canonibus, qui ab utroque Choro concinebantur, tonum imponere, ac initium dare, quum Graeci libris notis ad canendum diſtinctis (79) minime uterentur. Meminit Canonarchae S. Baſilius (80), ex quo ejus officium fuiſſe vetuſtiſſimum conſtat. Qui autem alibi Canonarcha, in Eccleſia Cpolitana, ſeu quod plures ibi Canonarchae eſſent, ſeu ambitioſô potius primae Eccleſiae titulô, Protocanonarcha vocabatur. Recenſeri tamen in octava pentade inter Lectores videtur, quod equidem ex Simeone (81) Theſſalonicenſi diſertius noſcimus. Haec igitur Protopſalten inter, ac Protocanonarcham differentia, quod illius ad Pſalmorum tonos, iſtius ad Canonum variae, difficilioriſque cantilenae modulos, munus pertineret. Et hactenus quidem τὰς πρώτας hujuſmodi apud Graecos in officiis delibaſſe ſatis. At ne toti in Graecorum faſtu notando fuerimus, ſciendum & inflatos hoſce utriculos mutuo ab Graecis aliquando accepiſſe Latinos, neutiquam tamen illos ſupe-

quibus Graeci ad populum in Eccleſia convocandum utuntur, atque etiam de Hagioſideris ferreis, vide Allat. in differt. de recentior. Graec. Templis pag. 102. Hieronymum Magium in opuſc. de tintinnabulis tom. 2. Theſaur. Antiq. RR. Sanlegre, cum notis Franc. Sweertii; Angel. Rocca in comment. de campanis. Card. Bona 1. Liturgic. 22. *Thiers des clockes*. Adhuc ſaeculô nonô, ut Amalarius ſcribit 14. de reb. Eccl. cap. 21., Graeci aere non utebantur ad id muneris. Tametſi autem campanas eodem ſaeculô nonô a Venetis in Graeciam introductas, Venetorum Scriptorum teſtimoniô ſcribat Card. Baronius ad annum 865. n. 101., ex laudatis tamen Auctoribus conſtat, Graecis omnibus ſub immani Turcarum jugo gementibus, tamquam ſeditionis facilius exſequendae occaſiones, omnino fuiſſe ſublatas. Plura de campanis egregie Catalanus noſter ad tit. Pontifical. Rom. de Benedictione ſigni, vel campanae tom. 2. tit. 20. fol. 334., & ſeqq.

(78) Conſtat id muneris ex Dorotheo doctrin. 11., cujus verba referunt Bulingerus in adpendic. de offic. Eccl. Cpolitan., & Macrius v. *Canonarcha*: ex Johan. Moſcho in Limonario cap. 11. Theodoro Studita apud Rajaeum in comment. ad Veſp. trium SS. DD. laud., Cyrillo Scythopolitan. in vita S. Sabae cap. 42. apud Cangium in Gloſſ. med. Graecit. eodem v. At vero de altero munere unde nomen accepit plura Gretzerus adverſus Junium 1. obſervat. in Codin. cap. 12. n. 2. fol 176. edit. Regiae, & Goarius in cap. 1. Codin. n. 52. ejuſd. edit.

(79) Vide praeter adnotata ſupra n. 74. Allatium de Graecor. libris fol. 102. & ſeqq., & Cangium in Gloſſ. mediae Graecit. v. εἱρμός.

(80) S. Baſil. epiſt. 63.

(81) Simeon Theſſalonic. lib. de Templo & myſtagogia tom. 22. Biblioth. PP. Vide Meurſium v. Κανονάρχης.

rare potuiſſe. Si enim apud Noſtrates Archiprimicerios, exempli gratiâ, interdum reperies, cujus rei teſtimonium domeſticum in (82) Daufrerio Neapolitanae Eccleſiae Archiprimicerio habemus: apud ſequiores tamen Graecos Monachos Ruthenos, & Lithuanos (83), Protoarchimandritas invenies, accretis ita τῶν πρωτῶν, & τῶν ἀρχῶν, cumulatiſque in eandem ſignificationem vocibus, ut numquam titulorum ambitioni ſatis videatur.

CAPUT III.

Invecta etiam τοῦ πρώτου ab Graecis denominatio in gradus Ordinum. Agitur de Protothronis, ac Protopresbyteris. Hos ſequiores Graeci Protopapas vocarunt. Item de Protodiaconis, Protepiſtolariis, & Lectorum Protochiriis.

I. Eâdem prorſus ratione, qua de in Superioribus diximus, proclive apud Graecos fuit, in ſanctiſſimos etiam Ordinum gradus, ſive Hierarchicos, ſive quos minores vocant, Primi invehere & adpellationem, & locum. Inter Epiſcopos nonnullos interdum Protothronos nuncupatos invenies. Primus fortaſſe quem hôc nomine diſtinctum leges, Thomas erit Metropolita Tyri (1) in octava Synodo Genera-

(82) In chart. apud Ughell. tom. 6. col. 105. edit. Colet.; data anno 1213. ab Anſelmo Archiepiſc. Neapolitano.

(83) Vide conſtit. Bened. XIV. ſuper unione omnium Monaſterior. ord. S. Baſilii Ruſſiae, & Lithuaniae Bullar. tom. 1. conſt. 98.

(1) Conc. Cpolit. 4. act. 1. ubi Thomas vocatur πρωτόθρονος, καὶ ἔξαρχος, καὶ τοποτηρητὴς τῆς Θεουπόλεως *Protothronus, & Exarchus, & Locum-tenens Theopoleos* hoc eſt Antiochiae. Simili titulo donatur in Epanagnoſtico, quod Baſilius Imperator eidem Conc. tranſmiſit. Epanagnoſticon interpretatur Anaſtaſius ibi, ſcriptum quod palam legitur. Ἐπὶ enim graece non ſolum ſuper, ſed & coram interpretatur. Sic & in marginali ſcholio exponit Protothronum Primum ſeſſorem eorum Epiſcoporum, qui ad Theopolitanam, hoc eſt Antiochenam ſpectant Eccleſiam. Porro quum Thomas legationis ſuae, quam obtendebat, litteras non haberet, ne idcirco id illi juris Synodus detrectaret, ſic Elias Hieroſolymitani Patriarchae Vicarius dixiſſe legitur: *Sanctiſſimus Thomas Metropolita Tyri, ſicut & vobis notum eſt, Primae Sedis exiſtens Sedis Antiochiae, quae Patriarchâ privata eſt, ipſe locum tenet Sedis illius, uſque dum fiat Patriarcha in eadem Sede. Ob hoc non oportuit eum deferre literas miſſas ab alio aliquo, quum ipſe auctoritatem, & poteſtatem habeat in eadem Sede.*

rali, & in Epanagnoſtico Imp. Baſilii ad illam. Quum enim tunc temporis Patriarchalis Antiochena Sedes Paſtoris eſſet ſolatiô deſtituta, Thomas iſte Patriarchae Antiocheni in Synodo ſine mandato aliquo geſſit vicem: cauſsâ redditâ, quod jure propriô (uſu quodam, ut arbitror, adſertô) ad Tyrium Metropolitam, Antiochenae Eccleſiae, Sede vacante, regimen pertineret, utpote qui totius eſſet Dioeceſis Protothronus. Hujus autem praerogativae Tyrienſi Sedi Metropolitanae Phoeniciae in Patriarchatu Antiocheno fixô jure collatae, meminit deinde Willelmus (2) Saeculô XII. ſub Francorum in Oriente dominatu illius Eccleſiae Archiepiſcopus. Quinimmo quum ad Patriarchatus Hieroſolymitani Dioeceſim, Tyrum tunc temporis traduxerit Innocentius II. (3), quod Regi Hieroſolymorum pareret, eandem illi Protothroni ſub novo Patriarcha praeeminentiam ſervatam voluit. Non is ſa-

ne

(2) Willelm. Tyr. lib. 14. cap. 12. *Certum eſt inter tredecim Archiepiſcopos, qui a diebus Apoſtolorum Sedi Antiochenae ſubditi fuerunt, Tyrenſis quidem primum locum obtinuit, itaut in ordine Protothronos appelletur*. Legunt heic aliqui, quos inter Pagius ad an. 436. n. 6. *Prothronos*, ſed legendum eſſe *Protothronos* praeter laudatum mox Conc. conſtans mos Graecorum oſtendit, qui ſummos iſtos Epiſcopos Protothronos adpellarunt, Scylitzes, Zonaras, Glicas apud Cangium in utroque Gloſſar.. Non inficior tamen & Proëdros ad Epiſcopos deſignandos, qui principem locum & in ſedendo praerogativam haberent, uſurpaſſe. Hôc pactô & S. Stephanum primum Reginorum Praeſulem S. Joſeph. Hymnograph. in canone od. 4. Πρόεδρον vocavit, ad ſua adludens tempora ſaeculô nono, in quo Epiſcopi Regini jam erant Calabriae Metropolitani. Vide Epiſtolam Petri Patriarchae Antiocheni ad Dominic. Patriarcham Gradenſem, cujus fragmenta graeca refert Marca diſſ. de Primat. n. 21. Ibi enim cum Exarchis & Proëdris, Protothronos, non Prothronos conjungit. Unde corruptam omnino arbitror hanc vocem.

(3) Vide Le quien Orien. Chriſt. tom. 3. pag. 1310. & ſeq. De controverſiis ea de cauſa excitatis lege Fulcherium Carnotenſem 3. Hiſt. Hieroſol. ad ann. 1124., quas poſtremo proviſionali decretô ſedavit Innocentius II. Quamvis autem non adeo antiqua haec Tyriae Sedis praerogativa credatur; poſt editum tamen Synodicum adverſus Tragaediam Irenaei a Chriſtiano Lupo tom. 7. opp., & deinde a Labbaeo recuſum in actis Concilii tom. 4., etiam quintô ſaeculô illi adſerta apparuit. Ibi enim in epiſt. 197. quae eſt Johan. Patriarch. Antiocheni ad Proclum Cpolitanum, Theodorus Damaſci Metropolitanus a ſecunda Cathedra, id eſt conſeſſu dicitur, quia diviſâ jam in duas Provincias Phoeniciâ, maritima alterâ, quae prima vocabatur, altera Libani, quae dicebatur ſecunda, hujus Damaſcus evaſit, illius Metropolis remanſit Tyrus: adeoque & ejuſdem honoris particeps, poſt Tyrum Damaſcus fuit. Vide Lup. cit. fol. 356. & ſeqq. Pagium ad ann. 436. n. 6. Confer etiam Thomaſſ. 1. p. lib. 1. cap. 44. n. 6., & 49. num. 7., & eund. Lup. in differt. de 8. Synod. cap. 10. ubi de Protothronis agunt.

Digitized by Google

ne mos erat in ceteris Dioeceſibus; in quibus inter Metrolitas uni Exarchae, aut Patriarchae obnoxios ea vigebat ordinis lex, quemadmodum inter Epiſcopos uni Metropoli ſubjectos, ut is eſſet Sede prior, qui reliquos ordinatione praecederet. Quam equidem diſciplinam, abjectis etiam fixis in ſingulis Provinciis Metropolibus, ſolâ demtâ Carthaginienſi omnium principe, deſultoriô quodam Primatu, conſtantiſſime tenuit Eccleſia (4) Africana. Quod enim de Meletio Lycopoleos in Aegypto Epiſcopo ſcribit S. Epiphanius (5): *Videbatur Meletius praeeminere inter Epiſcopos Aegypti, ut qui ſecundum habebat locum poſt Petrum in Archiepiſcopatu*, nullius momenti eſt ad hanc praerogativam Lycopolitanis Epiſcopis in Patriarchatu Alexandrino ſtatô jure adſerendam; quum potuiſſet ea ſupra ceteros praelatio tunc Meletio haeſiſſe, antiquitate ordinationis, non privilegiô Sedis, cujus nuſquam exſtat memoria. In Patriarchatu potius Cpolitano haec praerogativa Epiſcopo Caeſarienſi in Cappadocia, aevô ſequiori ab Imperatore Iſaaco (6) Angelo, qui XII. ſpirante Saeculô, imperium obtinuit, non tam vindicata, quam collata videtur. Illi ſcilicet tres antiqui Exarchae, Heracleenſis in Thracia, Caeſarienſis in Ponto, & Epheſinus in Aſia, Byzantinâ Sede ad Patriarchatum Graecis artibus evectâ, huic quidem obnoxii facti ſunt; ſed illos inter, nemo in Patriarchatu Protothronus audiebat, turbatis donec rebus, involutiſque, Caeſarienſi tandem novam Iſaacus Angelus adſeruit dignitatem.

II.

(4) De hoc more Eccleſiae Africanae conſule Marcam in differt. de Primat. Lugdun. §. 3. Thomaſſ. p. p. lib. 1. cap. 20. Lupum de African. Rom. Eccl. adpell. cap. 2. Card. Noriſium in hiſt. Pelagian. lib. 2. cap. 8., & diſſert. de V. Synod. cap. 10. Celebris in eam rem eſt epiſt. 4. S. Leonis IX. ad Petrum, & Joh. Epiſc. Africanos, quae integra eſt apud Labb. to. 11. Concil. edit. Vener. colum. 1343.

(5) S. Epiphan. haereſ. 68. n. 1. ex edit. Petavii Δευτερεύων τῷ Πέτρῳ κατὰ τὴν Ἀρχιεπισκοπήν. Tum vero maxime, quod Meletio fortaſſe ea praerogativa a Schiſmaticis Melatianis tribueretur. Vide Baron. ad ann. 326. n. 10. De Patriarchatu Hieroſolymitano levius eſt argumentum, quod ſumitur ex epiſt. Stephani Epiſcopi Dorenſis ad Conc. Later. ſub Martino I. Nam, ut Lupus obſervat in differt. de Roman. Epiſcopor. conſecrat. cap. 3. tom. 6. opp. fol. 371. edit. Vener. *Primus ſanctae Synodi ſub Hieroſolymitani Patriarchae ſede conſtitutus*, nuncupatur, quia ſenior erat Provinciae ſuffraganeus.

(6) Vide Novell. Iſaaci ea de re in jure Graec-Rom. Leunclav. tom. 1. lib. 2.

Digitized by Google

II. Collatum & id nomen autocephalis Archiepiſcopis; quod in Provinciis, in quibus eô honore donati erant, primum poſt verum Metropolitanum locum obtinerent. Nimirum id ultimis temporibus introductum ab Graecis eſt, ut plures ad Archiepiſcoporum gradum Epiſcopos eveherent, quibus tamen Epiſcopi nulli ſubjicerentur; ut hôc pactô vel Epiſcoporum ambitioni, vel ſplendori Civitatium, ſine gravi Metropoleon praejudicio conſuleretur. Poſtremos hoſce Archiepiſcopos dumtaxat, non Metropolitas adpellaſſe auctor eſt (7) Balſamon, teſtanturque editae ab Graecis Sedium Patriarchae Cpolitano ſubditarum (8) diatypoſes, in quibus Metropolitani ab Archiepiſcopis ſubjectos Epiſcopos non habentibus ſecernuntur: nomenque illud, quod primarum olim Sedium (9) Epiſcopis, tamquam reliquarum principibus tribuebatur, hiſce tandem autocephalis contributum eſt. Inde factum ut Protothroni etiam dicerentur honorarii iſti Archiepiſcopi, quod primum, inter Provinciae Epiſcopos locum (10) fi-

(7) Balſamon in meditatis lib. 7. cit. Jur. Graec. Rom. pag. 451. Confer Allatium de conſenſ. pag. 263. Thomaſſ. p. 1. lib. 1. cap. 43. num. 12. Dupinium de antiq. Eccl. diſcipl. diſſ. 1. §. 3. fol. 7. Auctor hiſtor. civil. Regni Neapol. lib. 6. §. 2. Non me tamen latet, ut in reliquis, ita & in hac re Graecos fuiſſe inconſtantes. Quam enim in confundendis ſaepe Metropolitani, & Archiepiſcopi nominibus, ſequiores Graeci, & ipſe etiam Balſamon abuſi illis vocibus ſint, oſtendit Cl. Aſſemannus de reb. Neapolit. ac Sicul. tom. 3. cap. 10. in fine.

(8) Vide Graecor. Impp. Diatypoſes, & Ecthefes Patriarchatus Cpolitani, ſive quas edidit Leunclav. tom. 1. Jur. Graec. Rom. lib. 2. fol. 89. & ſeqq. & lib. 3. fol. 243., ſive quas vulgavit Miraeus in Not. Epiſcopat. Urb. lib. 3. cap. 1., aut Carol. a S. Paullo in Parergo ad Geograph. ſacr. Amſtelodami 1704., ſive quas ad Codini calcem attexuere Junius, Gretzerus, Goar, Medonius in edit. Pariſienſibus ſupra laudatis, ſive poſtremo quas extulerunt Beveregius ad can. 36. Trullan. Scheltratius in appendic. tom. 2. antiquit. inluſtrat. Et differt. 4. de can. Antiochen. cap. 13. art. 1. fol. 418. edit. Antuerp. 1681. Aſſeman. de rebus Neapolit. & Sicul. tom. 3. cap. 9. de quibus infra ſermo redibit. Vide etiam Nilum Doxopatrium in comment. de quinque Thronis Patriarch. ad Rogerium Regem, editum a Stephano Le Moyne in Sylloge variorum &c. Lugduni Batav. 1665. tom. 1. fol. 211., vel ejus fragmenta apud Allatium de perpetua conſenſ. lib. 1. cap. 24. fol. 410. edit. Colon. 1648., aut latinam verſionem tantum a Scheltrat. in laud. adpend. Not. 10. editam.

(9) De prima origine nominis Archiepiſcopi, quibuſque collatum fuerit, confer invicem Thomaſſ. tom. 1. diſcipl. lib. 1. cap. 3. Dupin. de antiq. diſciplina differt. 1. §. 3. fol. 5. Marca lib. 1. concord. cap. 3. n. 5. & differt. de Primatib. nu. 15. & 47. Blanchum de exteriori Eccleſ. politia lib. 2. cap. 1. §. 5.

(10) Hujus rei primum exemplum datum in Epiſcopo Nicaeno, deinde in Berytenſi, & in Chalcedonenſi, quam-

fixô jure poſt Metropolitanum tenerent, quemadmodum Protothroni illi Dioeceſeon poſt Patriarcham. Horum autem alterô ſenſu haec Vox apud Graecos occurrit; nam de jure quodam Primatus poſt Metropolitanos, quod ſibi nonnullae etiam Occidentales Eccleſiae adquiſierunt (11), in quo Protothronis Graecorum ſimiles fuiſſe videntur, ſermonem heic habere, omnino extra noſtrum inſtitutum eſt.

III. Inter ſecundi ordinis Sacerdotes occurrunt Protopresbyteri, quorum munus, & nomen apud Graecos antiquiſſimum. Non modo enim in Conc. Chalcedonenſi (12) obviam id nomen eſt, ſed prius etiam in Conciliabulo ad Quercum adverſus Chriſoſtomum anno 403. coacto, Arſacius, qui ei ſuffectus eſt, Protopresbyter adpellatur. Leges & protopresbyteros apud Socratem, & in Conc. Generalibus ſeptimo, & octavo, & alibi paſſim. Sane quamvis alterum illud nomen Archipresbyteri ex graecis quoque vocibus compactum ſit, eô tamen numquam Graeci ipſi uſi ſunt, ſed omnino Latini. Et mirum quidem, eos, qui Archiepiſcopi (13), & Archidiaconi nomina invenere, non uſurpaſſe Archipresbyteri; quum e con-

quamvis Archiepiſcopi nomine haud donarentur, quod eô tempore nondum in Metropolitas, tranſierat, ſed Metropolitarum dumtaxat honor iis collatus. Vide act. Conc. Chalced. act. 7. Dicti tandem & Archiepiſcopi, & *αὐτοκέφαλοι autocephali*, id eſt nulli ſubjecti, quamvis *αὐτοκέφαλον* quod ipſum *ex ſe ſit caput*, ſonet: quod alterum nomen collatum etiam olim inſignioribus Epiſcopis, qui nulli Patriarchae ſubdebantur; in quo genere celebris erat autocephalia Epiſcopi Conſtantienſis in Cypro. Sed plura addere non eſt hujus loci. De titulo Protothroni Metropolitanis hiſce honorariis adtributo, quod primum poſt verum Metropolitanum locum inter Comprovinciales Epiſcopos haberent, vide Lup. ad can. 12. Chalced. tom. 2. opp. fol. 84.

(11) Vide Thomaſſin. p. 1. lib. 1. cap. 40.

(12) Conc. Chalcedon. can. 10. Acta Conciliab. ad Querc., quae nobis compendiô ſervavit Photius Cod. 59. Biblioth. Vide et edita a Labbaeo. Socrat. lib. 6. cap. 9. ubi de Petro agit Protopresbytero Alexandrino. Acta Conc. Nicaen. 2. act. 4. ubi Elias legitur Protopresbyter Eccleſiae Deiparae in Blanchernis: et Petrus Archipresbyter Eccleſiae SS. App. Petri, et Paulli Romae Legatus Apoſtolic. etiam hôc nomine, graecô more, donatur. Similiter et in Synodo VIII. act. 2. et alibi.

(13) Auditum primum id nomen apud S. Athanaſium Epiſcopo Alexandrino adtributum apolog. 2., deinde apud S. Epiphanium in panario haereſ. 68. n. 1. ex edit. Petavii. Quintô faeculô, praeſertim in Conc. Epheſino, Epiſcopis primarum Sedium communiter tribuebatur. Vide Dupin. diſſ. 1. §. 3. fol. 5. ſed huic adde Bianchum de exterior. polit. Eccleſ. tom. 4. lib. 2. cap. 1. §. 5. fol. 84. De Archidiaconis mox dicam.

e converſo Africanae Eccleſiae in repudianda Archiepiſcopi voce conſtantiſſimae, hanc tamen adoptaverint, quod fortaſſe ordinis mediocritas, ut Thomaſſinus putavit (14), ſuſpicionem faſtus expungeret. Hinc Liberatus Diaconus Carthaginienſis (15), quamvis geſtas in Eccleſia Graeca res narret, voce tamen in Africanis Eccleſiis uſitatâ utitur, quum ſcribit, exauctoratô in Chalcedonenſi Concilio Dioſcorô, ſuffectum ei fuiſſe Proterium in Eccleſia Alexandrina Archipresbyterum, quem Protopresbyterum potius Scriptor Graecus vocaſſet. Profecto modeſtior haec vox eſt, quod, aut conſeſſus ordinem, aut aetatis indicare commode poſſit; contra ac illa, quae graece Principem potius inter Presbyteros ſonare videretur. Inde ſcilicet voci Archiepiſcopi, quum primum audita eſt, invidia conflata: inde Africani Patres in Conc. Carthaginienſi anno 397. celebrato, inducti ſunt, ut ſtatuerent (16) *Primae Sedis Epiſcopum, non Principem Sacerdotum, aut Summum Sacerdotum adpellari, ſed tantum Primae Sedis Epiſcopum*. Verum nihil timendum eſſe jure putarunt ceteri, qui latino utebantur ſermone, apud quos *Primus*, & *Princeps* idem ſonabant, & principem locum tenere dicebatur, qui primum. Et reapſe, vetuſtis illis temporibus, non alium fuiſſe Protopresbyterum, quam qui Presbyteros ceteros ordinatione anteiret, ſatis ex epiſtola S. Leonis (17) ad Dorum Epiſcopum Beneventanum colligitur; etſi non adeo in ea diſciplina ſervanda religioſiores fuiſſe Graecos erui poſſit ex oratione (18) XX. S. Gregorii Nazianzeni, & ex facto Dioſcori, qui quum ad Epheſinum Concilium proficiſceretur, Pro-

(14) Thomaſſ. p. p. diſcipl. lib. 2. cap. 3. n. 1.

(15) Liberat. in Breviar. Hiſtor. Neſtor. et Eutichet. cap. 14.

(16) Conc. Carthag. III. vulgo II. can. 26. ſecund. vulgar. edit., relat. inter canones Africanos can. 39. in collect. Juſtelli, et a Gratian. diſt. 99. cap. 3. vide de hoc can. Baron. ad ann. 397. n. 48. et ſeq.

(17) S. Leo epiſt. 57. et 58. Id pro inconcuſſo habet in Eccleſia Romana Mabill. in comment. praeviis ad ord. Rom. tom. 2. muſei §. 3. fol. 16.

(18) Narrat ibi S. Greg. ſe quum ad Baſilium veniſſet paullo ante ad Epiſcopatum evectum, oblatum ab eo Cathedrae honorem, inſignioremque honoris locum inter Presbyteros recuſaſſe. Τὸν τῶν πρεσβυτέρων [illegible]: Dari ergo ex merito poterat, antiquitate ordinationis minime ſpectatâ, quod alias non feciſſet Baſilius. Sed Dioſcori factum, quod Liberat. narrat laud. adnot. 15. rem magis confirmat.

terium fecerat in Eccleſia Alexandrina Archipresbyterum. Contra ac in Archidiaconis, quos vel de ſe eligebant Diaconi, *quos induſtrios noverant*, ut loquitur S.Hieronymus (19), vel etiam Epiſcopi adſumebant, ut Sixtus Romae (20) Laurentium, Chryſoſtomus (21) Cpoli Serapionem. Quum enim, ut ſcite Thomaſſinus (22) obſervat, nomen ipſum Presbyteris id adferat, ut Seniores Eccleſiae habeantur, aequum erat, ut aetatis privilegiô fierent Archipresbyteri. E diverſo, quum Diaconatus graece miniſterium ſonet, ad primatum in eo ordine ſtrenuitas, ſedulitaſque aditum pandere debebat.

IV. At poſt octavum Concilium non Protopresbyteri amplius, ſed potius Protopapae mentio eſt in Graecorum Eccleſiis. Quando nimirum Παπαῖ *Papae*, ſeu *Papades*, aut Papates dici apud eos Presbyteri frequentius occoepere; tunc ad veteris compoſiti nominis analogiam, audiri etiam pro Protopresbyteris Protopapae coeperunt. Porro apud Scylitzem, Balſamonem, Zonaram, Joëlem, Leonem Grammaticum, Glicam, Codinum, & Phranzem, qui omnes a decimo ad XV. ſaeculum floruere haud rara eorum mentio. Verum ante (23) Scylitzem horum omnium antiquiorem, apud quem Stylianus Protopapas anno circiter *963.* legitur, vetuſtius hactenus non vidi hujus vocis monumentum, ſed Protopresbyteri dumtaxat nomen uſurpatum. De invecto autem hoc nomine, deque eo quod Thomaſſinus ait (24), neque antiquiores Graecorum Protopresbyteros, neque ſequioris aevi Protopapas, cum Latinorum Archipresbyteris, quorum ampliorem fuiſſe putat dignitatem, ſatis conveniſſe, diffuſior erit integrô ſequenti capite, & alibi infra ex propoſito differendi locus.

V.

(19) S. Hieronymus epiſt. 85. ad Evagrium ſive Evangelum.

(20) S. Ambroſ. 1. offic. 41.

(21) Sozomen. lib. 8. cap. 9.

(21) Thomaſſ. cit. cap. 3., & cap. 17.

(23) Quamvis revera Protopapae etiam ante ea tempora fuerint; apud antiquiores tamen Scriptores, quos vidi, non Protopapae, ſed Protopresbyteri vocantur. Ei qui aliquos indicabit gratias habebo maximas. Verum can. 62. Arabico-Nicaenum, de quô dicam infra, nihil moror. Scriptores heic laudati omnes poſt ſaeculum X. floruere, ut ſparſim notavimus. Glycas certius floruit ſaeculo XV. ex Allatio, potius quam XII. ut multi putant. Vide Oudin. in eo tom. 3. fol. 2522.

(24) Thomaſſ. lib. cit. cap. 5. n. 11.

V. Nunc de Protodiaconis dicendum, qui poſtremi ſunt in ordine Hierarchico. Hôc nomine Protomartyrem Stephanum jure donavit Damaſcenus (25), quod primus inter Diaconos fuerit, ut etiam Primicerium Diaconorum in ſua de illius corporis inventione epiſtola vocavit Lucianus. Attamen Graeci in officio primi Diaconi deſignando, non Protodiaconi, ſed Archidiaconi voce, contra ac in officio primi Presbyteri, conſtanti quadam ratione paſſim uſi ſunt. Quamvis nihilominus heic auguſtius nomen adamaverint, numquam tamen Archidiaconi apud illos, etſi olim honorariores (26) eſſent, ad eum dignitatis apicem, quo in Occidentalibus, aut Africanis (27) Eccleſiis, pervenerunt. Etenim, ut Thomaſſinus (28) animadvertit, Archidiaconus in Eccleſia Cpolitana inter ſollemnia ſacra ſuam dumtaxat etiam ſupra Chartophylacem ipſum, & reliquos Exocatacoelos explicabat praecellentiam, quoniam tota deinde in Chartophylace juriſdictio erat. Hinc Anonymus Monchallianus (29) illum non inter Magnae Eccleſiae archonticia, ſed inter officia tantum ponit, quod juriſdictione vacaret. Addit tamen ei *Δευτερεύων τῶν Διακόνων ſecundum Diaconorum*, haud aliter ac poſt Protopapas Devterei erant inter Presbyteros. Anonymo mirifice coheret Johannes (30) Citri in Macedonia Epiſcopus, qui aetate ſuâ, XII. ſpirante ſaeculô, munus evaſiſſe inane, ac juriſdictionis vacuum faſſus eſt (haud aliter ac hodie in Eccleſiis occidentalibus eſſe cernimus), eoque propterea illum donandum eſſe cenſet, qui inter Diaconos ceteris antiquitate praeſtaret. Porro & illud certum videtur, numquam id mu-

 ne-

(25) S. Joh. Damaſc. lib. 4. de fid. orthod. cap. 6.

(26) Vide S. Leonis epiſtolas ad Anatolium P. CP. & ad Marcianum & Pulcheriam 71. 84. & 85. Item Anatolii ad illum. Confer S. Joh. Chryſoſtomum in ſuis ad Innocent. PP. litteris apud Couſtant. fol. 775. ubi de Theophilo ait: *Ille . . . . . vocatô Archidiaconô meô, quaſi jam vidua eſſet Eccleſia, nec Epiſcopum haberet &c.* Hinc inferes, quanta olim fuerit, vacante Sede, Archidiaconorum auctoritas. Concilia quoq. Epheſin. & Chalced. illorum cum honore meminerunt.

(27) Vide Thomaſſ. p.p. lib. 2. cap. 17. Morinum exercit. de Archipresbyter. Archidiaconis &c. in calce op. de ſacr. ordinat. Chardonium in Hiſtor. Sacrament. tom. 3. lib. 2. cap. 10. & ſeqq. Cangium v. *Archidiaconus*.

(28) Loc. mox cit. cap. 19. n. 11.

(29) In fine Catalogi offic. M. E.

(30) Joh. Citr. jur. Orient. lib. 1. pag. 309. in reſponſ. ad Cabaſilam.

Digitized by Google

neris apud Graecos adſecutos fuiſſe Presbyteros, quoniam, ut idem obſervat Anonymus (31) *obire officia miniſtrantium, quales ſunt Lector, Hypodiaconus, Hierodiaconus, & Diaconorum Deutereus, nemini eorum licebat, qui tria ſuffragia, hoc eſt ordines, ut ajunt, majores ad ſacerdotium ſuſceperint. Quippe indecens, & indecorum eſſet Sacerdotem ſervire Patriarchae, quum Sacerdotibus praecipiat Canon, ut incruentam ſacrificent hoſtiam, atque ab omni erga Patriarcham ſervili miniſterio abſtineant. Dignitates & officia ſanctae Eccleſiae ad Patriarchae praeſtandum miniſterium, & in eorum, quae in vita ſolent accidere judicium, conſtituta ſunt.* Brevi tamen poſt aetatem Citrii deſiit in Eccleſia Cpolitana, & paſſim etiam in ceteris Graecorum Eccleſiis Archidiaconi ſive dignitas, ſive officium, cujus proinde neutiquam poſtea Codinus meminit in libello ſuo. Cauſſam rimatur (32) Thomaſſinus, quod Archidiaconi munera ibi Chartophylax impleret omnia, cunctaque ſibi jura, juriſdictiones, honoreſque vindicaret, quamvis e numero etiam eſſet Diaconorum. Quamobrem in ſubſcriptionibus (33) deinde Conc. Florentini, quo cum Patriarcha Joſepho multa convenerat Eccleſiae Cpolitanae miniſtrorum turba, eundem & Chartophylacem, & Archidiaconum legimus. At manſit ſemper Palatii Clero ſuus Archidiaconus, de quo ſua aetate Codinus (34): *olim*, inquit, *Eccle-*

ſia

(31) Anonym. ibid.

(32) Laud. loc. cap. 20. n. 3.

(33) Ὁ μέγας Χαρτοφύλαξ, καὶ Ἀρχιδιάκονος Μιχαὴλ ὁ Βαλσαμὼν ὑπέγρ. *Magnus Chartophilax, & Archidiaconus Michaël Balſamon ſubſcripſi*. Sic in actis apud Labb. vel Harduin.

(34) Codin. cap. 17. n. 38. ubi ſtatim ſubdit: *cauſſa quaeritur*. Latebat ergo & Codini aevo. Meminit paullo ante, & paullo poſt, Deuterei Diaconorum, qui remanſerat in Eccleſia Cpolitana, quamvis non eſſet amplius Archidiaconus, quique Imperatori in ejus coronatione adolebat incenſum, de quo infra cap. 9. Diverſa autem ex cauſſa in Eccleſiis Graecis, ac in latinis deſiiſſe videntur Archidiaconi. Heic quidem, quod vegrandis, & exorbitans jam Epiſcopis eorum juriſdictio viſa ſit, & valde minuens propriam: illic vero, quod alii e coetu Diaconorum excreverint, amplioribus officiis nobilitati, ut cap. 5. oſtendam. Eadem ex cauſſa undecimò ſpirante ſaeculò non amplius audiri Archidiaconum in Eccleſia Romana omnium Principe, quod ibi Cardinalium Senatus & dignitate augeri coeperit, & auctoritate, nonnulli haud temere ſuſpicantur. Archidiaconorum Romanorum ultimum Hildebrandum, poſtea S. Gregor. VII. putavit Panvinius in libell. de Epiſcopatib., titulis, & Diaconiis. Sed Joh. ab ipſo Greg. VII. in Archidiaconum ordinatum, qui deinde ad Clement. Antipapae partes defecit, poſtremum fuiſſe contendit Ciacco-

co-

Digitized by Google

ſia ſuum quidem habebat Archidiaconum ; nunc vero nequaquam, ſed habet illum Clerus Imperatoris. Hunc eligere Imperatores conſueſſe ex Exocatacoelis Eccleſiae Cpolitanae, adeoque caſulâ, ut illos, uti ſolitum idem proſequitur, de quo more, ejuſque cauſſa, deque Exocatacoelis hujuſmodi, ac duplici illo Clero, utramque infra oratio noſtra faciet paginam.

VI. Supereſt nonnulla de Protoapoſtolariis, ſeu ut aliis vocare lubet, Protepiſtolariis, addere, quô nomine primos Subdiaconos in Eccleſia Cpolitana fuiſſe donatos veriſimilior opinio eſt. Utrumque ſane congruit nomen. Nam Graeci librum epiſtolarum (35), quas etiam ἐπιϛολὰς vocant, in quo non ex illis modo S. Paulli, ſed aliorum etiam Apoſtolorum, & ex actis, atque Apocalypſi, plures collectas habent, Ἀποϛόλον a potiori parte nuncuparunt; quamvis ea quidem de cauſſa, quod praeter Apoſtolorum epiſtolas, alia quoque complecteretur, Πραξαπόϛολον alii dixerint. Non infimi tamen ſubſellii Eruditi (36) Meurſium, atque Suicerum ſecuti, Protoapoſtolarium, Principem fuiſſe putarunt eorum qui populo Apoſtolorum ſcripta exponebant. Sed vereor ne parum ſolide. Etenim, licet apud Codinum Protoapoſtolarium legiſſe non meminerim; nihilominus diſerta apud (37) illum, & Doctoris Evangelii, & Doctoris Apoſtoli, & Doctoris denique Pſalterii mentio eſt, quorum Evangelii, Apoſtoli, & Pſalmorum interpretatio erat. Alius igitur ab interprete Apoſtoli Protoapoſtolarius videtur, quem ex obſervatis Archiſubdiacono Eccleſiae Romanae (38), aliorumque Occidentalium

conius. At, ut Thomaſſ. paullo ante laud. monet, illi non facile aſſentieris, ſi expendas quae Willelmus Malemburienſis narrat, S. ſcilicet Anſelmum juxta Archidiaconum Romanum in C. Barenſi ſub Urbano II. ſedere juſſum.

(35) Vide Allat. de libr. Graecor. fol. 46., & ſeqq. edit. Pariſ. 1745., & Lambecium Biblioth. Caeſar. lib. 5. pag. 287. Vindobonae 1670. & ſeqq., ubi de Apoſtolo, & Praxapoſtolo Graecorum libris, & quae in illis continentur plura.

(36) Meurſius in lexic. graec. barbar. Suicer. in theſaur. Eccl., & Maurini PP. ad Cangium in Gloſſ. med. latin. hoc v.

(37) Codin. pentade quinta officiorum M. E.

(38) Vide Macrium in Hierolex. hoc v. Archiſubdiaconi Eccleſiae Romanae meminit ordo Rom. 2. apud Mabillon. fol. 42. & alibi. Item in aliis Eccleſiis Archiſubdiaconos extitiſſe conſtat ex Conc. Antiſſiodorenſi anno 590. celebrato can. 6., quamvis in aliquibus CC. ibi legatur Subarchidiaconus. Jacobus Archiſubdiaconus Capuanus ſubſcribit cuidam chartae apud

lium ſimilem potius dixeris. Perdurabat autem haec Dignitas in Eccleſia Cpolitana adhuc ſaeculo XVII., quum in poſtrema Graecorum (39) Synodo adverſus Calvinianos, quorum hereſim Cyrillus Patriarcha diſſeminaverat, anno 1642. coacta, inter illius Eccleſiae Dignitates penultimô locô Protoapoſtolarius, vel, ut ibi, *Protopoſtolarius* ſubſcriptus legatur.

VII. Sed non omittendi Lectorum Protochirii, ut omnes quos Graeci habent ordines, in Primorum cenſu complectamur. Sane Protoanagnoſtas inter Graecos nullibi legiſſe memini; at vero αρχιαναγνώστων id eſt Archilectorum mentio eſt in Synodo Antiochena (40) ſub Domno, cujus acta lecta, ac relata in Conc. Chalcedonenſi ſunt. Ibi ſemel, & iterum Iſaac Αρχιαναγνώστης legitur, tametſi in textu latino alicubi Archidiaconus irrepſerit. Inferri inde poteſt, in Orientalium Eccleſiarum nonnullis, quaedam etiam Lectorum Collegia proſtitiſſe, quibus ad explenda adamuſſim Lectorum munia, quae plurima apud Graecos (41) erant, unus praeficeretur. Hinc mutatô nomine emerſit fortaſſe in Eccleſia Cpolitana Lectorum Primicerius, cujus Codinus (42) meminit. Non deſunt enim & inter Graecos (43) qui demtô Exorciſtatu, reliquorum Minorum Ordinum, quos diſtinctos nos habemus, officia omnia in uno Lectoratu ab Graeca Eccleſia fuiſſe comprehenſa arbitrantur; quorum tamen opinionem vir ille Summus (44) Benedictus XIV. omnino convellit, qui illa in Hypocodiaconatu potius comprehendiſſe demonſtrat. In Eccleſia autem latina (45) Archiacoluthi potius occurrunt; quod nomen

apud Michaëlem Monachum in Sanctuario Capuano fol.575. Molanus lib. 2. de Canonic. cap.32. primum Subdiaconorum, quem Archiſubdiaconum vocat Synod. Antiſiodorenſ., Chorepiſcopum etiam in Eccleſia Ultrajectenſi S. Martini vocari obſervat.

(39) Apud Labb. tom. 14. fol.1722. edit. Pariſ.

(40) Vide Conc. Chalcedon. act. 10., ubi haec acta referuntur.

(41) Deſcribit Lectorum munera apud Graecos Simeon Theſſalonicenſ. lib. 2. de Sacr. Ordinat. Vide edition. Morini in conſimili opere de Sac. Ordinat., et quae in eum adnotat, adnotation. 76.

(42) Codin. Pentad. 8. ubi et graece etiam vocatur Πριμικήριος.

(43) Chriſtophorus Campanus Canonarcha Chius in ea ſententia eſt apud Papadopulum reſp. 1. pag. 3.

(44) Bullar. ſui conſt. 57. tom. 1.

(45) Meminit Luitprandus lib. 6. hiſt. cap. 6. *Stephanus Archiacoluthus cum omnibus Acoluthis; & regionariis &c.* Item Michaël Monachus in Sanctuario Capuano pag. 576. Archiacolu-

men inde factum (46) Cangius putat, quod olim in Cathedralium Eccleſiarum Capitulis, etiam Acoluthi eſſent, utque ſingulorum aliorum ordinum capita, Archipresbyteri, Archidiaconi, atque Archiſubdiaconi erant; ita porro & Acoluthis Archiacoluthi principabantur. At vero ſatis praeluſimus in parergis.

CAPUT IV.

De Papae voce ex qua compoſitum Protopapae nomen. Unde ortum traxerit, & ubi primum audita? Quibus collatum Papae vocabulum, & qui tandem Romano Epiſcopo fuerit reſervatum. Vocari eo nomine etiam Presbyteros apud Graecos, ſed pronunciatione, atque inflexione diverſâ. Inde conſtructum Protopapae vocabulum, quod Protopapâs, non Protopapa eſt ex veriloquio.

I. NUnc in meſſem noſtram invadimus. Quid enim cauſſae fuerit cur ſequiores Graeci non amplius Protopresbyterum, ſed Protopapam, primum inter Presbyteros digniorem dixerint, ſcitu dignum eſt, quod pauci noſcunt. Sane Protopapae vocem ex graeca, hebraeaque conflatam conflatam concludere quis poſſet, ſi verum eſſet Papae nomen ſuum ab hebraea lingua trahere veriloquium, quemadmodum viſum (1) eſt Thomaſſino. Sed altiori hac origine haud egere videmur. Sonat quippe haec vox apud Graecos *Patrem*, quem Πάππαν, dulcius autem & Πάπαν dixere, blanda adpellatione a liberis infantibus uſurpatâ, ut (2) viri docti conjiciunt,

luthi Eccleſiae Romane ingerit etiam mentionem Benno Cardinalis in vita S. Greg. VII. Hanoviae a Goldaſto edita 1611.

(46) Cangius in gloſſ. med. latinit. hoc v.

(1) Thomaſſ. p. p. lib. 2. cap. 111. 17. et alibi.

(2) Ut ceteros omittam, vide inter rei Eccleſiaſticae Scriptores Pearſonium in Vindiciis Ignatianis par. 1. cap. 11. pag. 344. tom. 2. Apoſtolicorum PP. Cotelerii Amſtelaedami 1724. Pagium ſenior. ad ann. 163. n. 4. et junior. in S. Petro n. 7. et 8.

jiciunt, potius quam exoticô ritu. Emerſit fortaſſe a Πᾶς puellorum vocula repetita, quae a Πάω eſt, nimirum *paſco*, quod Pater Πάειν τὲς παῖδας *enutriat liberos*. Nec aliâ quidem cauſſâ Παπαῖον *Papaeon* Scythae, uti (3) Herodotus memorat; aut Bithyni Πάππαν Pappan, ut narrat Arrianus, Jovem vocarunt, niſi quia cunctarum rerum illum eſſe patrem putarent. Factum ſubinde ut avos Πάππες *Pappus* dicerent, & τὸ Πάπε Papae nomen, non patribus modo, verum etiam pedagogis, quod puerorum eis ineſſet cura, iiſque omnibus, qui parentum locô erant (4), ac aetate praeſertim, aut dignitate praeeſſent, progreſſu temporis tribueretur. At non Graecis tantum id in more fuiſſe poſitum, ſi latinos etiam Scriptores verſabimus, plane convincimur, apud quos (5) & Papas, & pappare, & Pappos legimus eâdem ferme ſignificatione. Arbitror autem, aut voces haſce a Graecis adoptaſſe, aut eâdem fortaſſe onomatopoejâ ex infantium vocibus effeciſſe latinos, a quibus (6) acceperunt Itali, Galli, Hiſpani, ut

(3) Laudat Herodotum, et Arrianum Euſtath. in Homer. 11. 5., cujus locum graece Caugius refert in Gloſſar. med. Graecit. v. Πάπας. Inde fortaſſe Alexander ab Alexandro lib. 2. cap. 22. *A Bithynis*, inquit, *uſurpatum legimus ut adoraturi, montem conſcendant; & ſine templis Jovem Pappam ſalutent, ſicut Scythae Papaeum*.

(4) Confer laudatum Scholiaſtis Homeri locum, et Suidam v. Πάπας.

(5) Sic apud Juvenalem ſatyr. 6. v. 632.

Quidquid porrexerit illa
Quae peperit, timidus praeguſtet pocula Papas.

Sumitur heic Papas pro pedagogo, ſeu pupilli nuncio, vel cuſtode. Vide ejus Scholiaſtem ibid., et infra adnot. 6. Perſ. ſat. 2. v. 17.

Et ſimilis regum pueris pappare minutum
Poſcis, et iratus mammae lactare recuſas?

Eſt pappare cibum infantium fruſtillatim praemaſticatum comedere. *Pappare puerorum eſt, ſicut manducare virorum*, inquit Papias. Buas, et pappas ex infantium phraſi, cibum, et potum per onomatopoejam, ac luſum etiam dixere Romani. Unde et apud Plautum in Epidico prope fin. *Novô liberto opus eſt quod pappet. Dabitur: praebebo cibum*. Pappare, idem aliquando ac patrem adpellare ſignificaſſe, non deſunt qui docent; at non recte, ex laudatis locis. Id potius ſequiores Latini dixere papiſſare. Confer Steph. in Theſaur. Meurſium in lex. graec-barb. Martinium in Lex. Philol. Interpretes ad Perſium. Pappum pro avo uſurpat Auſonius Eidillio 4. in protreptico ad Nepotem v. 17.

.... nugas nutricis amabit,
Qui refugit matrem, Pappos, aviaſque trementes
Anteferunt patribus ſeri nova cura nepotes.

(6) Sane quum hae voces adhuc mediô aevô paſſim eodem ſenſu uſurparentur, inde factum ut in linguas ab latina ortas derivarint. S. Petr. Damian. lib. 7. epiſt. 12. *Dimiſſus puer in medio ſine Papate, vel gerula coepit ire*. Leo oſtienſ. lib. 2. cap. 20. *Monitus a Papate ſuo, ut ſine ſuſpicione ali-*

Digitized by Google

ut fere majorum gentium vocem, ex hoc primo puerorum ſono Patri adblandientium dixeris.

II. Sub primis propterea Eccleſiae ſaeculis collata ab Chriſtianis ea quoque denominatio Epiſcopis eſt, tamquam Patribus, quorum ordo non modo Patrum eſt, ſed, ut S. Epiphanius (7) loquitur, ad Patres gignendos praecipue pertinet. Inde commune evaſit paullatim, ac promiſcuum inter illos Papae nomen, quod antiquitatis Eruditi (8) paſſim monent, atque innumeris conſtat ex monumentis (9), epiſtoliſque ad Epiſcopos datis. Nec audiendus Anaſtaſius Germonius (10), qui

G

alicujus fugere poſſet, monaſticâ veſte indutus, fugam arripuit. Differunt tamen, ut monet doctiſſ. Mabillon. ex vita 2. S. Adalberti Epiſc. Pragenſ. ſaecul. S. Bened. pag. 867. *Papas*, & Pappas apud Scriptores medii aevi; ut primus quidem ſit paedagogus, alter vero paedagogi diſcipulus, ſeu puer ipſe quem cuſtodit, ac nutrit. Ibi enim Adalbertus vocatur *Papas* morum, & Magiſter ſenſuum, Radla vero diſcipulus *Pappas*. Sed ad *pappare* quod adtinet, pulcherrimus eſt locus apud Bucelinum in menolog. Bened. ad diem 3. Januar. *Vir pius (loquitur de Hoſtrado) incredibili laetitia repletus, partem cibi, quô veſcebatur, obtulit puero, mirâ ſimplicitate congeminans: Pappa Pappa (quod eſt comede) pulcherrime infans*. Hinc ergo Dantes in Purgator. cant. 11.

Che fama avreſt' à più ſe vecchia ſcindi
Da te la carne, che ſe foſſi morto
Innanzi che laſciaſſi il pappo e'l dindi.

Fatius quoque de Ubertis in Dictamundo lib. 1. cap. 7.

Talchè la intenderanno, non che tue,
Coloro ancor che appena ſan dir pappa.

Similiter Galli pueruli patrem vocant *Papa*. Hiſpani quoque habent *Papar* eodem ſenſu, ac pappare. Unde apud illos nutricum in infantes minae. *Papa la olla*.

(7) S. Epiphan. haereſ. 75. nu. 4. ex verſ. Petav. *Quorum ordo vim gignendorum Patrum habet; nam Patres Eccleſiae generat. Presbyteratus vero, quum Patres generare nequeat, per regenerationis lavacrum filios gignit Eccleſiae, non Patres aut Doctores*. Hieronym. ep. 62. alias 30. ad Theoph. *Epiſcopi contenti ſint honore ſuo: Patres ſciant eſſe, non Dominos*.

(8) Baron. adnot. ad martyrol. 20. Januar. & ad ann. 430. nu. 26. Pagius uterque laud. ſupra adnot. 2. Thomaſſ. p. p. diſcipl. lib. 1. cap. 4. n. 2. 3. 4. & 10. & cap. 50. n. 14. Natal. Alex. diſſ. 3. in ſaecul. 11. art. 11. Dictat. S. Gregorii VII. Mabillon. lib. 2. de re diplomatic. paſſim. Ruinart. in acta MM. fol. 148. edit. Veron. Macr. in Hierolex. & Cang. in utroq. Gloſſar. v. Papa. Aſſeman. Biblioth. Orient. tom. 1. fol. 14. & ſeqq. Benedict. XIV. de Synod. lib. 1. cap. 3. n. 14. Cl. Mamachius lib. 4. origin. Chriſtianar. p. p. cap. 4. fol. 297. tom. 4. Lupus in Dictat. Can. 11., aliique innumeri.

(9) Supervacaneum heic reputo referre epiſtol. Cypriani, Hieronymi, Auguſtini, Sidonii, Ennodii, aliorumque, in quibus Epiſcopi Papae nuncupantur. Nonnulla loca infra referam. Vide etiam Hieronym. in vita Malchi ubi: *Ad Papae Evagrii neceſſarios rei poſſeſſio devoluta eſt*. Hic erat Epiſcopus Antiochenus. Confer Prudentium in paſſion. S. Hyppolythi M. ad Valerianum, Fortunati Pictavienſis Epiſcopi, & Aviti Vienn. epiſtol.

(10) Anaſtaſ. Germon. lib. 1. animadverſ. cap. 10. ex Carolo Paſchali ſupremi Rothomagenſis Dicaſterii Patr. Generali.

Digitized by Google

qui aliunde id nominis Epiſcopis adhaeſiſſe credidit; adſtruitque, quemadmodum Imperatores, ita etiam Epiſcopos dictos olim Patres Patriae: titulum autem hiſce ſiglis PP. notatum minus peritos Papam legendum eſſe putaviſſe. Conjecerat id prius Carolus Paſchalis, ſed levibus omnino argumentis, atque toti antiquitati adprime injuriis; quum hoc nomen ex imperitia potius veteres Epiſcopis contuliſſe, quam certâ ratione hôc pactô credendi ſint. Tributum illis primum in Africa fuiſſe innuit Thomaſſinus (11), ibique quodam ſpeciali veluti jure haeſiſſe Epiſcopo Carthaginienſi, tametſi revera commune Epiſcopis foret. Contra vero S. Cyrillum Alexandrinum Epiſcopum, primum poſt Romanum Pontificem eô fuiſſe nomine donatum contendit (12) Sirmundus. At enim vereor ne poſtrema haec a Graecorum nugis ſint mutuata. Narrant ſcilicet Balſamon (13) & ex eo, fortaſſe Nicephorus,

non

(11) Thomaſſ. p. p. lib. 1. cap. 50. n. 14.

(12) Sirmund. in adnot. ad Sidonium lib. 6. epiſtol. 1.

(13) Balſamon. in Nomocan. tit. 8. cap. 1. *Hujus quoque temporis Patriarcha Alexandrinus ex praeſenti edicto jus habet ut cum Phrygio celebret. Habuit autem hanc facultatem S. Cyrillus Alexandrinus a Romano Papa Caeleſtino, quando coacta eſt Synodus Epheſina contra Neſtorium. Cum non poſſet Caeleſtino adeſſe Epheſi; & judicare Neſtorium, viſum eſt ut S. Cyrillo a Caeleſtino permitteretur huic Synodo praeſidere. Ut itaque conſtaret eum habere jus, & auctoritatem Papae, ſedit cum Phrygio, & condemnavit Neſtorium. Ab illo igitur tempore cum eodem Phrygio ſacra celebrant, & procedunt Patriarchae Alexandrini.* Addit in meditato de Patriarcharum Privilegiis in Cod. Leunclaviano. *Alexandrinus propterea vocatus fuit Papa, quod S. ille Cyrillus in III. Synodo privilegia Papae Romani, Caeleſtini ſcilicet, acceperit.* Eadem narrans Nicephorus lib. 14. hiſt. cap. 34. *ex quo tempore*, inquit, *fama eſt mitram illum, & Papae appellationem accepiſſe*. Hinc habes Phrygii nomine, non pallium, ut Baron. putavit ad an. 430. n. 26. ſed mitram phrygiô opere contextam intellectam fuiſſe in vulgata donatione Conſtantini, cujus fragmenta referuntur a Gratiano can. 14. diſt. 96., & de qua agit primô locô laudatus Balſamon ſub *praeſentis edicti* nomine, Nam in ea *ſuperhumerale videlicet lorum, quod Imperiale circumdare aſſolet collum*, a corona, ſimulque Phrygio ſatis diſtinguitur. Et ita quidem ſentiunt Marca 6. Concord. cap. 6. n. 7. Lupus diſſ. de Conc. Epheſin. cap. 2. & de Afric. Eccleſ. Rom. adpellat. cap. 13. Spondan. ad laud. ann. Baron., Catalan. in Prolegom. ad Conc. cap. 19., & in Prolegom. ad Pontifical. cap. 17. Marangonius in animadverſ. ad Chronolog. Rom. Pont. cap. 11. fol. 61. multiq. alii. Nec obeſt, neque mitras, neque annulos in uſu apud Graecos Epiſcopos fuiſſe; nam id verum non eſſe ad Patriarchas quod adtinet, oſtendiſſe mihi videtur Martenius 1. de ritib. cap. 4. art. 1. n. 16. Et quamvis id juris ſoli Alexandrino tribuere videatur Balſamon in laudat. meditat., cui Simeon Theſſalonic. adhaeret; tamen Cpolitanum, Hieroſolymitanumque mitras etiam uſurpaſſe, invictis monumentis ab illo relatis evincitur. Utuntur autem &

nunc

non alia de cauſſa id nominis ab Epiſcopis Alexandrinis uſurpatum, niſi quia ab Romano Pontifice S. Caeleſtino conceſſum illis fuit, quum Sanctum Cyrillum Alexandrinum Epiſcopum Apoſtolicae Sedis conſtituit in Conc. Epheſino legatum. Quod equidem Graeculorum commentum eſt, quum ſit certiſſimum & ante Cyrillum a Dionyſio Epiſcopo Alexandrino, qui ab anno 248. florebat, Praedeceſſorem ſuum Heraclam (14) Papam fuiſſe vocatum. Eâdem prorſus ratione explodendi Scriptores illi Arabes Homaidius, & Habbaſides apud Echellenſem (15), qui contrariò ductu, Heraclae iſti Alexandrino Epiſcopo primum collatum nomen, inde in Italiam derivaſſe, & Romano Epiſcopo adtributum ſomniarunt. Porro ante Heraclae quoque tempora Romanum Epiſcopum Papam ex Africa vocavit Tertullianus (16), cujus de Romano Epiſcopo communiter intelligitur libri de pudicitia locus. Diſcrimen item illud ab ejusmodi Scriptoribus inventum inter *Abbam*, & *Papam*, quod illa vox Patrem (17)

haec

nunc nonnulli Graecorum Epiſcopi mitrâ, formâ licet a noſtris diverſâ: non quidem acuminatâ, & apertâ ſuperne; ſed obtuſâ, rotundâ, & clauſâ. Noſtri quoque Epiſcopi ante annum circiter milleſimum vulgar. epochae, neque mitrâ, niſi ex Romani Pontif. indultu utebantur; ut contrarias conciliaus doctorum virorum ſententias demonſtrat Mabillonius in ſaecul. 4. Bened. part. 2. in praefat. nu. 182., & Martenius ibid. nu. 15. exquiſitis aliis monumentis confirmat.

(14) Vide illius epiſt. 2. apud Couſtant. fol. 262. ex Euſeb. acceptam, ubi ſic ait. *Hanc ergo regulam, & formam a B. Papa noſtro Heracla accepi.*

(15) Abraham Echellenſis Maronita doctiſſimus elapſi ſaeculi in opere de tit. Papae haec refert. Vide illum tom. 1. Biblioth. Pontific. Rocaberti pag. 21. & ſeq., & in Eutychio vindicato adverſus Seldenum edito Romae 1661. Confer & Renaudotium in hiſtor. Patriarch. Alexandr. pag. 27. & ſeq. edit. Pariſ. 1713. & Aſſeman. Biblioth. Oriental. tom. 1. pag. 14. edit. Rom. 1719.

(16) Tertull. in lib. de pudicit. quem jam Montaniſta ſcripſit cap. 13. fol. 565. edit. Venet. 1744. *Et tu quidem poenitentiam moechi ad exorandam fraternitatem in Eccleſiam inducens . . . in eum hominis exitum, quantum potes miſericordiae inlecebris, bonus Paſtor, & Benedictus Papa conciliaris.* Notiſſimum eſt Tertullianum huic delicto poenitentiam denegaſſe, adeoque ad Zepherinum Rom. Pont. adludere voluiſſe, de quo dixerat antea cap. 1. fol. 555. *Audio edictum eſſe propoſitum. Pontifex ſcilicet max. Epiſcopus Epiſcoporum edixit. Ego & Moechiae, & fornicationis delicta poenitentiam functis dimitto.*

(17) Avus graece Πάππος eſt, non Πάππας, ut notiſſimum ex omnibus lexicis. Πάππας enim pater eſt. Abba autem vox eſt Syriaca, quam & Hebraei graecizantes ad patrem ſignificandum retinuerunt. Apud Syros eâ voce pueri patres ſalutabant, ut apud Graecos vocem Πάππαν adhibebant. Vide Lamy in Harmonia evangelior. cap. 26. lib. 5. fol. 540. edit. Pariſ. Manavit diſcrimen, quod obtendi-

haec avum ſignificaret; illa vulgares Epiſcopos, haec Patriarcham, quem & Abbam Epiſcopi ipſi vocabant, indicaret, egregiè cum Pearſonio (18) confutat Pagius: permirum proinde ut mihi ſit, eſſe adhuc hodie qui putent (19), vocem Papae *Patrem Patrum*, non Patrem ſignificare, rem eſſe notiſſimam, niſi ex uſu hodierno hujus vocis benigne intelligendi ſint. Ceterum etſi olim in Africa frequentius auditum id nomen, ibique fortaſſe ex monumentis, quae hactenus habemus (20) primum Epiſcopis adtributum noſcamus; haud tamen verum videtur ſpecialius haeſiſſe Epiſcopo Carthaginienſi, niſi eô ſenſu; quod vetuſtiora de Epiſcopis monu-

ditur, ex Eutychii Patriarch. Alexandr. Arabis hominis ſaecul. X. ſcribentis, fabella, qui hôc nomine donatum Patriarcham ab Alexandrinis tradidit quod ille Abba ab Epiſcopis vocaretur, adeoque oportuiſſe vocari *Papam* a Populis, hoc eſt avum. Sed quàntae ſint auctoritatis Eutychii iſtius origines Alexandrinae, quas, Presbyterianorum errores conſtabilire falſo putans, Seldenus Londini vulgavit anno 1642., ſive integrum etiam Eutychii opus, quod poſtea Oxonii edidit an. 1658. Eduardus Pocokius, notiſſimum eruditis. Adiſis Petavium I. de Eccl. Hierarch. cap. 13. n. 19. to. 4. Theolog. dogmat. Renandot. 1. Liturgiar. Orient. pag. 377. edit. Pariſ. 1716. & laudat. Echellenſ. adnot. 15. apud quem in Eutychio vindicato part. 2. plena tractatio eſt de origine nominis *Papae*. Ceterum apud Graecos ea pervaſit opinio, ut ex quinque Patriarchis, Romanus, & Alexandrinus proprie *Papae*, duo alii Cpolitanus, & Hieroſolymitanus Archiepiſcopi, ſolum Antiochenus Patriarcha diceretur. Ita quidem ſcribebat ad Dominicum Archiepiſcopum Gradenſem Petrus Patriarcha Antiochen. ſaecul. undec., ut videri apud Marcam poteſt diſſert. de Primatib. n. 21. vel apud Allatium de conſenſu lib. 1. cap. 18. pag. 262. Similia ſequenti ſaeculo tradit Nilus Doxopatrius in commentar. de V. thron. Patriarch. ad Rogerium Regem, de quo adnot. 8. cap. ant. ſed iterum infra adnot. 33.

(18) Pearſon. in vindiciis Ignatianis p. p. cap. 11. tom. 2. PP. Apoſtolic. Amſtelodami 1724. Pagius ex eo ad an. 163. n. 4.

(19) Vide Cl. Aſſeman. de reb. Neapolit. et Sicul. tom. 3. fol. 588. Niſi etiam ad ea adludant, quae habet S. Epiphanius ſupra relat. adnot. 7. quo ſenſu Epiſcopi omnes ſunt Patres Patrum.

(20) Antiquior ſane, qui occurrat locus, eſt ille Tertulliani hominis Afri relat. adnot. 16., in quo tamen, nomen illud tribuitur Epiſcopo Romano. Etenim quae adferuntur ex epiſtol. S. Juſtini ad Zenam et Serenum; ubi ſe plura in epiſtola ad *Papam* ediſſeruiſſe Auctor ſcribit, ad rem non ſunt: tum quod ea epiſtola Juſtini non ſit, ut Halloixius in vit. Juſtin. Tillemont. tom. 2. opp.; et Maurini PP., qui in adpendicem rejecerunt, oſtendunt; tum vero quod *Papa* ibi proprium nomen videtur, cujuſmodi eſt apud S. Baſil. in epiſt. 120. et 121., ut in Martyrol. Rom. 16. Martii ex Menolog. Graecor. de quo Baron. ad ann. 165. n. 10. De aetate vocis *Papae* diſſertationem edidiſſe Johannem Dieckmannum legi, ſed eam hactenus non vidi. Qui vidit, ſi meliora habet, corrigat noſtra.

Digitized by Google

numenta, quae in Africa (21) occurrunt ad Carthaginienſem pertineant, licet antiquiſſimorum temporum Tertullianus Romano etiam Epiſcopo tribuerit. Nam non in Africa modo occidentali, Aegyptoque (22), quae ad orientalem Africam pertinebat; ſed in Graecia (23) quoque, Aſiaque minore, Galliis item, atque Hiſpaniis, mox Epiſcopis omnibus conſtat fuiſſe commune.

III. Verum ne in his, quae ad nos hôc tempore non adtinent longius excurrat oratio, illud certiſſimum, hoc nomen inter Epiſcopos primis ſaeculis uſitatiſſimum, Praesbyteris quoque tunc temporis nonnumquam fuiſſe collatum, quos etiam quodammodo Patres eſſe Populus adgnoſcebat. Obſervatum id Clariſs. Mabillonio (24) in actis SS. Mammarii, aliorumque MM. Africanorum, ejuſque Diſcipulo Ruinartio in actis S. Theodori Ancyrani, in quibus *Fronto* Presbyter Papa vocatur, uti & Antonius in actis SS. MM. Juliani (25) & Baſiliſſae. Rara denominatio, propterea quod non

(21) Acta SS. MM. Perpetuae, et Felicit. inter ſincera. Ruinart. fol. 85. edit. Veron. de Epiſcop. Carthaginienſ. *Non tu es Papa noſter &c.* ſic inter S. Cypriani epiſt. paſſim ut epiſt. 30. *Cypriano Papae Presbyteri, & Diaconi Romae conſiſtentes ſalutem.* Similia epiſt. 31. 36., et 7. 3. et alibi.

(22) Pro Africa occidentali ſatis eſt proſerre epiſtolas Hieronymi ad Auguſtinum puta 80., aliaſque. Pro Egyptiis vide de Heracla ſup. adnot. 14. Epiphan. item haereſ. 79. num. 6. *Arius, quem Alexander Papa &c.* ideſt Epiſcopus Alexandrin. Item epiſt. ad illum apud S. Athanaſ. in lib. de Synodis Arimini et Seleuciae. *Beato Papae Epiſcopo Alexandro.* Hieronym. ep. 38. alias 61. ad Pammach. *Excepto Papa Athanaſio &c.* Vide infra adnot. 33.

(23) Hieronym. ibid. *Habes Papam Epiphanium*, qui Cypri erat Epiſcopus. Eodem tit. in Italia donat Chromatium Aquileenſem. Ad Gallos quod adtinet vide Sidonii epiſtolas 1. 2. et 3. lib. 6. *Papae Lupo*, *Papae Pragmatio*, *Papae Leontio*. Fortunatus quoque Pictavienſis Euphronio Turonenſi Epiſcopo ita ſcribit lib. 3. poëmat, et opuſcul. *Domino Euphronio Papae*: Felici Nannetenſi: *Felici Papae*. Pro Hiſpanis adferre ſatis eſt Prudentium hymn. undecimo *περὶ στεφάνων de coronis*, ubi ad Valerianum Epiſcopum Caeſarauguſtanum: *Rorantes ſaxorum apices vidi optime Papa.* Quamobrem et in Italia S. Paulinus epiſt. 1. ad Severum, Siricium Papam *urbicum*, ut a ceteris Epiſcopis diſtingueret, nuncupavit. Vide infra n. 4.

(24) Mabillon. tom. 4. analector. edit. Pariſ. 1723. pag. 181. Ruinart. in act. MM. ſincer. pag. 304. edit. Veron. 1731. Ibi in actis S. Theodoti: *monuitque ut quando veniret Papa beatus Fronto ex malo ferens ſecum annulum, daret ei reliquias ſuas.* Hic autem Fronto non erat niſi Presbyter, ut conſtat ex n. 11. et 32. Vici Malenſis in Galatia curam habens, ut ex num. 12.

(25) In hiſce actis apud Bollandiſtas die 29. Maii n. 4. Praeſes Martyrem interrogat an Papas ſit, an Diaconus: qui ſe laicum eſſe reſpondit.

Digitized by Google

non ſaepe fieret, injuriâ impulit Tillemontium (26) ut acta S. Cononis ann. 275. martyriô affecti in ſuſpicionem adduceret, hac una de cauſſa, quod *Papae* nomen ad Presbyterum ſignificandum in adeo remota aetate adhiberetur. In ipſis etiam Conc. Chalcedonenſis actis (27) famoſus ille Euthyches duarum in Chriſto naturarum commixtor, non Epiſcopus quidem, ſed Archimandrita, *Papa* nuncupatur. Factum id non tam propter ingraveſcentem aetatem, ut doctiſs. (28) Thomaſſinus ſuſpicatur, ſed quod Abbas eſſet, Hegumenus, & Pater Monachorum; quae cauſſa fuit, ut iis etiam Presbyteris tribueretur, qui veluti aliorum Patres haberentur. Nam in eisdem actis Archimandrita alter Abrahamius ipſiſſimo quoque titulô ornatus legitur. Neque enim in eorum opinione ſum, qui Walfridum (29) Strabonem haud recte intelligentes, omnibus Clericis Papae nomen olim adtributum rentur, deinde vero Epiſcoporum evaſiſſe proprium: quum contra ex veterrimis jam liquere documentis arbitrer, Epiſcoporum potius commune nomen, a Presbyteris eadem de cauſſa, quâ Epiſcopis tribueretur, fuiſſe participatum. Etenim quum etiam inter Epiſcopos ita, ut plurimum; id nomen uſurparetur; ut junior, aut inferior Epiſcopus, eô ſeniorem, digarioremve adpellitaret; nemo autem ſeipſum, niſi Romanus (30) Pontifex Papam diceret, quod obſervatum di-

li-

(26) Tillemont. tom. 4. in adnot. ad S. Sebaſtian. pag. 740. et ſeqq. edit. Pariſ. 1692. Vide etiam Honorat. a S. Maria in animadverſ. ad regul. Critic. tom. 1. diſſ. 4. art. 11. §. 4.

(27) Vide Conc. Chalc. act. 1. ubi referuntur acta Conc. Cpolit. ſub S. Flaviano contra Eutychem. In illis etiam Abrahamius Presbyter, et Archimandrita eôdem nomine donatur. Archimandritae enim erant, veluti Abbatum Principes, itaut mille Abbates ſub unô Archimandrita aliquando fuerint, ſi vera habet regula S. Columbani ca. 7. Confer Cangium hoc v.

(28) Thomaſſ. laud. cap. 50. nu. 14.

(29) Quamvis hic Scriptor, nec antiquus (quippe qui ſaeculo IX. vixit), nec tantae auctoritatis ſit; tamen in lib. ſuo de exordiis, et incrementis rer. Eccleſiaſtic. cap. 7. habet hoc modo. *Papa cujuſdam paternitatis norma eſt, & Clericorum congruit dignitati*. Intellexit ſane Clericis dignioribus convenire, qui revereri tamquam Patres poſſint.

(30) Primus inter Romanos Pontifices, qui ſeipſum hôc adpellaret nomine, fuiſſe Siricius videtur, in epiſtol. ad diverſos Epiſcopos, quae ſic habet: *Siricius Papa Orthodoxis per diverſas Provincias*. Putat Couſtant. in praefat. ad illam, quae ordine 6. eſt inter Siricianas col. 658. hoc nomen, non ab Siricio ſibi, ſed ab eo, qui ad diverſas Provincias epiſtolam ejus tranſmiſſam fuiſſe adnotavit, inditum fuiſſe. Haud video tamen quid

ſibi

ligenter a Mabillonio eſt: inde factum conjicio, ut ſeniores etiam Presbyteros, quos tamquam Patres venerabantur, minores Clerici, eô deinde nomine adpellandos cenſerent. Nam & Modeſtum, ne quidem Presbyterum, ſed Viti dumtaxat paedagogum, educatoremque ex vetuſto more hôc etiam nomine ab eo fuiſſe vocitatum ejus (31) acta teſtantur. Per catachreſim inde, poſtquam Presbyteri eô generatim nomine fruerentur, ab ſequioribus potiſſimum Graecis inductum, ut minores etiam Clericos Papas, vel Piſinnos, aut ſimplices Papas, uti paullo poſt oſtendam, nuncuparent.

IV. At vero hôc potiſſimum diſcrimine ad Presbyteros evaſit id nomen, ut non pronunciatione eâdem, neque porro inflexione, ad utroslibet ſignificandos a Graecis adhiberetur, *Πάπας Papas* enim Epiſcopus, *Παπᾶς* Papâs Presbyter vocabatur: iſque ſane pronunciandi ritus, nec recentior quidem videri poſſet, ſi recta legendi ratio in vetuſtis MM. actis conſervata ſit. Actorum S. Theodori exemplar Graecum, inquit Ruinartius, (32), *heic habet* ὁ Παπᾶς, *quo nomine donantur Antonius in actis SS. Juliani, & Baſiliſſae in vetuſtiſſimo Lectionario Lexovienſi*. In illis quoque S.Cononis eâdem circumflexione notatur. Attamen etſi de hac vetuſta pronunciatione haud ſim ſollicitus, illud vero nemo eripiet mihi, temporum progreſſu, ſive ſextô Saeculô, ſive potius nonô, decimôve, uti mox dicam, hujusmodi nomen brevi elatum pronunciatione, ſolô Romano Pontifici ita haeſiſſe, ut a nemine exinde Epiſcoporum, ſaltem inter Latinos (33) uſurpatum in-

ſibi timeat. Cantelius hiſt. Metropol. Urb. p. 2. diſſ. 1. cap. 2., et cum eo Pagius junior in *S.Petro* n.7. Scribunt etiam S. Leonem in Epigraphe epiſt. 16. *Univerſis Epiſcopis per Siciliam conſtitutis* hunc titulum poſuiſſe. Verum et *Epiſcopus* ibi non *Papa* in meliorib. edition. legitur. Ceterum de hoc titulo a ſolis Romanis Pont. ſibimet ipſis adpoſito, vide Mabillon. lib. 2. de re diplomatic. cap. . . . . Vide etiam PP. Maurin. ad Cangium v. *Papa*.

(31) In actis apud Bollandian. 19. Junii tom. 2. Ibi inter alia pag. 102. edit. Antuerp. *Juſſit Miniſtris ut B.virum una cum S. Modeſto Papate ſuo, & Creſcentia nutrice (alias Papatiſſa) ſua . . . in catafta extenderent*. Confer Ruinart. in acta S.Cyprian. adnot. 11. fol. 180. edit. Veron.

(32) Ruinart. fol. 304.

(33) Hoc dico, quod Alexandrino Patriarchae apud ſuos diu Papae nomen cohaeſerit; ac teſte Scaligerô 7. de emendat. temporum pag. 684. Aethiopes, et Abyſſini illum Summum Pontificem *Liket Papaſath* adpellent, ut ceteros Epiſcopos nude *Papaſath*, vel *Epiſcopoſath*. Porro adhuc in Oecumenic. Conc. V. Dioſcorus et in VI.

invenias: productum autem ita Graecis Presbyteris factum eſſe commune, ut vulgare ac tritum inter indigenas (34) fuerit, qui Παπάδες *Papades* illos corruptâ inflexione hodieque vocitant. Tempus enimvero quô Epiſcopi ceteri Papae nuncupari deſiverint, idque nomen ſoli cohaeſerit Romano, paullo obſcurum eſt. Cantelius (35), Sirmundus, Thomaſſinus, aliique docti viri, quum Ennodium Ticinenſem, Caſſiodorium, Liberatumque ſextô florentes Saeculô *Papae* titulô Romanos Epiſcopos; Euſtorgium autem, ac Datium Mediolanenſes, ceteroſque, ſimplici dumtaxat Epiſcopi nomine donaſſe obſervaſſent, in eam venere ſententiam, ut ſub id temporis ad unum Romanum Pontificem illud revocari coeperit. Monuit nihilominus Thomaſſinus, ſi qua illis adverſa poſt ea tempora exempla occurrunt, inde prodire, quod nonniſi lattis quibusdam incrementis, invaleſcat rei cujusque uſus. Et re quidem ipſâ, ubi in iſtiusmodi verſamur argumentorum genere, longe etiam antiquior hujus nominis ab Hiſpaniarum Epiſcopis Romano Pontifici facta reſervatio colligi poſſet ex Conc. Toletano anno CCCC. celebrato, in quo ita loquentes Patres efferuntur (36): *Expectantes pari exemplo quid Papa, qui nunc eſt, quid Simplicianus Mediolanenſis Epiſcopus, reliquique Eccleſiarum reſcribant Sacerdotes*. Et infra: *Conſtituimus autem priuſquam illis per Papam vel per S. Simplicianum* com-

anno 680. celebrato Cyrus Patriarcha Alexandr. Papae vocantur. Vide can. 6. 24. q. 2. Sic etiam in chronic. Alexandr. an. 7. Phocae. Apud Pachymerem lib. 10. cap. 32.. Quamobrem in ſalutationibus epiſtolarum, ex formulis apud Habert. in Pontif. et Goarium in Eucholog., ita Cpolitanus Alexandrinum ſalutat Α'γιώτατε Πάπα, καὶ Πατριάρχα Ἀλεξανδρείας. *Sanctiſſime Papa, & Patriarcha Alexandriae*. Ceteros vero omiſſâ voce Πάπα. Vide plura hac de re congerentem exempla Cangium in Gloſſar. med. Graecit. v. Πάπας. *Alexandrinus Patriarcha*.

(34) Ut Παπᾶς Sacerdotem indicet vide Euchologia, inquit Goar ad Codin. cap. 1. n. 10. Adeo frequens in Euchologiis *Papae* denominatio pro Presbytero. Frequentior in Calabriae noſtrae veteribus chartis de quibus infra adnot. 45. Hinc factum ut Graeci Εὐχέλαιον *ſacrum oleum*, vocarint etiam Ἑπταπαπάδων *Eptapapadon* quod a ſeptem Presbyteris in Eccleſia Graecâ, quum aegros inungunt, conſecretur, ut idem Cang. notat v. Εὐχέλαιον, et Παπᾶς in Gloſ. med. Graec.

(35) Cantel. hiſt. Metr. Urb. p. 1. diſſ. 1. cap. 1. Sirmund. ad Ennod. lib. 4. epiſt. 1. Thomaſſ. p. p. cap 4. nu. 10. Bened. XIV. de Synod. lib. 1. cap. 3.

(36) Confer hac de re Baron. ad an. 405. n. 53. et 54. Thomaſſ. cit. cap. 50. n. 14. Et Conſtant. in adnot. ad ep. 3. S. Innocentii I. ad Epiſcop. Tolet. Synod. fol. 766.

communio reddatur, *non Epiſcopos*, *non Presbyteros*, *non Diaconos ab illis ordinari*. Obſervare enim hic licet, ſolum Romanum Epiſcopum a Toletanis Patribus ſimplici Papae nomine deſignatum. Verum & veſtigia hujus nominis in Hiſpaniarum Epiſcopis, ad tempora uſque S. Eulogii Epiſcopi Cordubenſis, qui nono ſaeculo vixit, manſiſſe contendit (37) Macrius. Simile quidpiam notari in Galliis poteſt. Nam in Conc. Turonenſi II. anno IↃLXVI. ut Contius, aut ſequenti, ut Sirmundus putat, coactô, ipsô nimirum Saeculô VI., Avitus (38) Epiſcopus Viennenſis *Papa* vocatur. Quinimmo Avitus idem id nominis quinque adtribuit Patriarchis, cum eo tamen diſcrimine, ut in ceteris Urbis nomen addat, in Romano non item. Marculfus deinde Monachus, quem circa annum IↃCLX. floruiſſe conſtat, Landerico Epiſcopo Pariſienſi, vel ut alii volunt Metenſi, duos formularum libros offerens, hanc inſcripſit Epigraphen (39): *Reverendiſſimo Papae Landerico*. Aevô quoque Caroli Magni in ſerie Epiſcoporum (40) Metenſium:

Nobilis in cunctis Papa Chrodegangus habetur.

Hinc fortaſſe factum, ut quum communis ſaeculô nonô, aut ſaltem non rara in Epiſcopis ea eſſet nomenclatura, Johannes VIII. Rom. Pont., *Papa Univerſalis* dictus fuerit ab Synodo (41) Ticinenſi, ut eô pactô ab ceteris diſtingueretur. Sed illud poſtremo certum, eo plures conſpirare, ut a S. Gregorio VII. decretum reantur, id nomen de alio non debere, niſi de Romano Pontifice dici. In eam rem eſſe autumant Concilium quoddam, quod ſub eo, A.CIↃLXXII., aut ſequenti adferunt celebratum, cujus tamen nullibi (42) veſtigium exſtat. Ab ejus potius *Dictato*, ut vocant, haec derivaſſe crediderim, quo de Baron. agit ad A.CIↃLXXVI.;

H quam-

(37) Macr. Hierolex. v. *Papa*.

(38) Conc. Turonenſ. 2. can. 21. & 22. Vide etiam Cantel. mox laud. adnot. 35. Morerium v. Papa, et Avitum ipſum ep. 7. & 23.

(39) De Landerico vide eund. Morer. Du cheſne Biblioth. Francor. pag. 26. Natal. Alexandr. ſaecul. 7. cap. 4. a. 9.

(40) Apud Cangium v. Papa.

(41) Synod. Ticinenſ. a. 870. tom. 2. capitul. col. 237. & 230.

(42) Quinimmo prima Romana Synodus ſub S. Gregorio VII. nonniſi anno 1074. celebrata eſt, ſi recte Pagius calculat. In Vaticana nihilominus Bibliotheca ſervari hujus Conc. canones ſcribit laud. loc. Macrius.

quamvis genuinum non eſſe Sanctiſſimi illius Pontificis opus Critici (43) naris emunctioris putent.

V. Ceterum ut paullatim deſinere inter Epiſcopos id nomen coepit, ita circumflexâ pronunciatione elatum crevit deinde inter Presbyteros. Exempla Cangius congerit (44) ex Theophane, Cedreno, Nicephoro Cpolitano, Leone Grammatico, Niceta Choniate, atque ex novellis tam Iſaaci, quam Alexii Comnenorum in jure Graeco-Romano contentis: ex quorum nonnullis non Presbyteros modo, verum etiam inferiores ordine Clericos, eô nomine indigitari plane conficitur. Sed ad Presbyteros quod adtinet, praeter Euchologium, graeca Calabriae (45) noſtrae diplomata inſpicere ſatis eſſet, in qui-

(43) Launojus in epiſt. ad Magiſtr. Anton. Faurum. Alexand. diſſ. 3. in ſaecul. XI. Pagius ad an. 1077. num. 8. & Junior in S. Greg. VII. in fine. Contra tamen, Dictatum illud tamquam legitimum S. Pontificis partum plurib. illuſtrat Lupus tom. 5. opp. Sic porro habet cap. 6. *Quod Papa eſt unicum nomen in Mundo*. Vide quae exornat Lupus in eum locum, & quae habet Angelus Rocca de Rom. Pont. nomenclatura tom. 1. opp.

(44) Theoph. & ex eo Cedren. ad an. 36. Theodoſ. junior. de Antiocho Eunucho juſſu ejuſdem Theodoſii Clero addicto Ἀντίοχον, inquit Πραιπόσιτον, καὶ Πατρίκιον τὸν Βαΐουλον αὐτοῦ, Παπᾶν ἐποίησε *Antiochum Praepoſitum & Patricium Bajulum ejus Papam fecit*. Similiter anno ſequenti de Cyro Praefecto Urbi, qui a Theodoſio ſibi timens ad Eccleſiam confugerat, ait: ἐγένετο Παπᾶς. *Factus eſt Pappas*. Nicephor. in Breviar. pag. 15. 1. edit. narrat Heraclium, quum Criſpo Patricio, ſeu Priſco Phocae genero dignitatem abrogaſſet, atque illum Clerici habitum ſumere, & a Patriarcha benedici juſſiſſet, deinde ad milites verba facientem vocaſſe Παπᾶν Κρίσπον. *Papam Criſpum*. Leo Gramm. in Alexandro meminit Jannis Papae cognominati Lazari. Nicetas Choniates in Iſaaco lib. 1. n. 2. *& in templa confugientes mactabat* τὸ ποτὲ ὁ Παπᾶς λέγοντες, *ubi eſſet Papas rogitantes*. Sic a Sguropulo lib. 2. cap. 26. Iſidorus Monachus, ac Presbyter nuncupatur: *Venerabilis Papas Iſidorus*. Vide plura alia exempla apud Cangium in Gloſſ. med. Graecit. Sed potiſſimum notandae duae novellae, altera Iſaaci Comneni lib. 2. Jur. Graec. Rom. pag. 121., altera Alexii Comneni ibid. pag. 123. ubi ſancitum eſt, in ordinationibus non poſſe ab Epiſcopo recipi niſi unum aureum: ὅτι ποιεῖ αὐτὸν λιτὸν Παπᾶν ἤτοι Ἀναγνώστην &c. *quando facit illum ſimplicem Papam, ſive Lectorem; tres quando Diaconum, & alios tres quando Presbyterum facit*. Hinc factum ut ἀποπαπᾶς diceretur, qui Clericatum defereret apud Graecos, quemadmodum monet Goar in Encholog. pag. 522., & παπαλήθραν dixerint Graeci coronam Clericalem ut Macrius notat. in v. Papalethra ex Balſamone.

(45) Inter alia notandum eſt diploma Eccleſiae Scylacenſis apud Ughell. tom. 9. in Epiſc. Scylacenſ. nu. 11., in quo inſerta ſunt ab Imperatrice Conſtantia nomina *Villanorum*, quos Rogerius ejus avus Siciliae Comes conceſſit Eccleſiae Scylacenſi, ſeu potius inſertum eſt ipſius Comitis privilegium. Colligam inde potiora nomina, quae non *Papâſſos* modo, ſed & alterius muneris Eccleſiaſticos homines indicant. *Criſoleus filius Papae Coſtae. Papa Andrea. Munaus Protopapa cum* fi-

quibus *Papae*, & Presbyteri voces promiſcue uſitatas paſſim invenimus. Nec mos iſte Barbaro-latinis mediae aetatis incognitus: quippe quod in actis quoque Romanae Synodi ſub Zacharia Papa A. IↃCCXXXXV. celebratae, in quodam illius celebris Germaniae Impoſtoris Aldeberti, quod in eis refertur, fragmento, Presbyteri etiam Romanae Eccleſiae Papates (46) vocantur. Et in Graecia quidem pervagatum adeo hoc nomen eſt, ut abuſive tandem Clericis quibuſvis etiam minimis addictum ſit (47), *piſinni* licet iſti, vel *ſimplices Papae*, non abſolute *Papae* dicerentur. Sane non Papae, ſed *Papatis*, paedagogorum inſtar, adtributum a Latinis fuiſſe Presbyteris nomen, factâ graece inflexionis imitatione quadam, colligi ex eis poterit, quae ad antiqua MM. acta laudari jam (48) Mabillonius, & Ruinartius adnotarunt, ſi conſtans pro Presbyteris obſervatio eſſet. Nam & *Papates* dictos fuiſſe paedagogos ab ſequioribus Latinis (49) non *Papas* conſtat. Verum diverſa in Cyprianum animadvertit Baluzius (50), qui in variis epiſtolarum illius CC. *Papatem* etiam dictum reperiri monet, ex quo diſcriminis nihil, ex vario apud noſtros inflectendi modo, erui poſſe videtur. Non ſic tamen

H 2 apud

filiis. Baſilius Archidiaconus cum filiis. Leo Primicerius cum filiis. Caloirius Primicerius cum filiis. Leo & Michaël Mixtra Protopapa cum filiis. Filii Leonis Domeſtici. Filii Papae Leonis Muſico. Papa Gregorius Cariotti cum filiis. Alii tamen vocantur Presbyteri. Filii Presbyteri Leonis de Calandra. Filii Presbyteri Alexii. Presbyter Nicolaus de Agello &c.

(46) Vide acta apud Baronium ad an. 745. n. 32., eo translata ex Othlono in vita S.Bonifacii Moguntini lib. 2. cap. 5. *Et per manus Angeli pervenit epiſtola ad Romanam Civitatem ad ſepulchrum S.Petri, ubi claves Regni Coelorum conſtitutae ſunt; & duodecim Papati, qui ſunt in Romana Civitate triduanas fecerunt vigilias in jejuniis & orationibus.*

(47) Photius in Nomocanon. tit. 1. cap. 34. Novell. Iſaaci, & Alexii Comnen. ſup. laud. adnot. 44. Piſinnos a Puſione dictos volunt Etymologici, unde puſillos recte exponit Cujacius. Papadopulos, ni fallor, etiam dictos puſillos Clericos, legiſſe memini.

(48) Confer illos locis ſup. laud. adnot. 24.

(49) Vide ſup. adnot. 6. praeſertim S. Petri Damiani epiſt. 12. lib. 7. ibi laudatam ad Godefridum Lotharingiae Ducem, in qua Regii pueri paedagogum *Papatem* adpellat.

(50) Baluz. in epiſt. 2. S. Cypriani, quae incipit. *Didicimus ſeceſſiſſe B. Papam Cyprianum; Vetuſtus Codex meus inquit: Papatem.* Sic etiam in CC. in edit. Anglicana laudatis; & in annotationibus Morellii: Sic etiam legebat Latinus Latinius. Similiter & epiſt. 16. cujus epigraphe eſt: *Univerſi Confeſſores Cypriano Papae. Meus inquit codex, & editio Manutiana: Papati.* Vide reliqua fol. 70. edit. Venet. 1758.

Digitized by Google

apud Graecos, qui perpetua conſtantique ratione diverſimode vocem flectunt, quum Pontificem, & quum Sacerdotem nominant Papam; quod notatum diligenter a (51) Goario eſt. Hoc idem Cl. Mamachius de Chiis ſuis teſtatur, qui Pontificis nomen hoc modo efferunt: ὁ Πάπας: Sacerdotis vero, vel Diaconi ὁ Παπᾶς. Factum autem corruptione quâdam linguae, ut qui Παπαῖ prius, poſtmodum Παπάδες adpellarentur (52), quemadmodum ab Concilii Senenſis tempore A.CIↃCCCCXXIII. Presbyteros Graecos etiam vocatos legimus.

VI. Inde ſponte manavit, ut quemadmodum iidem obſervant Graecorum doctiſſimi Goarius, Mamachiuſque, is Πρωτοπαπᾶς *Protopapas* diceretur, qui etſi Epiſcopus non eſſet, inter Presbyteros tamen primas obtineret partes, quaſi *Papatium* primus. Sed tardius irrupit haec vox, & quos primum Protopresbyteros dixere Graeci, delatâ communius ad Presbyteros Παπαῖ voce, mox adpellarunt Protopapas. Et Πρωτοπαπᾶν *Protopapân* quidem dicendum primum Sacerdotem, qui non ſit Epiſcopus, non Πρωτοπάπαν *Protopapan*, ut eſt ſcriptum apud Balſamonem (53) in Pandectis Canonum Beveregii, jure animadvertit Mamachius. Verum & Πρωτοπαπάδας apud Balſamonem legimus in jure Graeco Romano Leunclavii (54) ut ſphalma potius apud Beveregium irrepſiſſe

(51) Vide ſup. adnot. 34., & illum ad Euchol og. paſſim. Mamach. origin. Chriſtian. lib. 4. p. 1. cap. 4. fol. 299. to. 4. adnot. 1.

(52) Coeptum eſt, ſtatimque interruptum hoc Conc. ſub Martino V., actumque de Graecorum etiam unione tentanda. Legationis Martini ad Graecos relationem ibi habes, & Παπάδων mentionem. Ita & antea vocarat Balſamon de quo adnot. ſeq. Eôdem pactô poſtea in epiſt. Barbarograec. Beſſarionis editâ a Meurſio in lex. pag. 59. Παπάδες habes. Uxores quoque Παπαδίων, ſeu Sacerdotum Graecorum Παπαδίαι *Papadiae* vocantur in Nomocanone edito a Coteler io tom. 1. monument. Eccl. Graec. cap. 137., quaſi Sacerdotiſſae, quae Παπαδία dicuntur in Gloſſ. Graec. barbar. *Papaſſos* illos hodie vulgo Itali noſtri dicunt, frequenſque adhuc inter Presbyteros Graecos ea denominatio. Nuper an. 1753. quidam Schiſmaticus Papâs Simon Conzavich nuncupatus, Cpoli ab illô Patriarcha Schiſmatico in Dalmatiam miſſus, ut ſedem figeret, & Proſelytos ſchiſmati procrearet, expulſus ab Veneta Republica fuit. Vide Bened. XIV. tom. 4. Bull. conſt. 18.

(53) Balſamon in can. 59. pag. 39. Pandect. Beveregii.

(54) Satis eſt referre Gretzeri verba in Codin. lib. 1. cap. 10. nu. 4. edit. Regiae. ubi haec habet. *Apud Balſamonem tom. 1. Jur. Graec. Rom. legimus:* Protopapadas ut rectus ſit Πρωτοπαπάδης. *Interpres*, Primopapadas. Sed ſatius

pſiſſe putandum ſit. In eadem ferme ſenſa Allatius (55), Cangiuſque conſpirant, quibus nemo Graecorum res tractavit uberius, quique *πρῶτον τῶν ἱερέων primum inter Sacerdotes* id nomen interpretantur. Hinc ubi paſſim in Codino occurrit, haud injuriâ Archipresbyterum ab latinis interpretibus verti potuiſſe crediderim, nominis utriuſque compoſitione penſatâ: quamvis, uti Thomaſſinus (56) obſervat, neque Graecorum Protopresbyter, neque Protopapas aevi ſequioris cum Latinorum Archipresbyteris ſatis conſentiret. Etenim Archipresbyter apud Latinos pluribus Parochis pervigil imminebat, eorumque mores, cauſſaſque ad Epiſcopum referebat, ut ut progreſſu temporis, adauctis Archidiaconis, aliter res ſe habuerit. At vero Protopresbyteri, Protopapaeve inter Graecos primi dumtaxat inter plures Presbyteros erant unius Eccleſiae miniſterio mancipatos, cujuſmodi apud Latinos dicebantur Presbyteri Cardinales. Non ſunt tamen ita haec intelligenda, ut in Eccleſiis nonnullis, & in Aula praeſertim Auguſtorum in magnam tandem aliquando Protopapae non evaſerint dignitatem, de qua pro inſtituto eſt jam heic pleniſſime dicendum.

tius eſt in his, vel ſimilibus retinere graeca. In Turcograecia fol. 218. dicitur Πρωτοπαπᾶς, ὁ πρῶτος τῶν ἱερῶν primus Sacerdotum. Jura illius in eadem Turcograecia *fol.* 288. Πρωτοπαδίκια adpellantur. At neceſſe non videtur ut rectus ſit Πρωτοπαπάδες. Satis eſſet Πρωτοπαπᾶς declinatione mox pariſyllabâ, mox etiam impariſyllabâ. Eodem modo pronunciari hanc vocem in Inſula Corcyrenſi teſtatur Card. Quirinus in comment. de reb. ſuis p. 2. lib. 1. cap. 12., & 13., qui ibi Archiepiſcopus fuit. Ibi enim Magnus Graecorum Praeſul italice etiam *Protopapa* nuncupatur.

(55) Allat. de Graec. Templis fol. 135. Cangius in utroq. Gloſſ. hoc v.

(56) Thomaſſ. p. p. diſcipl. lib. 2. cap. 5. n. 11.

CAPUT V.

De Protopapis Eccleſiae Cpolitanae agitur. Quaenam Dignitas in ea Eccleſia Protopapatus fuerit? Qui Exocatacoeli Cpolitani, & quomodo ſupra Protopapam & Epiſcopos ſublati? De veteri Diaconorum faſtu ac ſupercilio plura.

I. PRotopapas igitur primus Papatium erat, hoc eſt ſecundi ordinis Sacerdotum. At Primatum hujuſmodi in Eccleſia Cpolitana, aliiſque Grecorum Cathedralibus in ſplendidiſſimam evaſiſſe dignitatem (loqui enim hâc voce in Eccleſia Latina jamdiu adoptatâ lubet), quae primas poſt Patriarcham vel Epiſcopum in ſacris miniſteriis obtineret, iis dumtaxat perſpectum, qui Eccleſiaſticas Graecorum res diligentius protriverunt. Sane id ordinis proprietas exigebat, ut qui primum ſibi inter Presbyteros locum vindicabat, is eſſet qui *αμέσως* Epiſcopum, in unaquaque Eccleſia unicum, ſequeretur. Et ita porro per plura ſaecula obſervatum eſt. Sed id in Eccleſia Cpolitana evenit, quod etiam in Latina frequentiſſimum fuit, ut Diaconi, qui ex eorum inſtitutione exterioribus etiam, ac temporalibus Eccleſiae negotiis implicabantur, eo quod Presbyteri ſpirituali regimini, ac ſacrorum adminiſtrationi unice vacabant, majorem obtinerent auctoritatem, & gradum. Antiquum fuiſſe hoc in Diaconis vitium, ex Concilio Nicaeno (1) Magno, quod primum eorum retudit inſolentiam, conſtat: nam ad Laodicenum (2) quod adtinet, cujus etiam canone XX. illorum ambitio refrenatur, in-

(1) Conc. Nicaen. 1. can. 18. *In ſua Diaconi menſura permaneant, ſcientes quod Epiſcoporum quidem Miniſtri ſunt: inferiores autem Presbyteris habentur... ſed nec ſedere in medio Presbyterorum Diaconis liceat; quia ſi hoc fiat praeter regulam & ordinem probatur exiſtere*. Dictitabant nempe ſe Epiſcoporum, non Presbyterorum miniſtros eſſe. Unde Conc. Chartaginienſ. IV. can. 37. *Diaconus ita ſe Presbyteri, ut Epiſcopi miniſtrum eſſe noverit*.

(2) Conc. Laodicen. quod poſt Nicaenum probabilius celebratum putatur can. 20. *Quod non oportet Diaconos ante Presbyteros ſedere, ſed ſedere cum juſſu Presbyteri*. Diaconorum audaces conatus in Bruttiorum etiam Eccleſias irrepſerant ſaecul. V. Quamobrem S. Gelaſius PP. in epiſt. ad Epiſc. per Lucan. Bruttios, & Sicil. conſt. anno 494. datâ illos compeſcuit cap. 7. & 8. Vide illam apud Labb. tom. 5. Concil. col. 312.

incertum an anterior hujus Epocha ſit. S. quoque Hieronymus (3) ſuae aetatis Diaconorum tumorem, ac ſupercilium paſſim cenſurâ perſtrinxit. Verum non idcirco illi ab coeptis deſtitere, quibus & eorum (4) paucitas, & Epiſcoporum gratia, quorum lateri perpetuo adhaerebant, & bonorum Eccleſiae adminiſtratio, ſatis honoris, atque potentiae apud Populos conciliabat. Inde ſcilicet factum, ut vel etiam in Romana Eccleſia frequentius ex Diaconis (5), quam ex Presbyteris Pontifices eligerentur; quod illi omnibus Urbis ordinibus, propter adlatas cauſſas, notiores, omnia haberent in poteſtate, & facile ſibi electorum animos devincirent. Ad haec vero progreſſu temporis, eam ſibi auctoritatem Archidiaconi adrogarunt, ut quamvis ordine Hierarchicô Archipresby-

(3) Lege epiſt. S. Hieronym. 85., quae eſt ad Evagrium, ſeu potius Evangelum, ubi inter alia: *Quid paucitatem de qua ortum eſt ſupercilium in leges Eccleſiae vindicas . . . Diaconos paucitas honorabiles, Presbyteros turba contemtibiles facit*. Verum haec Diaconorum paucitas, quae etiam occurrit apud Vulgat. Anaſtaſium in Eccleſia Romana, dum RR. PP. peractas ordinationes refert, intelligi vix poteſt, ſi verum eſt, numquam, niſi ex Diaconis, & non per ſaltum promotos fuiſſe Presbyteros. Numerus enim ſeptem Diaconorum in Eccleſia Romana ab Sozomeno lib. 1. cap. 15. adhuc celebratus, de ſeptem Diaconis Regionariis, intelligi communiter ſolet. Rem ita componit Berlendius de oblationib. §.8. fol. 151. edit. Venet. 1736., ut Diaconi dumtaxat, qui Diaconias haberent, hoc eſt Noſocomia, & pauperum diverſoria, rerumque adminiſtrationi praeficerentur, pauci eſſent, iique fortaſſe ſeptem Regionarii, qui poſtea etiam aucti ſunt numerô, eoſque dumtaxat ab Anaſtaſio recenſeri. Nodum alii ſolvant. Illud addam non deeſſe doctiſſimos viros, qui putent ſolitas antiquitus fuiſſe in Eccleſia Romana etiam Diaconorum in Epiſcopos ordinationes, omiſſô presbyteratu, quem equidem morem illi adhuc nonô ſaeculô Photius objecit. Vide Mabillon. in comment. praevio ad ordin. Romanos tom. 2. Muſei §. 16. & 18. fol. 108. & 119. Pagium ſeniorem ad ann. 604. num. 4., & ſeqq. Martenium I. de ritib. 8. a. 3. §. 10. Pagium junior. in Sabiniano Papa n. 2. & ſeqq., ubi & n. 5. tempus inveſtigat, quô mos ille deſierit.

(4) Ut primam cauſſam ex mox laud. Hieronym. loco habes, ita & ſecundam, praeſertim in Archidiaconis ex eodem in comment. ad Ezechiel. lib. 14. cap. 48. *Quod per ſingula concionarentur in populos, & a Pontificis latere non recederent*. Etenim in conſtit. Apoſtolic. lib. 2. cap. 44. dicuntur Diaconi: *Epiſcopi auris, oculus, os, cor, & anima*. De abuſu hujus, ut vocat, *officialitatis* Diaconorum praeclare agit Auctor quaeſtion. in nov. & vet. teſt. inter opera Auguſt. in illa quae eſt de jactantia Romanorum Levitarum. *Aut timentur*, inquit, *ne male ſuggerant, aut emuntur ut praeſtent*. Tertiam cauſſam exponit Baron. ad an. 402. nu. 47., de qua etiam dixerat Hieronym. cit. *Ignorantes humilitatem ſtatus ſui ultra Presbyteros intumeſcunt, & dignitatem non merito, ſed divitiis aeſtimant*.

(5) Vide Pagium junior. in S. Leone n. 2.

ſbyteris inferiores, iſtis tamen & conſeſſu, & juriſdictione praeeminerent. Quamobrem longe poſt annum milleſimum recipiendi Presbyteratus impoſita illis neceſſitas eſt (6), quum Diaconos non vicariò ſaltem, ſed propriò nomine praeeſſe Presbyteris adprime diſſonum eſſe videretur. Et quamvis magna iſta ſupra Archipresbyteros Archidiaconorum elatio ex epiſtola S. Iſidori ad Ludifredum (7) eruenda non ſit, quod ea, prout a Gratiano refertur, interpolationis ſuſpecta ſit: illud tamen certum, tum S. Iſidori aevò, quum vero & ante ejus tempora, queſtos fuiſſe in utraque Eccleſia Archidiaconos, degradari (8) ſe potius, quam promoveri, quum ad Presbyteratum proveherentur: eaque communis pluribus Diaconis (9) querela fuit. Haud aliter itaque ſupra Protopapam ſe extulere Diaconi Cpolitani, quod ex potiori illius Eccleſiae miniſtrorum ordine, atque conſeſſu opportune intelligemus.

II.

(6) Hac de re dicam infra cap. 13. n. 2. Vide interim Thomaſſ. p. 1. lib. 2. cap. 20. n. 5.

(7) Refertur a Gratian. can. 1. diſt. 25. Vide Correctores Romanos, & Baluzii adnot. in eum Gratian. locum. Magnae illius Archidiaconorum praelationis mentio diſerta eſt in can. 63. inter Nicaeno-Arabicos, qui quamvis ſpurii ſint, non eſſe tamen adeo recentiores creduntur.

(8) Hieronym. laud. loc. in Ezechiel. *Injurium putat, ſi Presbyter ordinetur.* Sic Aetius Archidiaconus Cpolitanus ab Anatolio Epiſcopo ab officio Archidiaconatus per ſpeciem provectionis, amotus fuerat, quum Presbyter creatus eſt, ut narrat S. Leo, quod ſcilicet faveret Catholicae veritati, ſubſtitutò Andreâ, qui haereſi Eutychianae ſuffragabatur. Id non tulit S. Leo, voluitque ut, quamvis Presbyter, reſtitueretur. Vide illius epiſt. 56. 57. 58. 71. & Anatolii epiſtol. edit. ab Holſten. in collect. Roman. Honoratus quoque Archidiaconus Salonitanus degradari ſe queſtus eſt apud S. Gregorium, quum in Presbyterum promoveri ſollicitaretur. Vide epiſt. 14. 15. & 16. S. Gregor. lib. 2. De Johanne Archidiacono prius, poſtea Epiſcopo Cabillonenſi, ſcribit Sidonius lib. 4. ep. 25. *In eo gradu multum retentus propter induſtriam, diu dignitate non potuit augeri, ne poteſtate poſſet abſolvi.* Pulcherrima in eam rem eſt ep. 123. Petri Bleſenſis Archidiaconi prius Bathonienſis, deinde Londinenſis, qui adhuc ſaecul. 12. ut ſe a Presbyteratu ſuſcipiendo excuſaret, cui alias ex non fucata humilitate haud exiſtimabat idoneum, inter alia haec ſcripſit ad Richardum Epiſc. Londinenſem. *Archidiaconum in Presbyterum promoveri, non eſt honorem ejus augeri, ſed minui.*

(9) Id fortaſſe cauſſam dedit can. 31. inter Africanos, quo jubentur Diaconi, Clericique inferiores, Epiſcopis ſuis, volentibus eos ad honorem ampliorem in ſua Eccleſia promovere non obtemperantes, *nec illic miniſtrare in gradu, unde recedere noluerunt.* Balſamon enim ita canonem exponit, eo quod mallent quieſcere in iis, quos jam habebant gradibus, lucro fortaſſe, & quieti corporali addicti. In eam certe rem eſt reſponſio Gelaſii Papae ad Victorem Epiſcopum, quae refertur a Gratian. can. 9. diſt. 73.

Digitized by Google

II. Hôc autem pactô illum deſcribit Anonymus Monchallianus, quem utpote antiquiorem heic ſequimur, ac paſſim ex Codino inluſtrabimus. Χόρος Δέξιος. Πρώτη πέντας. ὁ μέγας Οἰκονόμος. ὁ μέγας Σακελλάριος. ὁ μέγας Σκευοφύλαξ. ὁ Χαρτοφύλαξ. ὁ Σακελλίου. Δευτέρα πέντας. ὁ Πρωτονοτάριος. ὁ Καςρήσιος. ὁ Ῥεφερενδάριος. ὁ Λογοθέτης. ὁ Ὑπομνηματογράφων. Τρίτη πέντας. ὁ Πρωτέκδικος. ὁ Ἱερομνήμων. ὁ Ὑπογονάτου. ὁ Ὑπομιμνήσκων. ὁ Διδάσκαλος. Χορὸς εὐώνυμος, ὁ Πρωτοπαπᾶς. ὁ Δευτερεύων. ὁ Ἄρχων τῶν Ἐκκλησιῶν. ὁ Ἔξαρχος. ὁ Κατηχητής. ὁ Περιοδευτής. οἱ δύο Ἔκδικοι. ὁ Βουτιστής. οἱ δύο Δομέστικοι. οἱ δύο Λαοσυνάκται. οἱ δύο Πριμμικήριοι. ὁ Πρωτοψάλτης. ὁ Πρόξιμος. ὁ Δηποτάτος, οἱ Θεώριοι. οἱ ἐπὶ τῆς εὐταξίας. ὁ Κατηγοριάρης. ὁ Δικαιός. ὁ Κουβουκλῆς. οἱ Λαμπαδάριοι. ὁ Περιεστέρημμενος. ὁ Βασταγάριος. ὁ Μυροδότης. ὁ μέγας Ἀρχιδιάκονος. ὁ Δευτερεύων τῶν Διακόνων. *Chorus dexter. Primus quinarius. Magnus Oeconomus. Magnus Sacellarius. Magnus vaſorum cuſtos. Chartarum cuſtos. Praefectus Sacello, ſeu minor Sacellarius. Secundus quinarius. Protonotarius. Caſtrenſis. Referendarius, Logotheta. A Commentariis. Tertius quinarius. Protecdicus. Praefectus ſacrorum rituum. Miniſter a genibus. Monitor, ſeu ſuggeſtor. Doctor. Chorus ſiniſter. Protopapas. Deutereus, ſeu Secundarius. Praefectus Eccleſiarum. Exarchus. Catechiſta. Viſitator. Duo Defenſores. Butiſtes, ſeu immerſor. Duo Domeſtici. Duo convocatores populi. Duo Primicerii. Protopſaltes, ſeu primus Cantor. Proximus. Deputatus. Vigiles, ſeu ſpeculatores. Praefecti ordini, ſeu caeremoniarum Magiſtri. Categoriares. Decanus. Cubicularius. Lampadarii Introductor. Bajulus. Thuris* (10) *diſtributor. Magnus Archidiaconus. Deutereus, ſeu ſecundus Diaconorum.* Jam heic vides ad primum ſiniſtri Chori locum rejectum Protopapam, quod etiam cauſſa fuit, ut adauctis deinde nimium Cpolitanae Eccleſiae officiis, a Codino in ſexta officiorum pentade numeretur. Porro chori nomen (11) neutiquam locum, ſed cantorum invicem concinentium multitudinem, conventumquae ex pri-

 mae-

(10) Fortaſſe vertendum potius, *olei, vel unguenti diſtributor.*

(11) Servius in 1. Georgic. *Chorus proprie eſt concinentium cantus, atque ſaltatio.* Et in 6. Aeneid. Chorum vocat multitudinem in ſacra collectam.

maeva ſui origine ſignificare tritum eſt. Quoniam vero in Presbyterium, ſeu Sanctuarium, quod *βῆμα* Graecis eſt, convenientes Clerici, divinas canere laudes in liturgiis, aliiſque precibus, ſtatis horis ſolebant, ad eum quoque locum id nomen translatum fuit. De ſuperiore autem heic choro, ſeu interiore ſermo eſt, ab altero extra Sanctuarium in *Ναῷ navi* progreſſu temporis introducto, quem *Περίβολον Peribolum* (12), vel Scholam Cantorum dixere, ſatis diverſo. Ex quo vero alternatim cani (13) a Monachis, Clericiſque coeptum eſt, jam in duos choros, dexterum, ſiniſtrumque locus hic diviſus fuit. Verum quònam pactò diviſio iſthaec procederet, nemo plane intelliget, qui veterum Eccleſiarum ſtructarum, cujus hodieque Graeci tenaces ſunt, penitius non cognoſcet. Meum non eſt rem heic verſare (14) pluribus. Illud breviter exponam, Eccleſias veteres, uti hodieque Graecorum ſunt, Sanctuarium habuiſſe, a tota reliqua Eccleſia cancellis (15) ob-

(12) Vide Mabillon. tom. 2. Muſei fol. 21. & Montfaucon. in Diario fol. 133., quamvis ejus nominis amplior ſignificatio ſit.

(13) A Theodoreto lib. 2. hiſt. Eccl. cap. 4. cantus alterni in Eccleſia inventio ad Flavianum, & Diodorum Antiochenos Monacos, qui ſub Conſtantino M. floruerunt, refertur; atque inde a S. Johanne Chryſoſtomo hunc morem fuiſſe Cpolim traductum, concinit Suidas hoc v. A S. Ambroſio fuiſſe etiam introductum Mediolani teſtis eſt S. Auguſt. 9. Confeſſ. 7. Sed antiquiorem hunc uſum fuiſſe pluribus contendit Card. Bona divin. Pſalmod. cap. 16. §. 10. Vide etiam Mabillon. de curſu Gallican. §. 1. fol. 383. Bollandum in act. S. Ignatii M. ad 1. Februar. & Thomaſſ. p. p. lib. 1. cap. 34., & 35.

(14) Qui veterum Eccleſiarum ichnographiam noſcere velit, legat Conſtitution. Apoſtolic. lib. 2. quae quamvis ad Apoſtolorum tempora non pertineant, certiſſime tamen 3. & 4. ſaeculi diſciplinam ſapiunt, ut Eruditi omnes fatentur. Adeat deinde ex noſtris Baronium ad an. 57. n. 103. Allatium in opuſcul. de vetere Narthece, & Templis Graec. recentior; Goarium ad Euchologium pag. 13. & 14. edit. Pariſ. Bulinger. in opuſc. de Templo. Morinum lib. 6. de Poenit. cap. 1. Habert. in Pontifical. Graec. pag. 661. Card. Bona Rer. Liturgic. 1. cap. 20. Mabillon. tom. 2. Muſei fol. 20. & ſeq. Lebrun. tom. 2. Liturgiar. diſt. 1. poſt art. 8. Berlendium in opuſcul. de oblat. §. 8. Cabaſſut. in notit. Concil. cap. 57. Catalan. in Pontific. Rom. to. 2. tit. 1. §. 1. Et ex heterodoxis, ſi licet; Beveregium Pandect. comm. tom. 2. pag. 71. & Binghamum origin. Eccleſiaſtic. lib. 8. cap. 4. 5. 6. 7.

(15) Ex vetuſto more apud Euſeb. lib. 10. cap. 4., etiam in Occidente, ut obſervari ex can. 4. poteſt Concil. Turon. 2. *Pars illa, quae cancellis verſus altare dividitur, tantum Choris pſallentium pateat Clericorum.* Similia habes in cap. 1. de vit. & honeſt. Cleric. relata ſub nomine Conc. Moguntini. Sed vero, non cancellis tantum, quin & velis obductum fuiſſe hunc locum, conſtat ex Chryſoſt. homil. 6. ad popul. Antioch. & S. Gregorio lib. 3. epiſt. 30.

obſeptum, in quo ſtatim in medio, altare occurrebat, quod in unaquaque unicum erat. Menſa autem altaris, non ad portam, ſed ad Templi apſidem reſpiciebat, quod ut plurimum (16) Templa Eopyla, hoc eſt cum portis Horizontem ortivum ſpectantibus, a fidelibus erigerentur; atque orandi ad Orientem (17) antiquâ traditione ſervatâ, hôc pactô collocanda eſſet. Ad hujus laevam Πρόθεσις *Protheſis* erat, humilior nempe menſa, quam, eô quidem nomine *propoſitionem* indicante, vocarunt Graeci; quod in ea panem partim conſecrationi Eucharisticae, partim Euchologiis poſt ſinaxim diſtribuendis deſtinatum in anteceſſum reponerent. Dexterum occupabat latus Diaconicum, cujus primum meminit canon XXX. (18) Laodicen. Hôc nomine apud Graecos proprie locus *Bemati* conjunctus (19) audiebat, in quo vaſa, veſtes,

I 2 alia-

(16) Dixi *ut plurimum*, quia ut Socrates refert 5. hiſt. Eccl. 22. *Eccleſia Antiochiae Syriae contrarium ab aliis Eccleſiis ſitum habet; nam altare non ad Orientem, ſed ad Occidentem ſpectat*. Similiter S. Paulinus de Baſilica Nolae ab ſe aedificata ſcribens ad Severum epiſt. 22. *Proſpectus*, inquit, *Baſilicae, non ut uſitatior mos eſt, Orientem ſpectat, ſed ad Domini mei B. Felicis Baſilicam pertinet, memoriam ejus adſpiciens*. Verum vel hinc vides, qui Orientem ſpectaret communis Eccleſiarum ſitus. Vide Lebrun. tom. 2. Liturgiar. diſſ. 1. art. 8., & Meratum ad Gavant. p. 2. in rubric. Miſſal. tit. 5. n. 12.

(17) Hunc ritum orandi ad Orientem ex Apoſtolorum traditione deſcendere ſcribit S. Baſil. lib. 5. de Sp.S. cap. 27. Vide etiam Scriptorem quaeſtionum ad Antioch. inter opp. S. Athanaſ. quaeſt. 37. tom. 2. opp. De eo plura Caſalius de veter. Sacr. Chriſtian. ritib. cap. 4. ac inter acatholicos Jacobus Thomaſius edita diſſert. Lipſiae 1670. *de ritu precandi verſus Orientem*.

(18) Conc. Laodicen. can. 30. *Quod non oporteat Hypodiaconos habere locum in Diaconico, & dominica vaſa contingere*. Legunt alii: *Miniſtros*. Iſidorus: *in Secretario*, quod idem eſt. Diaconos tamen, ſeu Miniſtros legiſſe videtur Conc. Arelatenſ. 2. can. 15. ubi. *In Secretario, Diacono inter Presbyteros ſedere non liceat &c.* Verum vexato admodum huic canoni, non eſt hujus loci medicinam adhibere.

(19) Plures haec vox apud Graecos ſignificationes habet; nam & librum preces continentem, quae a Diacono canebantur indicare conſtat ex Allatio in opuſcul. de Graecor. libris, & locum etiam, in quo veluti in carcere, Clerici detinerentur, ex pluribus colligitur monumentis. De Diaconicis, Diaconetis, Decanicis, Cathecumeniis, in quibus tanquam in poenitentiae locis Eccleſiaſtici coërcebantur, vide l. 31 C. Th. de haeretic. & in eam Gothofred. Novell. 70. cap. 30. & epiſt. 2. Gregor. 2. ad Leon. Iſaurum. Confer, ſi licet, Binghamum origin. tom. 3. lib. 8. cap. 7. §. 9., quamvis *decanicas* non ſemper carceres ſignificaſſe obſervet Mabillon. tom. 2. Muſei fol. 12. Ceterum frequentius heic deſcriptum locum ſignificat, de quo agunt Typicum S. Sabae cap. 2. Codinus cap. 14. n. 24. Simeon Theſſalonic. lib. de Templ. & Euchologium paſſim. Sic porro in illo. *Poſt dictam Tertiam & Sextam Sanctiſſ. Patriarcha venit in metatorium, ſeu Diaconicum, & exit*

ad

aliaque ſacris devota uſibus cimelia ſervabantur, quem & *Paſtophorium*, & *Scevophylacium*, & *Metatorium* dixere: Latini vero frequenter *Secretarium*; Sed heic menſam quoque (20) indicat ex oppoſito locatam, in qua Epiſcopi, aut Presbyteri celebraturi parata ex Diaconico ſacra veſtimenta reponebantur, quae propterea inde etiam nomen accepit. Neutrobique tamen locum habere, nec ſacra vaſa contrectare Hypodiaconos oportebat; quae proinde in magno introitu (21) cum oblationibus a Diaconis tantum adferebantur, quemadmodum Laodicenô canone ſancitum erat. At contra altare, editiori locô, Epiſcopi Cathedrâ ſitâ, hinc, indeque in apſidis hemicyclo diſpoſita per circuitum erant ſubſellia Presbyterorum, quae altare coronabant, uti in nonnullis, quae Romae adhuc, & alibi ſuperſunt, vetuſtiſſimis Eccleſiis ſpectari poteſt. Diaconis enim eô loci ſedere vetitum; ſed ut in conſtitutionibus Apoſtolicis praeſcriptum legimus (22), thronô Epi-

ad ſanctum altare. Et in Conc. Agathenſi can. 66. *Quod non oportet inſacratos Miniſtros licentiam habere in Secretarium, quod Graeci Diaconicon adpellant, ingredi, & contingere vaſa dominica*. Plura Card. Bona 1. Liturgicar. 24. §. 2. ubi & de Paſtophorio, & Scevophylacio. Verum Paſtophorium indicaſſe potius locum ad Euchariſtiae repoſitionem, ſunt qui putant. Vide Macr. hoc v. Catalanum cit. adnot. 14. Bingham. mox laudat. cap 7. & 8. ſed potiſſimum Valeſ. in notis ad Philoſtorg. lib. 7. cap. 3. & Cangium in deſcript. aedis S. Sophiae ad calcem Cinnami nu. 88. & v. *Salutatorium*, quô nomine etiam vocabatur, ſicut & Aſpaticum. Vide de hoc alio v. Macrium.

(20) De duabus hiſce menſis lege Cabaſſut. in not. Conc. cap. 57. quod eſt *de veteri Eccleſiae ſitu, & forma*, ac Lebrunium in Liturgia Cpolitana tom. 2. diſſ. 6. art. 4. Invecta fortaſſe haec alia menſa vice Diaconici; poſtquam ad magnam paupertatem redactae ſunt Graecorum Eccleſiae.

(21) Subdiaconis ſacrorum vaſorum contrectationem in magno introitu, quum ad altare adſerebantur, canone Laodiceno fuiſſe vetitam docet Morinus, quem conſuleſis pro vero illius canonis ſenſu adſequendo in opere de ſacr. ordinat. p. 3. exercit. 12. cap. 3.

(22) Conſtit. Apoſtolic. lib. 2. cap. 57. Neque vero putandum, Diaconos etiam apud Latinos, uſos olim fuiſſe, prout hodie, Dalmaticis. Orarium propria illorum veſtis erat, quô vel duplici etiam uti volebant, frequenti in rebus ſuis audaciâ, quam compeſcuit Conc. Tolet. 4. can. 39. In Romana Eccleſia aliquando Colobiô uſos fuiſſe colligitur ex Ammiano Marcellino Scriptore Ethnico lib. 14. cap. 9. ubi *Pectoralem*, inquit, *tuniculam ſine manicis textam, Maras quidam nomine indutus eſt, ut adpellant Chriſtiani, Diaconus*. Hujuſmodi ſcilicet Colobium erat, uti deſcribunt Papias, vulgatus Alcuinus, Honorius Auguſtod. Vide Cangium hoc verbo. Utebantur & Monachi de quibus Caſſianus lib. 1. de habitu Monachor. cap. 5. *Colobiis lineis induti, quae vix ad cubitorum ima pertingunt, nudas de reliquo circumferunt manus*. Sed fortaſſe neutri utebantur in ſacris, quemadmodum ex Ammiani, & Caſſiani

Epiſcopi in medio poſitô *ex utroque ejus latere ſedebant Presbyteri; Diaconi autem adſtabant ſuccincti:* veſte nimirum breviori ad obſequia parati. Profecto a dextera Epiſcopi dexter, a ſiniſtra ſiniſter chorus, de quibus heic agitur, incipiebat. Et Romae quidem, uti (23) Mabillonius obſervat, in dextero, Epiſcopi, qui frequentes aderant, ſedebant; in ſiniſtro, Presbyteri; medius autem in throno Summus Pontifex. At alibi, etiam apud Graecos, circum omnia ſubſellia utraque ex parte tenebant Presbyteri, qui ubi ſacrificium fiebat, proprio cum Epiſcopo (24) ex vetuſtiſſimo ritu concelebrabant.

III. In deſcripto nihilominus ab Anonymo choro Cpolitano jam omnia videntur inverſa, quum qui dextero Patriarchae lateri adſident, Diaconi ſint; Protopapas autem primus ſit in choro ſiniſtro. Neque enim verum eſt, quod putavit Card. Baronius (25) apud Hebraeos, & Romanos, & Graecos, & in utraque Orientali, atque Occidentali Eccleſia in ſacris praeſertim, potiorem olim dexterâ habitam fuiſ-

ſe

ſiani locis eruitur. Diaconi ſane linteô utebantur in ſacris miſteriis, de quo Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſt. 136. *Linteum illud, quo Diaconi in ſacris myſteriis munus ſuum obeunt, nobis in memoriam redigit humilitatem Domini, qui diſcipulorum pedes lavit & terſit.* Hôc nimirum praecincti expediti erant ad omnia. Dalmaticam Diaconis Romanis conceſiſſe S. Silveſtrum, auctor eſt Anaſtaſius in eo. Erat enim veſtis propria Epiſcoporum, ut conſtat ex Pontio in vita S. Cypriani. Sed haec alii viderint. Illud certum, Dalmaticae uſum Diaconis omnium Eccleſiarum adhuc ſextô ſaeculô non fuiſſe communem, quod ſpeciali quôdam privilegio a Romanis Pontificibus concederetur; ut obſervari apud S. Gregorium poteſt lib. 7. indict. 2. epiſt. 113. Vide plura apud Cangium hoc v. et Georgium de Liturg. Rom. Pont. lib. 1. cap. 22. n. 10. Ceterum Auctor quaeſtionum veter. et nov. teſt. inter opp. Auguſt. de Dalmatica tamquam Diaconis omnibus aevô ſuô communi locutus videtur quaeſt. 44. *Quaſi*, inquit *non hodie Diaconi Dalmaticis utantur, ſicut Epiſcopi.*

(23) Mabillon. Muſei tom. 2. fol. 21.

(24) Vide de hoc ritu, quidquid adverſus illum nonnulli e Schola Theologi oppoſuerint, egregie differentes Morinum de ſacr. ordinat. p. 3. exercit. 8. cap. 1. Card. Bona t. Liturg. 18. Mabillon. in comm. praevio ad Ordd. Rom. Muſei to. 2. cit. fol. 53. et Martenium de antiq. Eccl. ritib. lib. 1. cap. 3. art. 8. ubi demonſtrat per annos mille trecentos in utraque Eccleſia plane fuiſſe communem: adhiberi autem a latina hodie in ſolis ordinum collationibus, a Graeca vero paſſim uſurpari. Vide etiam Berlendium de oblat. §. 8. n. 3. et Catalan. in Pont. Rom. tom. 1. tit. 12. §. 17. fol. 140.

(25) Baron. ad an. 213. n. 6. et ſeq. et ad an. 325. n. 58. et ſeqq. Cabaſſut. not. Conc. cap. 12. Aringhus Rom. Subterr. lib. 4. cap. 47. n. 7. Chaſſaneus in catal. glor. mundi par. 3. conſ. 1. et 31. aliique plures.

Digitized by Google

ſe ſiniſtram. Ejuſmodi quippe opinio, quam multi viri docti ſequuti ſunt, rectâ veterum Eccleſiarum habitâ notione, iiſdem argumentis falſi convincitur, quibus cum doctiſſimo Card. ſtatuendam eſſe crediderunt. Ex actis ſcilicet veterum Conciliorum, Chalcedonenſis potiſſimum, cujus integra habemus, ubi ad altaris laevam S. Leonis Legatos, atque Cpolitanum, & Antiochenum Epiſcopos conſediſſe legimus: ad dexteram vero Antiſtites Alexandrinum, atque Hieroſolymitanum, patere ſatis arbitrantur, ſiniſtram partem cenſitam fuiſſe dexterâ digniorem. At vero templa illa Eopyla fuiſſe (26) neutiquam animadverterunt, unde proclive eſt noſcere, Epiſcopos qui ad laevam erant altaris, Tribunam ut vocant, non fores ſpectantis, dexterum tenuiſſe latus Cathedrae Epiſcopalis ſub illa locatae, a qua conſeſſus dignitas, ac ratio ſumebatur. In ſacroſanctis autem Conciliis, quum nemo Cathedram occuparet, venerandum Evangelium, ut ex S. Cyrillo (27) Alex. Baronius idem obſervat, in ſacro throno collocabatur, quod Jeſu Chriſti Concilio adſiſtentis per-

(26) De Templis Eopylis et Eotholis plura videſis apud Allar. lib. 1. de perpet. Eccl. conſenſ. cap. 6. nu. 16., et ſeqq.

(27) S. Cyrill. Alex. in Apologetic. ad Theodoſ. Imperat. ec actis in Conc. Epheſ. *Synodus*, inquit, *in S. Eccleſia, quae Maria, dicitur congregata, Chriſtum velut caput conſtituit. Venerandum enim evangelium in ſacro throno collocatum erat &c.* Conſtant eadem ex relatione Synodi ad Theodoſ. et Valentinian. Impp. in actis Concil. *ſecunda die in ſancta, & magna Eccleſia, quae Maria dicitur, congregati ſumus: propoſitumque eſt in throno, qui medius erat in Eccleſia ſanctum Evangelium, qui Chriſtum nobis praeſentem eſſe docet.* Quum ergo act. 1. Chalcedon. Concil. legimus: *Reſidentibus glorioſiſſimis Judicibus in medio ante cancellos ſanctiſſimi altaris; & in laeva quidem parte ſedentibus Sanctiſſimis . . . Vicariis Leonis . . . Ex dextera vero parte Dioſcoro &c.* quis non plane intelliget, de laeva altaris acta loqui, quod ſitum contra thronum, *qui medius erat*, Templum indicat Eopylum. Dignitas autem conſeſſus a throno, in quo Evangelium erat ſumebatur. Sic et act. 4. legimus. *Reſidentibus omnibus ante altaris Sanctiſſimi cancellos, & propoſitis in medio ſacroſanctis Evangeliis . . .* Medium itaque fuiſſe thronum ex ritu frequentiori Eccleſiarum ne dubitaveris. Idem obſervatum fuiſſe in Conc. Nicaeno 2. refert Tharaſius Patriarcha Cpolitanus in Epiſt. ad Hadrian. PP. *Quum omnes ſediſſemus*, inquit, *caput fecimus Chriſtum. Jacebat enim in Sancta Sede Evangelium ſanctum; conteſtans omnibus nobis qui convenerамus: juſtum judicium judicate.* De more in Conciliis locandi in medio ſacros Evangelii CC. videſis Marten. de ritib. lib. 3. cap. 1. n. 9. Sic et in Concilio, quod pro cauſſa Bonifacii Epiſcopi Regini in Bruttiis congregandum juſſit S. Gregorius, faciendum etiam praecepit epiſtol. 47. alias 46. lib. 9. indict. 2. ad Sabinum ſcribens. *Et ideo, mediis ſacroſanctis evangeliis, experientia ſua, una cum Paulino, Proculo &c.*

perſonam praeſeferebant: adeoque Patres laevum (28) altaris cornu coronantes, Chriſto erant ad dexteram. Quod ſi Eothola eſſent Templa, quorum proinde tholis ad Orientem ſitis, fores aeque, ac altaria Occidentem reſpicerent, ut aliquando, quum in Occidente Concilia celebrarentur, evenit: tunc quum contrariâ ratione ante altare menſa cum ſacris Bibliis locaretur, jam obvium eſt, eam partem quae ſanctuarium, ſive chorum, qui totus anterior erat ingredienti, (quamvis is latus cedere videretur) laeva eſſet, fuiſſe praeſtantiorem, eo quod altari, menſaeque Evangeliorum dextera eſſet in conſeſſu, quemadmodum conventum cum Graecis (29) eſt in Concilio Florentino. Nam ad pictas quod adtinet, ſculptaſve SS. App. Petri, & Paulli vetuſtas imagines, in quarum non paucis Paullus ad Petri dexteram ponitur, nullum in illis praeſidium collocari poſſe arbitror; quod aeque plures, & numerô, & antiquitate celebratiſſimae habeantur, in quibus contrariô poſitu Apoſtoli conſpiciuntur. Ea autem probabilior ratio (30) priores illas edendi egregius Pictoribus fuit, quod in more illis, caelatoribuſque poſitum eſ-

(28) Hunc morem, ubi thronus contra altare eſſet, diſerte exponunt ordines Romani 1. et 3. In 1. fol. 5. tom. 2. Muſei Mabill. *Sedentes in Presbyterio, Epiſcopi quidem ad ſiniſtram intrantium; Presbyteri vero ad dexteram, ut quando Pontifex ſederit ad eos reſpiciens, Epiſcopos ad dexteram ſui, Presbyteros vero ad ſiniſtram contueatur*. In ordin. 3. fol. 54. *Expectantes in Presbyterio Pontificem, ſedebunt eâ locali diſpoſitione, ut intrantibus Eccleſiam Epiſcopi ſint ad ſiniſtram, Presbyteri vero ad dexteram; ut quando Pontifex ſederit, & ad eos reſpexerit, Epiſcopos ad dexteram, & Presbyteros contueatur ad ſiniſtram*.

(29) Inter ceteras contentiones, quae ſub ipſum Conc. ingreſſum ad Caeremoniale quod adtinebat, Graecos inter ac latinos Ferrariae, ubi coeptum eſt, exarſere, de oſculando pede Papae, deque ſedendi ordine in Synodo, haec una fuit, quod Graeci Occidentali Eccleſiae cedere nolebant. *Tandem*, ajunt acta, *hoc inter eos convenit, ut Papae quidem, & Pontificiis ea pars Templi daretur, quae laeva eſſet ingredienti: altera vero dextera ſcilicet Imperatori, & ſuis; atque ita ſedes in hunc modum collocatae ſunt*; tom. 9. Concil. Harduin. pag. 10. Quod autem in hoc Conc. in Eccleſia D. Georgio conſecrata, ante, non contra altare, alterum altare proſtiterit, in quo praeter SS. Evangeliorum Codicem, poſita etiam ſunt SS. App. Petri et Paulli capita, eô Romam tranſlata, diſerte in actis narratur.

(30) Hanc primus rationem excogitaſſe videtur Carolus Moronus apud Allatium cit. adnot. 26. ſed potiſſimum inluſtravit Cl. Mamachius immenſâ eruditione lib. 4. origin. cap. 2. §. 3. per tot. tom. 5. fol. 504. et ſeq. apud quem, et icones omnis generis habes, et ſitus rationem.

eſſet, ut quando plures invicem exhiberent, qui dexterâ aliquid ageret, ad laevam alterius poneretur, ne quid diſtorti, minuſve apti in partium corporis collocatione, vel actione adpareret. Quamobrem & Servatorem noſtrum Petro claves tradentem, ad hujus dexteram collocarunt. Porro in vetuſtioribus monumentis, tunc ad Paulli laevam Petrus ponitur, quum aliquid extenſâ manu agit; quamvis qui ejus rei rationem ignorabant, adhuc deinde hôc pactô pinxerint nihil agentem: praeſertim vero a ſaeculo XI., in (31) quo, quum moris illius vera cauſa lateret, eas viri docti eorum temporum myſticas invexere rationes, quae vulgo receptae id egerunt, ut conſtanti ratione mos ille ab Romana Curia in ſignandis Bullis (32) adoptaretur.

IV. Cauſſa itaque cur in Eccleſia Cpolitana in ſiniſtrum chorum rejectus ſit Protopapas, non alia fuit, quam ipſiſſima, quâ in utraque Eccleſia Diaconi, ob praeclara illis collata officia, ut Presbyteris, ipſiſque etiam Epiſcopis tandem aliquando praeminerent, obtinuerunt. Nam Diaconi ſupremis diſtincti officiis erant, M.Oeconomus, M.Sacellarius, M.Scevophylax, Chartophylax, & Sacello Praefectus, & ceteri fortaſſe qui dexteri chori primas ſedes habebant, quorum officia ſi exponere vellem, longius extra metam abriperer. Sane ex veteri diſciplina, Diaconis vel coram Presbyteris ſedere tam in Orientali, quam in Occidentali Eccleſia omni-

no

(31) S. Petrus Damian. epiſtol. ad Deſiderium to. 3. opp. inter alias myſticas rationes Paullum dexteram obtinuiſſe ait, non quod Petro praeſtantior eſſet, ſed quod e tribu eſſet Beniamin, qui filius dexterae nuncupatur. Alteram rationem ab eo accepiſſe etiam S. Thomas videtur lect. 1. in epiſt. ad Galat. ubi ait. *Petrum, qui vocatus fuit a Chriſto adhuc in carne mortali poſito, poni in Bulla Papae in ſiniſtra parte: Paullum vero, qui vocatus fuit a Chriſto jam glorificato, poni in parte dextera.* Adludit ad ea quae S. Gregorius habet hom. 21. in Evangel. *Quid per ſiniſtram, niſi vita praeſens: quid vero per dexteram, niſi perpetua vita deſignatur.*

(32) Nullum autem plumbum Pontificium antiquius ſaecul. undec. hôc pactô ſignatum reperiri, teſtantur Angel. Rocca de *SS. App. Petri & Paulli praelatione* tom. 1. opp. Mabillon 2. de re diplomatica cap. 24. Fogginius de itinere S. Petri diſſert. 21., Heinecc. de veterib. Germanor., aliarumque nationum ſigillis p. p. cap. 12. §. 5. De veterrimo more ſemper dexteram ſiniſtrae praeferendi, praeter Allat. laudat. loc. agunt praeclare Muſantius tom. 6. Junii Bollandiani p.2. pag. 163. edit. Antuerp., nuper autem et P. Carmelus Publicus Patavii profeſſor in Hiſtoria variarum conſuetudin. lib. 2. cap. 11.

no vetitum. Ab temporibus, ſive Nicaenae Primae (33), ſive Laodicenae Synodi eorum in hac parte retuſa in Oriente ambitio eſt. De Romanae Eccleſiae conſuetudine (34) S. Hieronymus teſtatur hoc modo. *In Eccleſia Romae Presbyteri ſedent, & Diaconi ſtant; licet paullatim increbreſcentibus vitiis, inter Presbyteros, abſente Epiſcopo, ſedere Diaconum viderim, & in domeſticis conviviis benedictiones Presbyteris dare.* Faſtus ſcilicet, ac tumoris exordia quaedam invaleſcebant ob bonorum Eccleſiae, & Diaconiarum adminiſtrationem. Quamobrem Auctor ille quaeſtionum veteris, ac novi Teſtamenti, qui ea circum tempora vixiſſe creditur, in pluribus illos accuſans, aequus tamen illis in hac parte eſt (35). *Quamvis*, inquit, *Romanae Eccleſiae Diaconi inverecundiores videantur, ſedendi tamen dignitatem in Eccleſia non praeſumunt.* Ad eos adluſiſſe etiam ante Nicaeni Concilii tempora Patres Concilii Arelatenſis I. (36), quum de Diaconis Urbicis, *ut non aliquid per ſe praeſumant, ſed honorem Presbyteris reſervari* ſanxerunt, doctorum hominum opinio eſt. At vero non videtur, quî fieri potuerit a Concilio, quod etſi plenarium Auguſtinus (37) vocarit, oecumenicum tamen non fuit, ut ut Sirmundus (38), & Launojus, irritô conatu, diverſa moliantur.

(33) Vide ſupra adnot. 1. et 2. et conſt. Apoſtolic. laud. adnot. 22.

(34) S. Hieronymus in epiſt. ſup. laud. adnot. 3.

(35) Laudatus etiam ſupra eſt adnot. 4. inter opp. Auguſtini. Proſtant haec verba in quaeſt. 101. ſecundum antiq. edit. Auctor in quaeſt. 44., quae eſt adverſus Judaeos, adſerit ab exciſa Hieroſolyma per Veſpaſianum, ad ſua uſque tempora, annos tranſiſſe circiter trecentos. Niſi forte non omnium quaeſtionum idem ſit Auctor, quod Eraſmo viſum, nec Maurinis PP. diſplicet, ut ut Hilario Diacono Sateo quaeſtiones illae communius tribuantur, qui Damaſi PP., Auguſtini, et Hieronymi aetate vivebat.

(36) Sic habet cit. can. 18. Conc. Arelatenſ. 1. an. 314. celebrati: atque ita interpretatur Lupus in Scholio ad can. 18. Nicaen. tom. 1. opp. Huc pertinet & can. 25. ejuſd. Conc. Arelat. cujus tit. *De Diaconibus, quos cognovimus multis locis offerre, placuit minime fieri debere*. Sunt qui de Miſſa Cathecumenorum PP. Arelatenſes locutos volunt: atqui nec ea oblatio umquam vocatur, nec Diaconis prohibita. Pro recto autem hujus & ſimilium canonum intellectu, adi Petavium tom. 4. Theol. Dogmat. in diſſert. de poteſt. conſecrand. praeſertim cap. 3. Ad canonem interim quod adtinet 18. is de Romanis Diaconis haud intelligendus videtur, quamvis certa ſit eorum, eâ aetate inſolentia.

(37) Auguſtin. 2. de baptiſmate cap. 9. ſi tamen de hoc Conc. locutus eſt. Non enim de Arelatenſi, ſed de Nicaeno intelligendum eſſe Auguſt. oſtendit Natalis Alexand. diſſ. 24. in ſaecul. 3. per tot. tom. 3. opp. edit. Luc.

(38) Sirmund. tom. 1. Conc. Gall. in

tur. Nec enim eô ſemper ſenſu *Urbici* (39) vox uſurpata eſt, ut ſolam indicaret urbem Romanorum. Hoc potius Diaconorum Romanae Eccleſiae in reliquis ſupercilium, id ſub Anaſtaſio Papa egit, ut augerent illud Presbyterorum, qui ne quidem illis ſtantibus, ac Evangelium legentibus, ſtare voluerint: occaſionemque Anaſtaſio dederunt (40) illud decernendi, *ut quotieſcumque ſancta Evangelia recitarentur, Sacerdotes non ſederent, ſed curvi ſtarent*. Gallicana autem Eccleſia arctius adeo illam conſuetudinem ſervatam voluit, ut in Conc. (41) Arelatenſi II. ſtatuerit, ne in Secretario quidem, quod Diaconico Graecorum aequivalebat, Diacono inter Presbyteros ſedere liceret. Africana quoque in Conc. Carthaginienſi III. (42) amplius ſanxit, tunc ſedere quôlibet locô Diaconos poſſe, quum per Presbyteros licuiſſet. Omnes tamen hac in re ſuperavit luculentior Eccleſiarum Hiſpaniae di-

in praefat. ad lector., quamvis ibidem ſibi conſtare non videatur. Launojus differt. de notione plenarii apud Auguſtinum Concilii; & in confirmatione hujus diſſertationis. Plura adverſus illum Natalis loc. mox cit. & Pagins ad an. 314. n. 17. & ſeqq.

(39) Quamvis ut ſupra obſervatum eſt, quum Siricium Papam *Urbicum* vocatum a Paulino notavimus, haec vox frequenter *Romanum* indicaſſet, quemadmodum, aliis etiam congeſtis exemplis, demonſtrat Baluzius ad epiſtol.40. S. Cypriani: tamen, ut idem monet, non ſemper eſt verum vocabulum *Urbici* ſignificare civem Romanum. In epiſtola quippe Evodii ad Auguſtinum, quae eſt 158. nov. edit. alias 258., civis quaedam cujuſdam oppidi Africae vocatur *Urbica*, ideſt civis illius loci. Ita ibi num. 3. *Sed poſt biduum quaedam vidua honeſta urbica de Fringentibus ſomnium vidit &c.* Pro cive non raro ſumi confirmat vita S. Johannis Abb. Parm. tom. 5. Maii Bollandiani pag. 183. edit. Antuerp. *Quum quidam urbicus ultra flumen, quod juxta murum Civitatis fluit, tranſire voluiſſet &c.*

(40) Apud Vulgat. Anaſtaſ. Bibliothec. in Anaſtaſio PP. Vide Baron. ad an. 402. n. 43., & ſeqq.

(41) Conc. Arelat. 2. cujus epocha inexplorata probabiliter inter annum 442., & 445. ſtatuitur a Marca 6. Concord. 17. nu. 9. & Baluzio in ſupplemento lib. 5. concord. cap. 32. n. 1. & a Pagio ad ann. 445. num. 16., id ſtatuit can. 15. Hoc tamen loco Secretarii nomine Sanctuarium, vel Presbyterium intellectum potius volunt viri doctiſſimi Mabill. in comm. praev. ad ord. Rom. fol. 22. & Marten. 3. de ritib. cap. 1. n. 7. Sed qua de cauſſa me latet. Id ſcio Conc. Agathenſe in iiſdem Galliis ann. 505. celebratum, & hanc diſciplinam inculcaſſe can. 65. *Quoniam non oportet Diaconum ſedere praeſente Presbytero, ſed ex juſſione Presbyteri ſedeat:* & can. ſequenti Secretarium Diaconico Graecorum comparaſſe. Vide ſupra adnot. 19.

(42) Hoc Conc. vulgo Carthaginienſ. 4. nuncupatur, quod an. 398. celebratum eſt. Concinit ei canon. 39. Laodiceni laudat. adnot. 2., uti iſti Chartaginienſi, concinit mox laud. Agathenſis.

Digitized by Google

diſciplina, primum quidem in Conc. Toletano IV. (43), in quo celebri illô canone tot Eruditorum lectionibus vexatô, illorum audaciam fregit: deinde vero in (44) Emeritenſi, quô vetitum fuit, neque debere ab Epiſcopis vice ſuâ Diaconos ad Concilia mitti, ne minores Presbyteris, ſedere in Conciliis cum Epiſcopis viderentur. Notum quippe eſt, morem fuiſſe in Conciliis (45), ut Presbyteri a tergo Epiſcoporum ſederent, Diaconi vero in conſpectu Epiſcoporum ſtarent. Illam autem indulgentiam, ut vicariô ſaltem nomine ſederent in Synodis, longe antea toleratam in Eccleſia Orientali fuiſſe conſtat (46); confirmavit deinde Trullanum Concilium, quum de eorum, de quibus heic loquimur, Cpolitanae Eccleſiae Diaconorum, ineunte jam ambitione agi coeptum eſt.

V. Notiſſimus eſt canon ille Trullanae Synodi ordine ſeptimus, in quo Patres Graeci in hunc modum ſanxere: *Quoniam in nonnullis Eccleſiis Diaconos officia Eccleſiaſtica habere didicimus, & ex hoc nonnullos eorum, arrogantiâ, & licentiâ fretos, ante Presbyteros ſedere: ſtatuimus, ut Diaconus etiamſi in dignitate, ideſt in quovis ſit officio Eccleſiaſtico,*

 ante

(43) Conc. Tolet. 4. an. 633. celebratum can. 38. de cujus vera lectione non convenit inter doctos. Vulgo ſic legitur. *Nonnulli Diacones in tantam erumpunt ſuperbiam, ut ſeſe Presbyteris anteponant, atque in primo Choro ipſi priores ſtare praeſumant, Presbyteris in ſecundo Choro conſtitutis. Ergo ut ſublimiores ſibi Presbyteros adgnoſcant, tam hi, quam illi in utroque choro conſiſtant.* Antiqui CC. Gratiani, qui illum refert can. 20. diſt. 93. habebant: in *utroque ordine*; ſed monent Correctores Romani neutram vocem haberi in probatis CC. ſive Gratiani, ſive Conciliorum, ac propterea, in *utroque*, tantum legendum eſſe. Sed nec ita verum ſenſum extundes. Plura Dartis in eum Gratiani locum: diverſa Gonzalez in cap. ſtatuimus de majorit. & obedient. nu. 8., quos vide. Id certum canonem ad fregendos Diaconorum auſus editum fuiſſe; ac propterea vehementer mihi ea lectio probatur, quae caſtigat: *tam heic, quam illic*; ut ſemper ſtare Diaconos canon velit.

(44) Conc. Emeritenſe in Luſitania an. 666. coactum can. 5. *Injuſtum accipit hoc caetus noſter, ut quiſque Epiſcoporum Diaconum ad ſuam perſonam dirigat. Hic enim quia Presbyteris minor eſſe videtur, ſedere cum Epiſcopis nulla ratione permittitur.*

(45) Morem hunc deſcribit idem Conc. Tolet. 4., de quo mox adnot. 43. Sic enim habet can. 4. *Coronâ factâ de ſedibus Epiſcoporum, Presbyteri a tergo eorum reſideant, Diacones in conſpectu Epiſcoporum ſtent.* Vide Marten. de ritib. lib. 3. cap. 1. nu. 8., qui hanc diſciplinam variis ad Synodum ordinibus, eadem fere verba exſcribentibus, confirmat fol. 868. 875. 877. 882. tom. 2. edit. Mediolani.

(46) Vide Lupum in can. 7. Trullan.

ante Preſbyterum non ſedeat, praeterquam ſi proprii Patriarchae, vel Metropolitani vicem gerens, adſit in alia Civitate ſuper aliquo capite. Tunc enim ut locum illius implens honorabitur. Nulli dubium in molimina Diaconorum Eccleſiae Bizantinae animum tunc intendiſſe Trullanos Patres, annô IↃCXCI, quô illa Synodus celebrata creditur. Jam enim antea, uti Thomaſſinus (47) obſervat, Chartophylax, aliique Diaconi Cpolitani Preſbyteris praeeminere coeperant, quemadmodum ex actis eruitur ſextae Synodi Oecumenicae Cpoli coactae, in quibus (48) Georgius Diaconus, & Chartophylax, Anaſtaſius Diaconus, & Notarius, Stephanus Diaconus, & Cancellarius, qui erant e Secretario SS. Patriarchae, uti acta loquuntur, ante Presbyteros nominantur, in iis quae ad Synodum perleguntur: quod argumento eſt honorifici conſeſſus jam, officii obtentu, ſupra Preſbyteros uſurpati. Nihil tamen obtinuiſſe Trullanos Patres, ad Diaconos quod adtinet Eccleſiae Cpolitanae, hujus hiſtoriam verſantibus ſatis vulgatum eſt. Patriarcharum enim lateri adhaerentes, eorumque potentiâ freti, ac frequentibus vicibus, officiiſque defuncti, eo tandem devenerunt, ut mandatâ juriſdictione in ordinariam etiam commigrante, Epiſcopis ipſis, ac etiam Metropolitanis factô praeferrentur. Et quum innumerae inde querelae Epiſcoporum ad ſaeculum uſque XI. exarſiſſent, conſtitutionem ab Imperatore Alexio Comneno extorſit Chartophylax, quâ hanc ſibi praerogativam, non obtinuit modo, ſed ſibi potius vindicare viſus eſt. Rem narrat Balſamon (49) in commentariis ad Nicaenum canonem XVIII., ipſamque refert Impera-

(47) Thomaſſin. p. 1. lib. 2. cap. 105. n. 4.

(48) Vide act. 8. 10. & 12.

(49) Floruit Balſamon circa ann. 1180. primum M. E. Cpolitanae Chartophylax, mox Patriarcha Antiochenus. Sed occupatâ jam ab Latinis Antiochiâ, Cpoli morans, eruditione omnibus praeibat. Sic autem habet laud. loc. *Qui nunc eſt Chartophylax, in congregationibus, quae fiunt extra Synodum, ſedet non ſolum ante Sacerdotes, ſed etiam ante Pontifices ex conſtitutione inclyti Imp. Alexii Comneni*, Imperavit hic Alexius ab an. 1081. ad 1118., nec loqui de altero Alexio poteſt, Emmanuelis Comneni filio, cujus Emmanuelis juſſu commentarium ſuper canones ſcripſit, antequam anno 1180. Alexius iſte imperium ſumeret. Vide de eo Baron. ad ann. 1191. n. 49.

ratoris Novellam, quae ab Leunclavio in Codicem Juris Graeco-Romani (50) tranſlata fuit.

VI. Res porro ita ſe habuit. Quum jamdiu Syncelli, aliique Patriachae Cpolitani *Officiales*, ut vocant, ceteris non Epiſcopis praeeminere coepiſſent, diſſimulatione quâdam actum eſt, ob illorum potentiam. Ubi vero primum anno CIↃXXX. in die ſacra Pentecoſtes Syncelli ſupra Epiſcopos, ac etiam Metropolitas in Majori Templo Cpolitano ſedere contenderunt (51), tumultuatum eſt, ut Scylitzes narrat, in ſacris celebrandis, quod hanc ſibi conſeſſus praerogativam auferri Metropolitani non paterentur. Arbitror ego per ea fortaſſe tempora praeter Syncellos, aliorum neminem, hunc ſupra Epiſcopos locum ſibi adſerere voluiſſe. At temporis progreſſu eo ventum eſt, ut quinque etiam illi priores Miniſtri, immo & deinde Protecdicus, ob varia, quibus fulciti erant, juriſdictionum capita, eam ad ſe ſpectare praeeminentiam contenderent. Ut ut autem illatam ad quatuor illorum injuriam, Epiſcopi animô obtegere potuerint, quod commune nihil cum illis haberent; in Chartophylace tamen (52), quo cum frequens erat, ac neceſſarium eorum commercium, neque obſcure ferre, nec diſſimulare ullô modô potuerunt. Hinc ad injuriam propulſandam illi litem apertâ fronte intenderunt (53), *quod ante Epiſcopos ſederet, quotiens illum convenire ob aliquam neceſſitatem oportebat, antequam ad Patriar-*

(50) Proſtat inter illas, quas cum Ecloga, ſive ſynopſi juris Romani Leunclavius edidit. Vide etiam tom. 1. fol. 144.

(51) Sive Cedrenus pag. 723. edit. Pariſ. Jam enim cap. 1. n. 3. in fin. ad utrumque id opus pertinere monui; ſeu Cedrenô potius Scylitzem expilante.

(52) Ut enim Anaſtaſ. Bibliothec. in obſervat. ad 6. Synod. tradit. *Sine Chartophylace nullum Praeſulum, aut Clericorum a foris veniens, in conſpectu Patriarchae intromittitur: nullus Eccleſiaſtico conventui praeſentatur: nullius epiſtula Patriarchae miſſa recipitur, niſi forte a ceteris Patriarchis mittatur: nullus ad Praeſulatum, ſive alterius ordinis Clericorum, ſive ad Praepoſituram Monaſteriorum provehitur, niſi iſte hunc adprobet, & commendet, atque de illo Patriarchae ſuggerat, atque praeſentet. Omnia*, inquit Balſamon laud. *Patriarchae jura exercet, quae ei conveniunt ut Epiſcopo, etiam excomunicat, animae delicta corrigit, Diaconos, & Sacerdotes ordinari permittit.* Vocat propterea illum os, labra, & manum quodammodo Patriarchae; haud aliter ſane quam olim apud noſtros Archidiaconi, qui oculi dicebantur Epiſcoporum.

(53) Conſtant haec ex laud. Novella Alex. Comneni.

triarcham ingrederentur. Diſceptationes hujuſmodi multa diverſis temporibus excitaſſe ſcandala fatetur Balſamon (54); ſed quum poſtremo jam ſecundum Epiſcopos ad canonum tramites Patriarcha eſſet pronunciaturus, Alexium Comnenum ſuam edidiſſe novellam, artificio fortaſſe Chartophylacis extortam, quâ hôc honore illum deiici, extra tamen Synodum, ac Sacrum *Βῆμα* (55), vetuit, quem vetus conſuetudo, praeſcriptio, atque poſſeſſio vindicarent. In ea ab Epiſcopis potius innovari Imperator adſeruit, ſeque veterrimam auctorari conſuetudinem, a qua ſi recedere Epiſcopi vellent, abeſſent Cpoli, ſuiſque in Eccleſiis conſiſterent, nec Byzantini Patriarchae *Officialibus* cederent. Ipſos fuiſſe, qui ſacros illos canones, quos pro ſe ſtare mordicus ſuſtinebant, ſummâ in hac parte facilitate, ac patientiâ praeteriri ſiverunt, ut jure nunc mereantur nullam eorum amplius habendam eſſe rationem. Nec poſtremum hoc temere dictum: quippe quod Epiſcopi ipſi, imo & Metropolitae, inter Patriarchae Syncellos adſcribi (56) ambirent ſaepiſſime. Sane Balſamon, qui cetera omnia, nullam, quae vel in ſpeciem juri cohaerere poſſet, rationem habere viderat, ad Chartophylacis praeeminentiam ab ipſis potius canonibus repetendam volvitur, quos ei ſuffragari docere maluit, ſecundum Scriptoris hujuſce (57), canones locis, temporibuſque accomodandi, morem. Adſtruit nimirum, tum ex veteri Legatorum primarum Sedium

(54) Balſamon laud. loc. Vide Thomaſſ. laud. adnot. 47. haec uberius proſequentem.

(55) Heic nonnulli *Βῆμα Tribunal* vertunt, ſed potius altare vertendum eſt.

(56) Romanum Argyrum Imperatorem, qui anno 1028. imperium capeſſivit, feciſſe tres Syncellos Metropolitas narrat Cedrenus, hoc eſt, ut laud. Thomaſſ. exponit cap. 101. num. 7. conjunctim, & Syncellos & Metropolitas, quod ad id muneris obtinendum Metropolitae jam exarſerint.

(57) Lepidum quid de Balſamone narrat Nicetas Choniates lib. 2. cap. 4. Quum enim Iſaacus Angelus Imperator, Doſitheum Patriarcham Hieroſolymitanum ad Cathedram Cpolitanam transferre vellet: videretque per Canones translationem improbari, ut ab Epiſcopis adſenſum extorqueret, uſus Balſamone eſt, vanâ ſpe illi injectâ de eodem Balſamone transferendo ab Cathedra Anciochena, quam tantum habebat in titulum. Fecit id, curavitque egregie Balſamon, canonum ſenſus ad Principis voluntatem Epiſcopis emolliens, deluſus deinde electione Doſithei. Vide Baron. ad ann. 1193. n. 25.

dium in Conciliis ſedendi ritu, adlatô in eam rem S. Cyrilli exemplô, qui Epheſino Concilio vice S. Coeleſtini praefuit; quum vero ex eodemmet Trullano canone, qui hanc praerogativam potius praefocabat, eô titulô Chartophylaci, ſupra Epiſcopos conſeſſum deberi, quod Patriarchae (58) gereret vices. Verum palam Trullani canonis ſenſa diſtorſit, ut cauſſae ſerviret ſuae, atque hôc pactô Epiſcopi dignioris Vicarium, Epiſcopo minus digno ubique praetulit. Etenim Trullani Patres Patriarchae, aut Metropolitani vices gerenti Diacono in *alia* dumtaxat *Civitate* ſuper aliquo capite, non ubique hanc praecedentiam detulere, exemplô quidem Legatorum ad Concilia, more, demtâ Primâ Sede (59), nec in omnibus Conciliis conſtante. Addidit *duodecim illos Cardinarios Papae ſimiliter videri pileis aureis ornatos, veluti Papae perſonam repraeſentantes, ejuſque jura fulcientes;* ut coaevô alterô exemplô malam cauſſam ſubſtentaret. Adludit is verbis ad S. R. E. Cardinales (60), qui jam tum, ſaeculô XII., ful-

(58) Hanc eandem rationem adducit Simeon Theſſalonic. de ſac. ordinat. cap. *6.* ex verſ. Morini. De Chartophylace enim loquens Epiſcoporum electiones cum Provinciae Epiſcopis dirigente: *In medio*, inquit, *Epiſcoporum ſedet, non ut Chartophylax: eâ enim ratione Cathedram inter Epiſcopos non habet, ſed ut vices gerens Magni Epiſcopi*. Verum extra propriam ſaltem Civitatem, id juris Canones concedebant.

(59) Et vero conſtantem non fuiſſe hunc morem oſtendit Lupus in ſchol. ad can. 7. Trullan. tom. 3. opp.

(60) Quod duodecim nominet, errore Graeci hominis factum. Numquam enim fuerunt tam parvô numerô Cardinales. Quod autem addit pileis aureis ornatos, ab exemplo ſumit Cardinalium *a latere* Legatorum S. R. E. quos aliquando Cpoli viderat, ipſeque in Gloſſ. ad Concil. Trullan. vocat *a facie*. Nondum enim Balſamonis aevô circa finem XII. ſaeculi rubrum galerum, aut veſtes acceperant. Pileo ejuſmodi donatos eſſe ab Innocent. IV. in Conc. Lugdunenſi I. anno 1243., & Cluniaci primum illud recepiſſe anno ſeq. vulgata res eſt: Et tunc primum ſediſſe ſupra Epiſcopos, & Archiepiſcopos legimus in libello ſeu brevi nota continente acta illius Concilii, edito a Bail, Labbaeo, aliiſque Conciliorum Collectoribus; non tamen ſupra Patriarchas Graecos, quorum duo huic Conc. interfuerunt; imo & infra Aquileenſem, de cujus loco controverſia fuit cum Graecis Patriarchis, quam vide in eo libello. Id obtinuiſſe in Conc. Lugdunen. 2., ut ſederent ſupra Patriarchas Cpolitanum, & Antiochenum, Latinos tamen, quos recuperatâ ab Graecis Cpoli, & amiſsâ a noſtris Antiochiâ, Romani Pontifices ad haec uſque tempora in titulum creare conſueverunt, ſcribit Raynaldus ad ann. 1274. Quod tamen neque certum videtur, quum ex actis ſediſſe potius in medio navis diſcamus, ad vitandam fortaſſe cum Cardd. controverſiam, qui a dextris, & ſiniſtris Pontificis collocati, poſt ſe Primates, Archiepiſcopos, & Epiſcopos habebant. Vide acta apud Labb. vel Harduinum.

Ve-

fulgere coeperant; Sed de illorum ſupra Epiſcopos ſeſſione; quae res propoſita erat, ne verbum quidem, quod nondum adhuc eo pervenerant, ſicut eadem ex cauſſa poſtea pervenerunt.

VII. Scilicet, ſimile quidpiam evenit in S. R. E. Presbyteris Cardd. qui ob continuas in ſublevando Romano Pontifice a curis totius Eccleſiae ſollicitudines, eo pedentim evaſerunt, ut etiam ſupra Epiſcopos collocarentur; ac adeo illis praeeſſe coeperint, ut indecorum quoque Epiſcoporum miniſterium haberent in domibus. Opus ea de cauſſa fuit conſtitutione (61) in Conc. Lateranenſi V. ad abuſum refraenandum. Nec paucis inde querimoniis datus eſt locus, quae (62) apud Alvarum Pelagium, & Nicolaum de Clemangis Cantorem Bajocenſem, potius quam hôc locô legi poſſunt. Sed & Auguſtinus Patricius Epiſcopus Picentinus, Primus Romae ſub Innocentio VIII. Caeremoniarum Magiſter, nonnulla ea de re habet in S. R. E. Caeremoniali libro (63), cujus eſt auctor, quae ad Epiſcoporum vecordiam, atque adulationem potius, quam ad Cardinalium faſtum referri poſſunt. Illud certum, celebratiſſimum illum litteris, ac pietate Archiepiſcopum Bracarenſem Bartholomaeum de Martyribus, quum Romae eſſet, abnormem adeo putaſſe morem illum, ut coram Pontifice tectis capitibus Cardinales ſederent; Epiſcopi vero detectis capitibus erecti ſtarent, ut integra, vehementique (64) ora-

Verum quum etiam ante tempora Conc. Lugd. I. quando S. R. E. Cardinales legatione fungebantur, purpureis etiam veſtimentis, quae inſignia erant Romanorum Pontificum, quorum agebant vices, ornati praecedebant, inde Balſamon accepit, quae deſcripſit ornamenta. De Pelagio Epiſcopo Albanenſi ann. 1215. ab Innocent. III. Cpolim Legato, Georgius Logotheta in Chronico Cpolitano ſic ſcribit ex verſione Donzae: *Purpurea illi talaria, ejuſdem coloris veſtimenta, frenaque, & ſagum pariter purpurea erant.* De ejuſmodi veſtibus Legatorum vide Baluzium in ſupplement. lib. 5. Petri de Marca de concordia cap. 52.

(61) Conſtit. de reformat. Curiae, edita ſeſſ. 9. Conc. Lateran. 5.

(62) Vide Alvari Pelagii Epiſcopi Silvenſis in Algarbia libros de planctu Eccleſiae, praeſertim lib. 2. cap. 8., & Nicolai de Clemangis opuſcul. de corrupto Eccleſiae ſtatu cap. 13. Floruit primus ſub Johanne XXII. medio ſaecul. 14., alter paullo poſt, eodem ſaeculô ſpirante, uterque pietate, ac doctrinâ clariſſimi.

(63) Vide quae habet lib. 3. cap. 13. ſub tit. de reverentia erga Cardinales.

(64) Refertur in ejus vita gallice ſcripta lib. 2. cap. 22. & a Van-Eſpen p. p. jur. univ. tit. 22. cap. 1. n. 29.

oratione coram Pio IV. habitâ, Cardinales, aeque ac Epiſcopos coram illo tectis ſedere capitibus obtinuerit. At haec quidem admirationi non eſſent, penſatâ magnae illius ſollicitudinis parte, quam non in unum dumtaxat Patriarchatum, ſed in totam quâ late patet Eccleſiam a Summo Pontifice acceperunt Eminentiſſimi Cardinales; niſi ad hanc ſupra Epiſcopos praeeminentiam adſpiraſſent etiam Apoſtolici Protonotarii, quos loco cedere coëgit Pius II. ut ipſemet (65) narrat in Commentariis ſuis. Animô enim volvens Epiſcopalis eminentiae in Eccleſiaſtica Hierarchia altitudinem, editâ conſtitutione (66) novum hoc monſtri genus inde manaſſe oſtendit, quod Protonotarii in publicis Conſiſtoriis Papae propiores adſiderent, ut eorum, quae ſtatuenda erant, acta commodius exararent; adeoque in corruptelam potius, quam in legitimam conſuetudinem, morem eſſe rejiciendum.

VIII. Sed ad Chartophylacem redeo, unde invitus diſceſſi. Alter Graecorum Canoniſta Harmenopulus, qui paullo ante Balſamonem floruit, hanc illi praerogativam a Michaële Duca adſertam (67) ſcribit, qui paucis ante Alexium annis Graecorum imperium moderatus eſt. Sed fortaſſe in Synodis, quae extra Urbem fierent, adſeruit Ducas, ut alibi diſerte (68) innuit Harmenopulus; tametſi alteram illam, quâ etiam Cpoli, extra Synodum tamen, ac Sacrum Βῆμα,

L dein-

(65) Aeneas Sylvius in comment. lib. 3., ſive, ut aliis lubet, Gobelinus ſub cujus nomine editi ſunt, ſic habet. *At Pius altitudinem Epiſcopalis eminentiae animô volvens, quâ nihil eſt in Eccleſia ſublimius; & quod ipſe Romanus Praeſul J. C. Vicarius, Epiſcopi nomine contentatur, Notarios non conſuetudine, ſed corruptelâ praelatos Epiſcopis judicavit: idque deinceps prohibuit, editâ lege, quam totus ferme orbis collaudavit.*

(66) Proſtat inter conſtit. Pii 2. n. 4. tom. 1. Bullar., data Mantuae 12. Junii 1459. Vide etiam continuatorem Fleurii ad hunc ann.

(67) Vixit Conſtantinus Harmenopulus ipsô etiam ſaeculô 12., cujus tamen epitome ſacr. canon. ann. 1140. circiter compoſita videtur. Extat & in C. juris Oriental. Leunclav. ab eo verſa. Sic ibi in can. 7. Trull. *Soli majoris Eccleſiae Chartophylaci conceſſum eſt, tum ex longa conſuetudine, tum ex conſtitutione ſcripta Imperat. Domni Michaëlis, ut in conventibus extra altare, ante Epiſcopos ſedeat:* De Michaële Duca locutus creditur, qui ab anno 1071. ad 1078. rexit imperium.

(68) Refert ejus verba ex obſervantiuncula quadam in libris juris Orientalis Thomaſſ. laud. cap. 105. n. 7. *Soli Chartularis conceſſum eſt ex longa conſuetudine, & ex ſcriptis Michaëlis Imperatoris, ut in ceteris Synodis etiam ante Pontifices ſedeat.* Sed haec non vacat exquirere.

Digitized by Google

deinde obtinuit, longius etiam arceſſere maluerit. Prima enim colorem, ac ſpeciem ab Trullano Canone ſumebat, quod fere ordinariam, ut loqui amant, Patriarchae jurisdictionem exhiberet. Sed quid quod Matthaeus Blaſtares *(69)* Saeculi XIV. Graecus interpres canonum, tum ad longam conſuetudinem, quum vero ad Manuelis Imperatoris, ſuo paene aevô florentis, ſtatuta, hunc Chartophylacis ſupra Antiſtites extra Synodum conſeſſum refert. Putandum profecto quo magis ſtabilirentur, plura ab ſequioribus Auguſtis Chartophylaces extorſiſſe diplomata, quib. id fieret, ut ſicut ſemel lite non ceciderunt, ita conſtabilito centies jure numquam deinceps caderent. Verum quem ſibi honorem in Patriarchae Conſiſtorio, ob frequentes cum Epiſcopis ſeſſiones, vindicabat Chartophylax, eundem primarii illi primae Pentadis Miniſtri, qui etiam Diaconi erant, tacitâ quadam ratione, & per conſequentiam adſerebant. Qui enim inter illos quarto cedere coacti ſunt, ceſſere deinde & reliquis. Quamvis autem Harmenopuli, Balſamonis, immo & Blaſtaris aevô (70) ſupra Presbyteros dumtaxat ſederent: exin vero etiam ſupra Epiſcopos locari coeperunt, quod a Patriarchae latere non divellerentur, atque cum eo in conventibus ſederent, ut ſcribit (71) Codinus. Inde tamen aliquando irrepſit, ut in Synodis, & in Sa-

(69) Matth. Blaſtares Monachus interpres canon. ſaecul. XIV. floruit circ. ann. 1335. ut Beveregius demonſtrat in prolegomen. ad Pandectas canon. Apoſtolic. cap. 35. & ſeqq. Illius Syntagma juris Canonici ordine alphabetico digeſti edidit idem Beveregius ibid. tom. 2. p. 2. Sic autem habet lib. 4. cap. 4. *Soli Chartophylaci M. Eccleſiae datur ex longa conſuetudine, & ex ſcripta conſtitutione inclyti Imper. Manuelis, in Congregationibus, quae fiunt extra Synodum, etiam ante Antiſtites ſedere.* Sed revera an loquatur de Manuele Paleologo ſua aetate florente, an de Manuele Comneno Alexii nepote, obſcurum.

(70) Scilicet in locis mox relatis ſoli Chartophylaci ſedendi ſupra Epiſcopos eminentiam vindicant. Diſertius Balſamon in eund. can. Nicaen. 18. *Ut autem nonnulli ex Eccleſiaſticis Diaconis in* Congregationibus*, quae ſunt extra ſacrum Tribunal, ante Sacerdotes ſedeant, fieri videmus. Et exiſtimo hoc fieri, propter dignitates, & officia. Soli enim ii, qui a Patriarcha officiis Eccleſiaſticis digni ſunt habiti, ſedent ante Sacerdotes. Fit autem & hoc praeter rationem. At Chartophylax in Congregationibus, quae fiunt extra Synodum, ſedet non ſolum inter Sacerdotes, ſed etiam ante Pontificem ex Conſtitutione Alexii Comneni.*

(71) De primis hiſce Diaconis, Exocatocoelis nuncupatis, loquens Codin. cap. 1. *Hi*, ait, *in ſacris concionibus, ſeu conventibus cum Patriarcha ſedent.*

Sacro Chori conſeſſu, quo de agimus, contra omnem ipſarum utcumque latarum legum mentem, Epiſcopis etiam praeferrentur. Quamobrem, quum anno CIↃCCCCXXXVIII. ad Conc. Florentinum, una cum Patriarcha ſuo conveniſſent, Romani quoque Pontificis pedes oſculari dedignati ſunt: *Patriarcha* (72), *inquit Sguropolus*, *Papam ſtantem oſculatus eſt: nos vero cum Exocatacoelis ſedentis dexteram*, *atque genam oſculati ſumus*.

IX. Vocati nempe ſunt Crucigeri, & Exocatacoeli, ac quodammodo S. R. E. Cardinalibus in Eccleſia Cpolitana comparari poſſunt. Primi nominis, ut obvia ratio, ita & ſecundi, vel apud ipſos Graecos obſcuriſſima. Crucigeri in Florentina Synodo ſunt adpellati, quod purpuream geſtarent in (73) veſte crucem, & auream in capite tiaram, ante omnes ſuae gentis Epiſcopos, etiam Metropolitanos conſidentes. Verum eorum mitram deſcribens Codinus, ex albo linteo; & auro retextam ſcribit. Addit Macrius villoſam in pileo fuiſſe crucem, variis licet coloribus inſignem, quibus ſecundum gradum diſtinguebantur, cujus rei apud ipſum ſit fides. Ad alterum tamen Exocatacoelorum nomen, quod ſingulis quinarii primi, atque Protecdico eis poſtmodum adcenſito, Codinus adtribuit, nullo certô locô conſiſtunt interpretes, quorum heic verbis potius, quam meis loquar. Bulingerus (74): *Exocatacoeli*, inquit, *dicuntur ſecretorum Eccleſiaſticorum Praefecti*, *qui numero quinque*, *deinde ſex fuere Cpoli*, *additô a Georgio Patriarcha Protecdicô*. *Cur dicti Exocatacoeli obſcurum*. *Putarunt nonnulli catacoelos Cpoli dictos quicumque κατὰ τὰς κοιλάδας per convalles Paraeciis*, *ac dioeceſibus praeeſſent*. *Eccleſiae enim ut plurimum in editioribus locis erant*, *Paraeciae in loco inferiori*, *quaſi in convalli*, *quibus ſingulis ſinguli Pa-*

L 2 re-

(72) Sylveſter Sguropulus, aliis Syropulus in hiſt. Conc. Florent. lib. cap. 18. cui ipſe interfuit, ac ſubſcripſit, tanquam M. Eccleſiarcha, & Jurium denſenſor ex ordine Diaconorum, ut in ſubſcriptione ſe vocat. Edidit ſub nomine actorum Florentinae Synodi Robertus Creightonus Hagae Comitis 1660. Sed graecâ fide ſcripta eſt haec hiſtoria, & animô ſatis a latinis averſô.

(73) Vide Chriſtian. Lupum in diſſert. de Conc. Epheſin. cap. 2. tom. 2. opp. Vide etiam Macrios fratres in Hierolex. v. Crucigeri.

(74) Bulinger. in appendic. 2. ad libros de Imperat. & Roman. Imperio Lugduni 1618.

rochi, *ſeu Paſtores praeerant*. *Unde Catacoeli dicti*, *quaſi* κατὰ τὰς κοιλάδας. Derivationem hujuſmodi a Junio fortaſſe ſumtam, ſecutus inter alios videtur Chioccarellus (75), qui Auctorem adſerit adnotationum ad Curopalatem eos eſſe catacoelos docere, *qui Eccleſiis*, *quas vulgus Parochias vocat*, *Praefecti ſunt*, *& veluti Paſtores*, *& Epiſcopi in ſuis Eccleſiis instituti*. Et quidem altero fulciri argumento haec interpretatio poſſet, ſi vera nominis lectio non conjunctim, ſed diviſim ἐξ κατακοίλοι eſſet, hoc eſt *ſex catacoeli*, quemadmodum alicubi occurrit apud (76) Codinum. Profecto Presbyteros aliquando fuiſſe hujuſmodi Exocatocoelos propriis in Urbe Eccleſiis incardinatos ipſemet adſerit, quum feſti adorationis Crucis exponens ritus, de Archidiacono loquens Palatino, *cauſſa*, inquit (77) *cur Archidiaconus hôc feſtô ferat phelonem eſt iſta*: *quia ab initio Exocatacoeli Sacerdotes ſub ſe habebant proprias Eccleſias*, *& proprium Clerum*. *Quapropter quum magnis*, *& inluſtribus feſtis*, *quilibet in ſua Eccleſia occuparetur*, *Patriarcha miniſteriis honoratioribus carebat*. *Quidam igitur ex Patriarchis voluit illos hujuſmodi feſtis ſuos Diaconos eſſe*, *quod & re ipſa perfecit*. *Quando igitur Patriarcha tales Exocatacoelos ordinat*, *nempe vel M. Oeconomum*, *vel M. Sacellarium*, *vel alium ex eorum numero*, *dat ei poteſtatem ferendi* (78) *phelonem*, *quemadmodum antea ferebant*, *quum*

(75) Chioccarell. de Epiſc., & Archiep. Neapolit. fol. 32. edit. Neapol. 1643.

(76) Apud Codin. pag. 97. cit. edit.

(77) Idem cap. 9. n. 4. & 5.

(78) Phelon apud Graecos *caſula* Sacerdotalis eſt, quam etiam planetam dicimus. Vocis quoque productione *Phelonion*, & *Phenolion* dixere, ut obſervari poteſt in Liturgia S. Jacobo adtributa, in Euchologio, & apud Simeon. Theſſalonic. Verum tria *Phenoliorum* genera apud illos fuiſſe monendum. Unum Lectorum ex lino, quod parvum dicitur, & *camiſia* Hypodiaconorum. Alterum Presbyterorum, quod caſula eſt ex lana. Tertium eſt Phenolion Polyſtaurion, hoc eſt *multicrucium*, quod caſula eſſet undique crucibus adornata, aut graecis litteris Γ & Δ depicta, quam tametſi ſolis Patriarchis adtribuat Balſamon in meditat. de privilegiis Patriarchar., Simeon tamen Theſſalonic. in laudat. lib., & in reſponſ. ad Demetrium Chomatenum, communem Epiſcopis adſerit, niſi forte aetate Simeonis, qui ſaeculo XV. ineunte florebat, ut Caveus vult in appendic. hiſt. litter. pag. 76. edit. Coloniae 1720., uſurpari jam ab ceteris Epiſcopis coeperit. Humani aliquid paſſus eſt vir doctiſſimus Petrus de Marca, quum Phenolion cum pallio confundit lib. 6. concord. cap. 6. contra quem uberrime diſputat Lupus de African. Eccl. Rom. adpellat. cap. 7. & 8. tom. 8. opp.

Digitized by Google

quum Sacerdotes eſſent ; at non (79) *epitrachelium , ſed orarium*. Haec autem omnia Codino libenter dabo , dummodo mecum etiam Diaconos a prima ſui origine fuiſſe fateatur. Etenim benignus ille *Chartophylax Sanctiſſimi Patriarchae* , qui in ſextâ Synodo legitur, ut paullo ante (80) obſervavimus, Diaconus erat : tum vero quum Nicolaus I. Paullum ab Photio Archiepiſcopum conſecratum in eo gradu manere nollet ; ac propterea S. Ignatio juſſerit, ut (81) aliâ illum, exceptô Sacerdotiô , quantacumque vellet dignitate ditaret , eum Chartophylacem legimus factum , quod id officium Sacerdotiô inferius cenſeretur. Simile quidpiam in ejuſmodi Eccleſiae Cpolitanae Diaconis eveniſſe autumo , quod in Occidentalis Eccleſiae Archidiaconis; qui ut praeeminere Presbyteris coeperunt , poſtremo Presbyteratum etiam ſuſcipere coacti ſunt : contra ac in S. R. E. Cardinalibus, quos a primaeva origine , & titulos , & Diaconias habuiſſe conſtat : Nec aliâ ratione exponi , quae Codinus habet , poſſunt ; niſi quod Exocatacoeli ad Presbyteratum ab aliquo Patriarcha inducti , & nonnullis Eccleſiis aliquando incardinati , redierint iterum ad priſtinum ſtatum . Verum hinc nomen illud accepiſſe quod ſex fuerint , purus putuſque anachroniſmus eſt : quippe quod ſex non fuerint , niſi tandem adcenſitô Protecdicô . Hunc adnumeratum Exocatacoelis a Georgio Xiphilino fuiſſe, qui anno CIƆCXCIII. ad Patriarchatum evectus eſt, Johannes (82) Epi-

(79) In Occidentali Eccleſia latini veſtem illam ſacram, quam ſtolam dicimus, ſive ab Epiſcopo, ſive a Presbytero , ſive a Diacono ferretur, *orarium* dixere . Unde in can. 39. Tolet. 4. *Si duo oraria nec Epiſcopo induere quidem licet , nec Presbytero , utique multo minus Diacono , qui miniſter eorum eſt . Unum ergo orarium oportet Levitam geſtare in ſiniſtro humero &c.* Diſcrimen tamen in ferendi modo poſitum eſt ; quod Diaconi orarium ab humero ſiniſtro pendens , Presbyteri ab utroque humero in modum crucis ſupra pectus complicatum , Epiſcopi demum hinc inde ab humeris recta ſuper pectus labens , deferrent . Verum apud Graecos, *orarium* vulgo ſola Diaconorum ſtola poſtremis praeſertim temporibus vocabatur , Presbyteri vero , Epitrachelion , ut videri praeter alios apud Simeon. Theſſalonic. poteſt . Confer Canglum in Gloſſ. Graecit., & Macrios fratres in Hierolexic.

(80) Vide ſupra adnot. 48.

(81) Anaſt. Biblioth. in obſervat. ad act. 2. octavae Synodi Generalis . Ceterum , quamvis hôc locô Sacerdotii nomen Epiſcopatum quoque ſignificare poſſit , innumeris tamen aliis monumentis conſtat fuiſſe Diaconos . Vide ſupra n. 5. per tot. , & quae habet Balſamon relat. adnot. 70. Exocatacoelos omnes ab antiquo Diaconos extitiſſe , diſerte quoque ſcribit Simeon Theſſalonic. de ſac. ordin. cap. . . .

(82) Joh. Citrius in reſponſis ad Con-

piſcopus Citri diſerte teſtatur. Coaevus interim Xiphilino Balſamon (83), ſed ſuam ſcribens de officio Charthophylacis, & Protecdici *Meleten*, priuſquam ab illo Protecdicus in Exocatacoelorum cenſum referretur; immo fortaſſe antequam ad Patriarchatum Xiphilinus adſcenderet; quinque tantum in prima claſſe enumerat, *quaſi* (84) *quinque Patriarchae ſenſus, quibus tamquam inſtrumentis negotia exſequatur*. At non idcirco eos Exocatacoelos non vocat, tametſi quinque fuerint, quinimmo *Exocatacoelos Archontes*. Aliunde ergo id nominis derivatum eſt, nec ad Paraecias referendum, quod in vallibus eſſent; quarum ſatis obtorta ad Paraecias translatio eſt.

X. Aliam adfert interpretationem Gretzerus (85) qua Exocatacoelorum nomine eos indicari putat, qui foris dormiunt, cubantque, eo quod Diaconi iſti non in Patriarchio, ſed extra Magnae Eccleſiae limites domicilia haberent. Miſcet utramque Macrius (86), atque ideo extra Palatium cubaſſe tradit, quia Parochi propriis invigilare plebibus tenerentur. At ſi vera haec ſunt, non tam ἐξωκατακοιλοι quam ἐξωκατακοιτι *Exocatacoeti* tunc dicendi eſſent ab ἐξω, quod *extra*

eſt,

Conſtantinum Cabaſilam Dyrrhachii Archiepiſc. lib. 5. Jur. Graec-Rom. to. 1. fol. 327. *Officium Protecdici olim minoribus adnumerabatur. Poſtea majoribus adſcriptum eſt a beatae memoriae Georgio Xiphilino Patriarcha Cpolitano. Quod factum ſuffragiô ſuô adprobavit Euſtathius Metropolitanus Theſſalonicenſis, ſummis laudibus tamquam rectum, rectaeque rationi conſentaneum id evehens*. Haec, quae ex Citrio retulimus, admirationem nobis eximent, ut Gretzerus obſervat ad cap. 1. Codin. pag. 153. edit. Regiae, cur Codinus vocet Pentadem, quum ſex complectatur. Quum enim olim quinque hoc gradu haberentur, Codinus πεντάδα nominavit. Sic & Blaſtares ibidem laudat. p. *Quinarii primi*, inquit, *caput eſt Oeconomus, Magnus Sacellarius, Magnus Scevophylax: poſt eos Chartophylax, nec non a Sacello. Sed & Protecdicus his adnumeratur, ſingulisque Exocatacoelorum eſt cognomen*. Tribuit illis & hoc nomen Codinus, quum ad ſecundam Pentadem tranſiens, Protonotarium primô locô ponit, illumque ſcribit, *oſtium eſſe, & aditum ad Exocatacoelos*.

(83) Georgius Xiphilinus ex Scevophylace M.E. Patriarcha factus eſt, expulsô Cleri tumultu Dositheô ann. 1193., quô adhuc vivebat Balſamon. Vide Nicetam Choniat. lib. 2. cap. 4. & Baron. ex eo ad an. cit. n. 26. Vocantur autem a Balſamone Ἐξωκατακοίλους ἄρχοντας. Sextum deinde Xiphilinus addidit. Nec verum umquam fuiſſe ſeptem, quod ex relato ſupra adnot. 77. Codini loco adſtruere videtur Macrius, adjectô Archidiaconô, quum ibi ſermo ſit de Archidiacono Palatino, quem ex numero Exocatacoelorum adſumere Imperatores ſolebant, ut infra dicam.

(84) Proſtat tom. 1. juris Graec-Roman. fol. 456.

(85) Gretzer. in Codin. edit. citat. fol. 154.

(86) Macr. v. *exocatacoeli*.

eſt, & κατάκοιμα, vel κατακοιμάω *cubo*, *dormio* (87), ut illud a Syncellis in Palatio cubantibus diſcrimen innuerent. Ad haec vero, vagum ſatis eſſet cognomen illud, quod praeter Syncellos, ceteri fere omnes ex Patriarchae miniſtris Patriarchium non incolerent. *Facilius*, *me judice*, *ſubdit Goarius* (88), *diceres* ἐξωκατακοίλους, *quaſi* ἐξωκατακέλλους *exocatacellos*, *quaſi* Συγκέλλους *concellanei Patriarchae privilegio*, *ut ad ejus cellam habitarent*, *nuſquam gauderent*. In ſimili quadam opinione verſatus eſt Robertus Creyghtonus (89) qui primitivum nomen ab initio ἐξωκατακέλλιοι fuiſſe putavit, cujus exitus corruptus deinde fuerit in κοίλους, vel κήλους a barbaris, & vulgo Graecorum ἔξω quidem, quod extra Patriarchae thronum ſederent, ſed omnino primi, & proximi: κατακέλλιοι vero dicti, quod *reſidentiarii* eſſent. Ut autem feliciores ex analogia, ita porro non ſine violentia quadam, quae voci fiat, iſtae conjectationes videntur. Etenim per οι ſemper in exactis CC. ſcribitur hoc nomen, tametſi apud Johannem Citrium (90), & in Regiis MSS. Galliarum per η aliquando ſcribatur, cujus adhuc verus ſonus latet, nec per illud umquam κέλλια *cellas* Graeci ſcripſere. Quod vero primitivum ἐξωκατακέλλιοι fuerit, quî oſtendet Creyghtonus, niſi eâ confidentiâ, quâ vocum omnium etyma invenire quis facile hôc pactô poſſet, quemadmodum in derivandis Italicarum vocum veriloquiis feciſſe Menagium vidimus. Inter haec nihilominus, nomen aequiori interpretatione exponendum cenſet idem (91) Goarius, quam ejus felicius verbis, quam meis expromam. *Placet*, inquit, *idcirco magis reliquos omnes his inferiores Clericos ceu* κατακοίλους *catacoelos locô depreſſiori*, *& humiliori conſidentes ſpectare: hos vero ſive in Eccleſiae conſeſſu*, *ſive in procedendi ordine*, *ſive ad Patriarcham viciniâ ſublimiores multo*, *ac eminentiores*, *& (qui ſunt modo ſpe-*

(87) Sic κατάκοιτος eſt qui in cubilo jacet, aut dormit. Ex κατὰ, & κοίτω.

(88) Goar. ad cap. 9. Codin. pag. 154. edit. cit.

(89) Creyghton ad hiſtor. Sguropuli ſecutus a Maurinis PP. addentibus ad Cangium in Gloſſar. mediae lat. hoc v., & ab Interprete Italo Chardonii hiſtor. ſacrament. tom. 3. lib. 2. cap. 13. adnot. 33.

(90) Laudantur ab Aſſemano de reb. Neapol., & Sicul. tom. 4. fol. 117.

(91) Goar ibid.

ſpectatiſſimi Cardinales) exocatacoelos perfecte eminentiſſimos decernere vocandos (92) . Et rem quidem acu ſaltem tetigiſſe videtur . Itaque, ne in veriloquio ſatis tenebris obſito temporis teramus amplius, non aliâ illos ratione hôc nuncupatos nomine credas , niſi quia loco ſublimiori , & extra eos qui humiliores in Clero eſſent *ἀμέσως* poſt Patriarcham poſiti , ceteris eſſent eminentiores .

XI. Habes hinc cauſſam , quam exponere longâ oratione oportuit, cur inclinantibus jam Graecorum rebus , in ſecundum chorum Protopapas Cpolitanus rejectus fuerit . Non eô certe locô conſidebat , priuſquam Diaconi illi ad ſummum ex jurisdictione faſtigium elevarentur . Etenim , etſi demus , neque Protopresbyteros primum , neque quos deinde vocarunt Protopapas Cathedralium Graecarum , cum Archipresbyteris Occidentalis Eccleſiae examuſſim comparari poſſe : quod hi ſive Urbani fuerint , ſive Vicani , pluribus aliis Clericis vigiles imminerent , eorumque mores , cauſſaſque ad Epiſcopum , antequam tota fere ejus jurisdictio ad Archidiaconos volveretur , paſſim referrent ; quod equidem numquam de Graecorum Protopresbyteris legimus : non inde tamen humili locô ſtetiſſe concludi poterit . Non charactere modo , ſed officiô etiam aliis praeeminebant, nullamque eis ſacrorum prae-

(92) Addit eôdem locô Goar Georgii Careſii verba , hominis Chii , qui floruit inter Graecos Schiſmaticos ſaeculo XVII. ineunte , in latinis licet ſcholis eruditus . Sic autem hic habet . *Totus Cpolitani Patriarchii ſitus concavum locum occupavit quondam , ejuſque aedes cum reliquis ſpectatae κοιλανθεσιν cavitatem , & veluti voraginem exhibebant oculis . Et in ea tum Syncelli , tum alii Monachi Patriarchae obſequio mancipati , vel etiam Domeſtici , ſedem obtinebant unde & κατακοίλοι . Primates vero Clerici , ἔξω κοιλότητι commorantes , domoſque amplas , & excelſas adepti ; ceu qui ex praecipuis familiis , & proceribus ſeligerentur , ἐξωκατάκοιλοι nominati , qui non modo Clericos alios , ſed & Pontifices ipſos honore praecederent* . At pergraecari mihi Careſius videtur, quum non tam ex amplis, excelſiſque aedificiis, quas Primates iſti Clerici prae Patriarcha , ceteriſque Syncellis , aut Domeſticis habitabant , ſed ex loco potius eminentiori , quô in Eccleſia erant , aequius repetendum nomen videatur ; quod extra Catacoelos eſſent, hoc eſt humiliori gradu in Eccleſia conſiſtentes , ut jure eminentiſſimos dixeris , quemadmodum , hodieque S. R. E. Cardinales jure vocamus . De *Exocatacoelis* hujuſmodi , quum non ſit heic dicendi locus, vide ſi lubet Thomaſſin. p. p. lib. 2. cap. 114. num. 16. & ſeqq. Chardonium in hiſt. ſacrament. tom. 3. lib. 2. cap. 13. & Morinum de ſacr. ordinat. in exercit. de antiquis , & primigeniis ſub Epiſcopo dignitatib. &c. , & Graecorum Chartophylace , quae quum haec ſcriberem mihi defuit .

praefecturam non delegabant Epiſcopi. Ad eos praeſertim admiſſio ad ſacra, vel ad publicam poenitentiam praeſentatio pertinebat. Sic apud Socratem legimus (93) Petrum Alexandrinae Eccleſiae Protobresbyterum a Theophilo Patriarcha Eccleſiâ expulſum, objecto crimine, quod Manichaeae ſectae mulierem ante ad ſacra myſteria admiſiſſet, quam avertiſſet ab errore Manichaeorum. Quô gradu fuerint, vel ex eis conſtat, quae eiſdem remanſerunt, poſtquam locum illis praeripuere Diaconi novâ dignitate aucti, quum pauca de eorum muneribus in vetuſtioribus Graecorum monumentis occurrant. Scilicet quemadmodum in Occidentali Eccleſia adſurgentibus Archidiaconis, illa dumtaxat munera Archipresbyteris Cathedralium remanſerunt, quae, demtis characteris Epiſcopalis propriis, ad Epiſcopum in Eccleſia pertinerent, ut novo Decretalium jure (94) ſancitum: non aliter ſane in Cpolitana, ceteriſque Graecorum Eccleſiis accidit, quas ad illius exemplum rectas fuiſſe nullus dubito. Potiora ergo Cpolitani Protopapae munera proſequar, ceterarum vero Eccleſiarum coniiciam.

CAPUT VI.

Cpolitani Protopapae Patriarchalis Eccleſiae S. Sophiae praerogativae potiores ſacrificante Patriarcha relucebant. Quo ſenſu primus in Sanctuario dictus, & cur Ecdicus etiam nuncupatus? Ejus in ſacri unguenti officio munus. De ceteris Graecarum Cathedralium Protopapis nonnulla, etiam ex ſpuriis monumentis.

I. AC primum illud eſſet heic ſcitu dignum, quinam in Eccleſia Cpolitana eligendi Protopapae, mediâ, ac poſtremâ aetate modus adhiberetur: an ab antiquitate ordinationis, an ab nutu Patriarchae dignitatis hujuſce culmen

M pen-

(93) Socrates lib. 6. cap. 9.
(94) Cap. 1. & 2. tit. 23. lib. 1. qui eſt de off. Archipresbyt.

Digitized by Google

penderet. At vero nullum mihi hactenus in ſequiori aevo ſuppetere monumentum fateor, unde rem vel acu tangam. Obſervatum jam ſupra (1) eam frequentem in Eccleſia fuiſſe diſciplinam, ut ex conſecrationis aetate Archipresbyteri, ex induſtriis inter Diaconos Archidiaconi ſeligerentur. Sed quum Graeci ne primis quidem temporibus, ut oſtendi, in ea conſtantes fuerint, in animum inducere vix poſſum, ut inclinantibus jam eorum rebus, atque eô tempore, in quo omnia Patriarcharum impotentiâ ſusque deque agebantur, fuiſſe conſtantiores putem. Ut voluntate Patriarchae Exocatacoelos, ita & Protopapam electum fuiſſe vehementiſſime ſuſpicor. Hoc tamen confidentius dicam, in Eccleſia Cpolitana, numquam illi Archidiaconum, ut in Eccleſia latina evenit, fuiſſe praelatum, donec ſaltem Archidiaconatus abſortus a Chartophylace non fuerit, aut ex Exocatacoelis Palatini Archidiaconi non adſumerentur. Etenim neque Byzantinae Eccleſiae Archidiaconatus inter *archonticia* umquam fuit, ut ſuô locô (2) demonſtravi; neque Archidiaconus aliam habuit Sedem, niſi in ſecundi chori ordine poſtremo (3) a Deutereo Diaconorum pone ſecutus, donec officium iſtud languore ſuo deſierit, in Chartophylacem prorſus translatum. Atque ea cauſſa fuit, cur in Conc. Florentino ante Protopapam ſubſcriberet, quoniam idem M. Chartophylax & Archidiaconus erat Michaël Balſamon, uti ex ejus ſubſcriptione (4) perſpicue palam eſt.

II. Hujus Protopapae munera ita deſcribit (5) Anonymus. Ὁ Πρωτοπαπᾶς ὅταν λειτουργεῖ ὁ Ἀρχιερεὺς εἰστίκει ἐπάνω ὅλων τῶν Ἀρχόντων τῆς Ἐκκλησίας; καὶ ἐν θεία λειτουργία μεταδίδει τῷ Ἀρχιέρει τὴν αγίαν μετάληψιν; ομοιώς καὶ ὁ Επίσκοπος τῷ Πρωτοϊέρει. Ἄρχει δὲ καὶ εἰς τα πρωτεῖα τῆς Εκκλεσίας, κρατῶν σὺν ἐν τῇ Εκκλεσία, καὶ τόπον τοῦ Ἀρχιερέως. Quae verba preſſius illis inhaerens ita vertenda cenſeor. *Protopapas quum ſacrificat Pontifex, locum habet ſupra univerſos Archontes Eccleſiae; & in divina liturgia impertit Pontifici ſanctam com-*

(1) Vide ſup. cap. 2. n.
(2) Eodem cap. 2. n.
(3) Vide ſup. cap. praeced. n.
(4) Confer ſup. cap. 3. n.
(5) Anonym. laud. initio ordinis chori ſiniſtri.

communionem ; ſimul & Epiſcopus Primo Sacerdoti . Sed & principatum obtinet in primatus Eccleſiae , dominium pariter in Eccleſia , & locum Pontificis . Hinc jam omnia Protopapae munera , ac praerogativas ad ſacrificii actionem coarctari vides . Quum enim Patriarcha Miſſas ſollemnes in Eccleſia celebrabat , is Exocatacoelis omnibus , qui Archontes Eccleſiae erant , praeferebatur , quod iſti tamquam Diaconi miniſtrarent , ille vero cum Patriarcha concelebraret , mutuoque ſibi invicem communionem impartirent . Conſtantiſſimum fuiſſe ritum in utraque Eccleſia , ut unum ſacrificium ab Epiſcopis & Presbyteris ſimul concelebrantibus , ad eum prope morem , qui hodie in latina Eccleſia in ſacris Miniſtrorum ordinationibus obtinet , offerretur , notum eſt omnibus , qui quorumdam e Schola Theologorum tricis non oblectantur . Legi hac de re poſſunt Card. Bona (6) , Mabillonius , Martenius , Morinus , Berlendius , Catalanus , ac ſexcenti , qui hoc de more pleniſſime egerunt . Sive autem , quod Scholaſticorum fatigata querelis Eccleſia fuerit , ut Morinus putat , ſive quod aeterni ritus non ſint , ut aequius arbitratur Card. Bona , ab ſaeculo XIV. apud Latinos intermiſſus ille ritus eſt , ſolumque in conſecrationibus Epiſcoporum , Presbyterorumque ſervatur . Verum diſcrimina duo in utraque Eccleſia ad hunc ritum quod adtinet interceſſiſſe animadverto , quae ad inluſtrandum hunc , quo de agimus , locum , mirifice conducunt . Primum quidem morem fuiſſe Eccleſiae Ramanae tradit Amalarius (7) , *ut in confectione immolationis Chriſti , adſint Presbyteri , & ſimul cum Pontifice verbis , & manu conficiant* . Eadem ferme Innocentius III. (8) & Cardinalis de Vi-

(6) Laudati ſunt ſuperiori capite adnot. 24. Sed prae ceteris legendus Morinus de ſacris ordinat. p. 3. exercit. 8. , quae eſt de Epiſcopis , & Presbyteris multis ſimul ſacrificantibus . Proſtat ibi cap. 1. nu. 4. antiquus Ritualis cujus hic eſt tit. *De diverſis Sacerdotibus ſuper unam oblatam celebrantibus* . Hodie ſervatur paſſim hic ritus ab Orientalibus & Graecis . Sed in omnibus ſub Coelo Eccleſiis eſſe , & vetuſtiſſimum , & olim fuiſſe univerſalem , monet Lupus diſſ. de actis S. Leonis Noni cap. 14. tom. 4. opp.

(7) Amalarius lib. 1. de offic. cap. 12.

(8) Innocent. 3. lib. 4. de myſteriis Miſſae cap. 25. *Conſueverunt Presbyteri Cardd. Romanum circumſtare Pontificem, & cum eo pariter celebrare ; quumque conſummatum eſt ſacrificium , de manu ejus communionem recipere , ſignificantes Apoſtolos &c.* Scripſit haec Innocent. ſaecul. XII. ſpirante , priuſquam Pontifex fieret anno 1198.

Vitriaco (9) ultimorum temporum apud noſtros ritus hujuſce deſcriptores, ſcriptô conſignarunt. Nec alia de cauſſa Epiſcoporum cum Pontifice celebrantium aetate ſuâ non meminerunt, quod in Eccleſia Romana jam tunc Cardinales partes haberent potiores. Ceterum Epiſcopos ab antiquo cum Romano Pontifice concelebraſſe ex ordinibus Romanis, quorum verba orae adlino (10), res obvia eſt. At in Eccleſia Graeca licet Epiſcopi ſimul, & Presbyteri ad concelebrandum admitterentur, quod ab Conſtitutionibus Apoſtolicis ultimô initiô ductô (11) innumeris demonſtratur exemplis; in Eccleſia nihi-

lo-

(9) Vixit Jacobus de Vitriaco ſub Pontificatu Innocent. III. ac deinde Card. & Epiſcopus Tuſculanus creatus a Gregor. IX. anno 1228. obiit anno 1244. Vide Voſſ. 2. de hiſt. lat. cap. 57. Oudin. tom. 3. fol. 46. Ciaccon. in Cardd. Gregor. IX. ipſiſſima ſcribit in hiſt. Occidentali, ſeu lib. 2. ſuae hiſt. cap. 38. *Conſueverunt Presbyteri Cardinales Summo Pontifici in Sacramento Altaris aſſiſtere, & cum eo pariter celebrare*. Poſt haec tempora Guillielmus Durandus, ſeu Duranti ſenior Epiſcopus Mimatenſis Speculator dictus ex celebri illo ſpeculo juris; quod non minus 21. annorum ſpatiô compoſuit, diverſus ab nepote, & ipſo Epiſcopo Mimatenſi ejuſdem nominis, cognominiſque, qui librum de ordine celebrandi Conc. Generalis, occaſione Conc. Viennenſis poſt prioris Durandi tempora celebrati, ſcripſit, quique propterea floruit ſaeculô XIV. ineunte, ut Doujat in praenot. Canonicis lib. 5. cap. 5. & Oudin. tom. 3. fol. 727. demonſtrant: ille inquam ſenior Durandus in Rationali divinor. officior. cap. 41. hujus ritus poſtremus meminit; eôque pactô, ut non amplius univerſalem fuiſſe demonſtretur. *Verum*, inquit, *quum interdum uni Pontifici multi Sacerdotes celebrant &c.* Alter Durandus a S. Porciano Meldenſis Epiſcopus Ord. Praedicat., qui eôdem ferme tempore vixit, ac pro modo Theologorum illius aevi doctor *Reſolutiſſimus* vocatus eſt, primus eſſe videtur, qui ſcholaſticâ ductus audaciâ in 4. diſt. 13. hunc ritum impugnavit ex propoſito; adeont ipſum etiam Innocentium, ex antiquorum rituum ignorantiâ eô ſaeculo frequenti (ſit verbô venia), una & morem antiquum Eccleſiae Romanae, audacter vellicet. Teſtatur autem conſuetudinem illam, de qua Innocent. loquitur: *Abolitam eſſe, ſicut nobis conſtat, qui in Curia Romana longô tempore ſtetimus, & adhuc ibidem ſumus, & Miſſis Summorum Pontificum interfuimus*. Erat nimirum, quum illos commentarios ſcribebat, S. Palatii Apoſt. Magiſter.

(10) Ordines Romani 1. & 3. apud Mabillon. Muſ. tom. 2. fol. 12.; & 58. *Finitô offertoriô Epiſcopi ſtant poſt Pontificem (ad Altare), primus in medio, deinde per ordinem &c.* Et ordine 5. fol. 67. *Ducant Epiſcopum ad Altare, accedantque Presbyteri offerentes &c.* Vide etiam infra adnot. 13. Et Georgium to. 1. & 2. Liturgiae Rom. Pontific. utrobique ſub initium.

(11) Conſt. vulgo Apoſtolicae nuncupatae lib. 8. per tot., & praeſertim cap. 16. ritum Epiſcopi cum Presbyteris celebrantis diſtincte praeſcribunt. Ad eum ritum adluſit Baſſianus Epiſcopus Epheſinus in Conc. Chalcedonenſ. act. undecimo, quum adverſus Stephanum in ejus Sedem intruſum dixit. *Stephanus Presbyter meus fuit quatuor annis mecum Miſſas celebrabat, mecum communicabat &c.* In quae verba legendus Lupus in appendice ad Synod. Chalcedonenſem act. 11. tom.

2, opp.

lominus Cpolitana, illud poſtremis temporibus inductum, ut cum Patriarcha Epiſcopi qui aderant, atque ex Presbyteris Eccleſiae ſuae, Protopapas, ac (12) Deutereus dumtaxat concelebrarent, ut doctiſſimus Goar obſervat. Et haec quidem una ex praerogativis Protopapae erat, cujus quoque Vicarium ejus Deutereum, ipsô praeſente, participem fuiſſe conſtat.

III. Alterum notatu dignum diſcrimen, illud eſt, quod in Romana Eccleſia, quicumque Pontifici concelebrarent, ſive Epiſcopi fuerint, ſive Presbyteri, Euchariſtiam ſub panis ſpecie ab eo reciperent (13), utrique porro in manibus, ſed Epiſcopi ſtantes, Presbyteri vero genibus flexis: ſanguine vero mutuo porrectô calice potarentur: At in Eccleſia Graeca, ſive

2. opp. ſol. 289. edit. Venet. Vide locum Simeon. Theſſalanic. adnot. ſeq. Hunc ritum & in Graecis Melchiſis adprobat, hodieque Benedict. XIV. Conſt. 87. tom. 1. Bullarii ſui §. 9. In ceteris autem Orientalibus Eccleſiis, ubi adhuc viget, non modo adprobat, ſed cuſtodire praecipit conſt. 47. to. 4. §. 38.

(12) Allatiana apud Goar in Codin. cap. 1. n. 43. ὁ Δευτερεύων λειτουργεῖ καὶ αὐτὸς μετὰ τοῦ Ἀρχιερέως. *Deutereus celebrat & ipſe cum Pontifice*. In quae verba Goar: *hoc eſt cum Patriarcha, cum quo alias ſoli Epiſcopi celebrant, & cum Epiſcopis Sacerdotes*. Et ſane niſi hoc ſpeciale eſſet veluti utriuſque privilegium, novi nihil moneret Allatiani Catalogi Auctor. Non meminit equidem hujus ab Graecis inducti diſcriminis Simeon Theſſalon. ſed innuere quodammodo videtur in lib. de Miſſa, & Templo, ubi ſic ait. *Sicut ab ipſo Servatore inſtituta eſt, & ab Apoſtolis ac Patribus tradita; ita & Miſſam celebramus. Et ſicut quidem Dominus cum Diſcipulis adhuc commorans conſecravit, & panem fregit, & calicem ſimiliter; ita & nunc Eccleſia exequitur, Pontifice cum Sacerdotibus conſecrante, vel certe Sacerdote cum collegis celebrante*. Haec fortaſſe dicta, quod non ſemper Pontifex cum Sacerdotibus celebraret, praeſertim Patriarcha.

(13) Hunc ritum breviter exponit Mabill. in comm. praev. ad Ordd. Rom. fol. 58. Eruitur autem ex ordinibus ord. 1. fol. 13. *Accedunt primo Epiſcopi ad Sedem, ut communicent de manu Pontificis. Similiter Presbyteri ut communicent poſt eos*. Vide etiam ord. 3. fol. 60. & ord. 5. fol. 68. *Accedentes quoque Presbyteri communicent, quibus Epiſcopus dat ſacroſanctam hoſtiam in manus, eamque ad ſiniſtrum cornu Altaris, oſculenturque illud, & communicent. Subſequatur etiam eos Subdiaconus cum Calice, donecque illud primo communicanti, qui & tribuat ſubſequenti, & ſic per ordinem unus alteri tribuat, donec omnes confirmet*. Vide etiam ord. 6. fol. 75. ubi & Diaconi manibus accipiunt, Subdiaconi vero ore. Sed quo ad ritum genua flectendi, quum Presbyteri communicant, is recentior eſſe videtur. Innuitur dumtaxat primum in ordine 14. Card. Jacobi Cajetani, qui pertinet ad ſaecul. 14. Ibi enim fol. 312., & 313., quum agitur de communione Presbyterorum, vel Epiſcoporum, qui ordinati concelebrant, ponitur hoc diſcrimen. Et quidem dubitat Card. Bona 2. liturgic. 17. nu. 8., an ſtantes fideles omnes olim Euchariſtiam reciperent in Eccleſia Occidentali. Id certum a Monachis Occidentalibus ita fuiſſe receptam, ut Martenius obſervat ad regulam S. Benedicti cap. 35., qui tamen 1. de ritib. cap. 4. art. 10. nu. 4. generatim docet flexis genibus communicaſſe Presbyteros.

ſive laici, ſive Clerici, ſive concelebrantes, ſive non, omnes quidem ſtantes, ſed proni, curvique, atque in manibus corpus acciperent, concelebrantes vero ſub utraque ſpecie ſibi viciſſim porrigerent. Profecto ritus ejuſmodi Euchariſtiam ſtando (14), ac in manibus (15) recipiendi, Patres Graeci, ac Rituales eorum libri paſſim meminerunt. Alterius vero, quô concelebrantes mutuam ſibi communionem ad reciprocum charitatis foedus indicandum impertiebant, hiſtoria aliquando ingerit (16) mentionem. Quod enim communionis vinculum, mu-

(14) A fidelibus ſtantibus acceptam fuiſſe Euchariſtiam in Eccleſia Orientali conſtat ex S. Cyrillo Hieroſol. catacheſ. S. Chryſoſt. homil. in Encaenia, aliiſque veterrimis monumentis, ut abunde demonſtrant Habert. ad Pontif. Graecor. pag. 27. Valeſius ad Euſeb. lib. 7. cap. 9., & noviſſime Thierſ. in diſſertat. de altarib. Vide etiam Chardonium tom. 1. hiſt. ſacrament. lib. 3. cap. 6.

(15) Alter ritus recipiendi In manibus Euchariſtiam in utraque Eccleſia olim vulgatiſſimus erat. Vide Cardin. Bona loc. laud. adnot. 13. num. 3. Martenium ibid. cit. n. 8. & Chardonium eod. loc. cap. 7. Diſerte de hac diſciplina in Eccleſia Graeca canon. 101. Trullan., in quem vide Lupum tom. 3. opp. & Simeon. Theſſalonic. in lib. de Templ. & Myſtagog. prope finem. De hujus ritus mutatione in Eccleſia Occidentali conſule Morin. de ſac. ordinat. p. 3. exercit. 12. cap. 3., & Martenium loc. cit. Huc fortaſſe ſpectabant Dominicalia, ſeu linteamina mulierum, ſine quibus non licere illi communionem recipere juſſit Conc. Antiſſiodorenſe can. 42., quod illis can. 36. nudâ manu accipere Euchariſtiam prohibuerat. Putantur enim linteamina fuiſſe, in quibus illae corpus Dominicum inter ulnas accipiebant, qui tamen mos can. Trullanô non videtur probatus. At Baluzius vela potius capiti obvoluta fuiſſe arbitratur in notis ad can. 19. 33. q. 5. Gratiani fol. 552. edit. Neapolit. 1760. ex varia illius canon. lectione ex alio C. tamquam ex Conc. Matiſconenſi, quae habet: *Dominicale ſupra caput*; & ita legit etiam in veteri Poenitentiali Cangius v. *Dominicalis*. Conciliari tamen utraque ſententia poterit, ubi capitalis veli parte aliquâ mulieris palma tegeretur in Eccleſia Gallicana. Nam in ſermone S. Caeſario tributo, qui eſt 229. in append. Maurina opp. S. Auguſtini ſic legitur. *Omnes viri, quando ad altare acceſſuri ſunt, lavant manus ſuas, & omnes mulieres nitida exhibent linteamina, ubi Corpus Chriſti accipiunt*; & in ſerm. 252. de temp. inter opp. ejuſd. S. Auguſtin. *Mulieres quomodo nitidum exhibent linteolum, ubi Corpus Chriſti accipiunt, ſic Corpus caſtum, & cor mundum exhibeant*. Nihil horum apud Graecos ex can. Trullano, qui nudam manum cuivis materiae, etiam auro praefert. Quamobrem hunc ritum ab Orientalibus hodieque ſervari teſtatur Thevenotius in itiner. Orient. cap. 77. apud Lebrun tom. 2. liturg. diſſ. 6. art. 6., illumque haud recte inter errores Georgianorum numeravit Petrus Avitabilis Theatinus in litteris ad Urban. VIII., quas refert Petrus Galanus in reconciliat. Eccl. Armenae cum Romana apud Bona, & Lupum cit.

(16) Evagrius lib. 1. hiſtor. cap. 13. Domni Patriarchae Antiocheni ad Simeonem Stylitem acceſſum narrans: *Ambo*, inquit, *ſimul convenerunt, & quum immaculatum Corpus ſacrificaſſent, vivificam communionem ſibi mutuo impertierunt*. Servari & ipſiſſimum ritum in conſecratione Epiſcopi apud Graecos ſcribit Simeon Theſſalonic. de

mutuâ inter Eccleſias Euchariſtiae miſſitatione olim Eccleſia Latina (17) innuebat, id ipſum alternâ inter concelebrantes participatione, Graeca teſtabatur. Quo illa pertinent, quae heic de Protopapa etiam Patriarchae quo cum celebrabat Euchariſtiam impertiente tradit Anonymus, ubi nimirum nullus alius Epiſcopus cum (18) eo concelebraſſet.

IV. Iis quae ab Anonymo traduntur mirifice conſentit Allatianus Catalogus (19). Sic porro habet. ὁ Πρωτοπαπᾶς ἵςάται επάνω τ̃ ὀφφίκιων του εὐωνύμυ Χορῦ. Ο῎ταν λειτεργεῖ ὁ Α᾽ρχιερεὺς, μεταδίδει αὐτος τὴν ἅγιαν μετάληψιν τῶ Αρχιερεῖ ὁμοίως ϗ ὁ Α᾽ρχιερεὺς τῶ Προτοπάπα, εχών δὲ ἐν τῆ Εκκλησία τὰ πρωτεῖα πάντα. Quae ad verbum ſic vertes: *Protopapas ſtat ſuper officia, ſeu praeeſt officiis ſiniſtri chori. Quum ſacrificat Pontifex, impertit ipſe ſanctam communionem Pontifici, ſimul & Pontifex Protopapae, habens ſane in Eccleſia primatus omnes.* Etenim haud recte in textu graeco tam apud Goarium, quam apud Cangium ante μεταδίδει interpunctio ponitur, quum ante ὅταν omnino locanda ſit; quia non modo Pontifice celebrante, ſed ſemper ſiniſtri Chori officiis Protopapas praelatus (20) fuerit. E converſo autem adpoſite dixit Anonymus, ſacrificante Pontifice, ſuper univerſos Eccle-
ſiae

de ſacr. ordinationib. cap. 7. *In divina communione Epiſcopus primus divinum panem ab Archiepiſcopo accipit, & cum eo communicat: poſtea tradit Archiepiſcopo divinum Sanguinem per ſacrum Calicem, & illi iterum Archiepiſcopus.* Hôc etiam ordine Patriarcham inter & Protopapam mutuam communionem factam putaverim.

(17) De hoc more Euchariſtiam in communionis teſſeram miſſitandi vide Card. Bona 1: liturg. cap. 23. nn. 16. Mabillon. in comm. praev. ad Ordd. RR. fol. 40. Chardon. tom. 3. hiſt. ſacram. lib. 3. cap. 11. Huc pertinet fermentum quod die Dominicâ per titulos mitti ſcribit S. Innocent. I. in epiſt. ad Decentium. Vide Couſtant fol. 859. in epiſtol. RR. PP. & Lupum in diſſert. de actis S. Leonis IX. cap. 9. tom. 4. opp.

(18) Nam Simeon Theſſalonic. lib. de Templo, & Myſtagogia prope finem haec habet. *Primus (Epiſcopus) panem ac tremendum Calicem participat: neque enim alius illi porrigit, niſi forte quiſpiam ejuſdem ordinis adſit, Epiſcopus videlicet.* Huic igitur praerogativae, abſente quôvis aliô Epiſcopô, ſucceſſit Protopapas.

(19) Apud Cangium in Gloſſ. med. Graec. v. Πρωτοπαπᾶς *Archipresbyter M. E.*, & apud Goar. in adnotat. ad cap. 1. Codini n. 10.

(20) Non adprobanda igitur verſio, quae apud Goarium eſt: *Protopapas in ſiniſtri chori officia, Pontifice celebrante, jus obtinet. Diſtribuit ipſe Patriarchae ſanctam communionem, & Patriarcha pariter Protopapae, & partes primas in Eccleſia aſſequitur.* Etenim vertendum potius. *Protopapas in ſiniſtri chori officia jus obtinet. Pontifice celebrante diſtribuit ipſe Pontifici ſanctam communionem &c.*

ſiae Archontes locum tunc habere Protopapam; quoniam in altari cum Patriarcha concelebrabat, quum dexteri Chori dignitates, tot licet juriſdictionibus auctae, utpote Diaconi, miniſtrarent. Dies ſcilicet Exocatacoelis Archontibus, ac nonnullis aliis primi chori Diaconis adſignatos deſcribit, in quibus, Miſſas agente Patriarchâ, illi evangelium canere tenebantur. Sic porro poſt deſcriptas illas tres dexteri Chori pentades noſter proſequitur (21): *Evangelium Dominicae Palmarum recitat Protonotarius. Evangelium Feriae ſecundae Majoris recitat Hieromnemon. Evangelium Feriae tertiae Majoris recitat Sacellarius. Evangelium Feriae quintae Majoris recitat Chartophylax. In ſancta ac magna Dominica Paſchae Evangelium recitat Magnus Oeconomus.* Eôdem pactô flabella ad muſcas arcendas (22), Patriarchâ ad altare offerente, tunicis ſuis, ac Orariis induti tenebant, a dextero menſae latere M. Oeconomus, a ſiniſtro M. Sacellarius, quum Scevophylax ad Diaconicum ſupellectilis, Chartophylax ad ſacras Bematis januas ſimiliter induti ſtarent, ut idem (23) proſequitur. Habes hinc igitur potiores Protopapae praerogativas ad Sacrificii tempus

coar-

(21) Anonym. laud. in fin. offic. chori dexteri; qui & in fine laevi Chori, quum de Archidiacono agit, haec habet: *Quum autem Patriarcha miſſam celebrat, recitat Evangelium Archidiaconus; ſi vero nolit, alium quem voluerit, ſubſtituere poteſt.* Nimirum extra dies Diaconis dexteri chori praeſcriptos. Ut autem potiora officia iſtorum Diaconorum unde nomen habebant noſcas, ſcito M. Oeconomum adminiſtrationi redituum, & expenſarum, M. Sacellarium Monaſteriis virorum, Scevophylacem Eccleſiaſticae ſupellectili, Chartopylacem vero judiciis Eccleſiaſticis fuiſſe praefectos. His ſi addes minorem Sacellarium, qui Monaſteriis ſexus ſequioris, & domui Epiſcopali praeficiebatur, ac Protecdicum, de quo diximus, habes numerum ſex Archontum Exocatacoelorum. Protonotarium quoque jam ſupra explicuimus. Hieromnemon vero Eccleſiaſtici Ritualis cuſtos erat, ac veluti caeremoniis Praefectus. Videſis Anonymum laud., Codinum, & Simeon. Theſſalonic. de ſacr. ordinat. cap. 13.

(22) Hunc ritum eſſe antiquiſſimum conſtat ex Conſt. Apoſt. lib. 8. cap. 12. De eo in utraque Eccleſia uſitatiſſimo plura Marten. de ritib. 1. cap. 4. art. 8. n. 6. Card. Bon. 1. Rer. liturg. 25, in comment. praevio ad Ord. Romm. fol. 47. aliique. In Eccleſia Graeca ita fixum Diaconis hoc munus erat, ut in eorum ordinatione iis etiam flabellum, quod Ριπίδιον ripidion vocant, traderetur. Vide Euchologium Goarianum in ritu ordinat. Diaconi, vel eundem ritum relatum a Marten. de ritib. 1. 8 ar. 10. ordine 19. fol. 266. tom. 2. edit. Mediol. In Eccleſia Romana, quum in Sede geſtatoria procedit Rom. Pontifex, veſtigium remanet, elevatis hinc inde e pennis pavonum conflatis flabellis; ſed in Miſſa nullus eorum uſus.

(23) Anonym. quum ſingulorum infra deſcribit officia.

coarctatas, atque in Sacri Chori officia quôvis etiam tempore in Eccleſia vindicatas.

V. Haec omnia viam ſternunt ad rite intelligendum Codinum, qui de Protopapa habet hôc (24) modô. Ὁ Πρωτοπαπᾶς ἔκδικος καὶ πρῶτος τοῦ Βήματος, καὶ φέρων τὰ δευτερεῖα τοῦ Ἀρχιερέως. *Protopapas Defenſor ac primus in Bemate, & ſecundas a Patriarcha obtinens*. Sane Βήματος nomine, ubi de rebus Eccleſiaſticis agitur, *Sanctuarium* ſeu *Presbyterium* Eccleſiae apud Graecos (25) indicari haud ſemel diximus; quamvis eâ voce Tribunal (26), ſeu ſuggeſtum quemdam elevatum, ex quo Principes, judiceſve loquebantur, ex linguae proprietate venire conſtet. Quod enim is Templi locus, quem alias ἄδυτον, ἱερατεῖον ἅγιον τῶν ἁγίων vocabant, ſatis ceteris emineret, in eo tamquam in throno, ac Tribunali Chriſtum praeſidere, ut S.Germanus (27) Byzantinus Patriarcha monet, rectiſſime putatum. At ſi Sanctuarium hôc locô Codinus intelligit, haud vera narraſſe neceſſe eſt, quum Protopapas ad laevi Chori primum locum rejectus, & ab eo in pentade ſexta numeratus, primus in Presbyterio non fuerit. Gretzerus (28) Junium reprehendens, quod Βῆμα heic *Tribunal* verterit, rectius quidem *tabernaculum*, ſeu *altaris locum* vertendum cenſet: ſed proximas a Pontifice partes habuiſſe Protopapam *non ſimpliciter* (*nam Exocatacoeli abſque dubio potiores erant*, *majoriſque dignitatis*, & *excellentiae*), *ſed inter Sacerdotes*, *ut Citrius loquitur* Κοινοὺς *communes* putat. Haec profecto vera ſunt; ſed quae Codini verba haud ſonare videntur. Mihi vero has praerogativas ex antiquis potius Catalogis deſcripſiſſe Codinum ſuſpicari liceat; neutiquam tamen animadvertiſſe, in illis paſſim occurrere (29) ὅταν λειτουργεῖ ὁ Ἀρχιερεὺς *ſacrificante Pontifice* proximas ab il-

N lo

(24) Codin. cap. 1. pentad. 6.

(25) Adiſis Morinum de poenit. lib. 6. cap. 1. Lebrun tom. 2. liturg. diſſ. 1. art. 8.

(26) Feſtum Bematis celebre apud Manichaeos, tribunali quinque gradibus inſtructô, in quo Manetem locabant, exponebantque adorationi die ejus occiſionis anniverſariô, de qua re S. Auguſt. contra epiſt. Manichaei cap. 8., & 18. contra Fauſtum 4.

(27) S. German. apud cit. Lebrunium.

(28) Gretzerus in Codin. lib. 1. cap. 10. n. 4.

(29) Sic porro in duobus Catalogis jam n. 2. & 4. relatis.

lo partes habere Protopapam; aut in iis ſaltem quae ad ſacrificandum pertinent. Quo etiam poſtrema illa Anonymi verba referuntur (30). *Sed & principatum obtinet in primatus Eccleſiae, dominium pariter in Eccleſia, & locum Patriarchae:* celebrante nimirum, vel abſente Pontifice, cujus in ſacrificando gereret vices. Primates enim Eccleſiae non erant niſi Exocatacoeli, ac reliqui qui eos ſequebantur Diaconi, quorum munera inter Archonticia cenſebantur.

VI. Sed cur Ecdici, ſeu Defenſoris nomen Protopapae a Codino adtributum? Hôc eôdem titulô in Catalogo alio officiorum M. Eccleſiae ex C. Regio apud Cangium (31) donatus legitur. Ο' Πρωτοπαπᾶς ἔκδικος τοῦ Κρίσεου. *Protopapas defenſor judiciorum*. De Protecdico, ac duobus Ecdicis abunde aliô locô (32) dixi. Sed quum apud Codinum jam ille Exocatacoelis adjunctus adpareat; duo autem iſti Ecdici, qui cum eo levis momenti cauſſas judicabant, inter tot, quae deſcribit officia, non amplius occurrant: haud temere coniicere mihi videor, quidquid ad Ecdicos hoſce muneris pertinebat, in Protopapam fuiſſe translatum, qui propterea levioris momenti judicia quaedam habuerit; cujuſmodi autem fuerint, quove pertinerent, ex monumentorum defectu inveſtigari haud facile poſſe. Illud dumtaxat inter tot ſuae dignitatis jacturas nequaquam ſiniſtri habuit Protopapas, ut menſurnae diſtributiones illi prae ceteris non minuerentur: quod fortaſſe praeter eas nihil aliunde haberet emolumenti, quum Diaconi illi ex officiis, ac juriſdictione ſportulas obtinerent ampliores. Sic enim concludit (33) Anonymus. *Enarrabimus deinde menſtruas. Primus quinarius duplum. Secundus unum & dimidium. Tertius unum & quartam partem, Protopapas in duplum.* In hac ſola re primis illis Archontibus aequatum video.

VII. Inter alia ejus munera, quae nobis haud ſatis inno-

(30) Obſcure ſatis vertuntur in editione Regia haec verba. *Porro dominium obtinet in omnes Eccleſiae praerogativas", & loco Patriarchae ſedet.* Quod neutiquam verum eſt, niſi celebrante Pontifice, vel in ſupplendis in Eccleſia ejus vicibus. Vide infra n. 8. can. Arabicum 62.

(31) Cang. in Gloſſ. med. Graecit. v. *Πρωτοπαπᾶς Archipresbyter*.

(32) Sup. cap. 2. n. 3.

(33) Anonym. in fine.

noteſcunt, peculiare quoddam erat in Chriſmatis conſecratione. Sane in Eccleſia Graeca nulla Presbyterorum, Miniſtrorumque caterva ad Chriſma conficiendum convocari, quemadmodum in latina, ſolet; quod in ea Presbyterorum, una cum Epiſcopo celebrantium ritus adhuc perſeveret: Inde etiam in Eccleſia Latina manaſſe, ut in oleorum benedictione Presbyteri adhiberentur, teſtatur (34) Amalarius. Tametſi autem apud nos olei ad Chriſma deſtinati Urceolus a Diacono Pontifici offeratur; ſollemniori tamen ritu in Eccleſia Graeca Chriſmatis alabaſtrum profertur. Quippe ab Feria ſecunda Majoris hebdomadae ad ſequentes dies, praeparari triginta duo herbarum, ac liquorum ſpecies, & praecedente Epiſcopi benedictione, una cum oleo, balſamoque coqui, atque in vaſculo reſervari mos eſt. Magnâ deinde quintâ Feriâ, in qua ob Quadrageſimae tempus, nonniſi Miſſa (35) Praeſanctificatorum ab Graecis celebratur, quum proceſſionem illam inſtituunt, quâ a menſa propoſitionis ad medium altaris myſteria ſacra deportantur, vas illud defert Protopapas, hôc, qui in eorum Euchologio deſcribitur, ritu (36). *Defert autem Protopapas ſacra myſteria praecedens, unguentum in alabaſtro calicis velô tectum, ſubſequentibus retro hinc, & inde Diaconis flabellorum paria ſeptem deferentibus, praecedentibus*

(34) Amalar. lib. 1. de div. off. cap. 12. *Mos eſt Romanae Eccleſiae ut in confectione immolationis Chriſti adſint Presbyteri, qui ſimul cum Pontifice verbis, & manibus conficiant. At quia in ipſa periocha concluditur conſecratio olei hujus, oportet ut ſimili modô, ſicut & cetera, cum Pontifice Presbyteri oleum conficiant*. Et in antiquo Pontificali Bellovacenſi apud Catalanum tom. 3. in Pontifical. Rom. tit. 4. §. 3. de hiſce Presbyteris ſic dicitur. *Ut in confectione Corporis Chriſti ſimul cum Pontifice verbis, & manibus conficiunt, ſic cum Pontifice oleum conficiunt*.

(35) In Quadrageſima, nonniſi Sabatô, ac Dominicâ Graeci offerunt ſacrificium ex can. 49. Laodiceno, & 52. Trullano: ceteris autem diebus praeſanctificatis utuntur. Vide de hoc eorum ritu, & cauſſa Allatium in differt. ad Nihuſium, quae eſt in calce operis de conſenſione utriuſque Eccleſiae, Card. Bona I. liturg. 25. Lupum & Catalanum in can. 52. Trullan. Goarium de Eucholog. ad tit. officii *de myſteriis ante conſecratis ſanctae Quadrageſimae*. In Eccleſia Latina ſolô biduô ante Paſcha ſacrificium non offertur, ut tradit Innoc. I. in epiſt. ad Decentium. Miſſa enim quae hodie Sabatô Sanctô celebratur, ad noctem ſequentem pertinebat. Utimur ergo nos ſolâ Feriâ ſextâ in Paraſceve Miſſâ Praeſanctificatorum.

(36) In Euchologio tit. de magni unguenti compoſitione &c., qui & refertur a Martene de ritib. lib. 4. cap. 22. §. 3. ordine 8.

bus Domeſticô, & Diaconis aliis cum cereis accenſis, & ad ſacras fores cunctis adventantibus. Duo quidem flabella pro more recepto intus ſacrum Tribunal penetrant: alia vero a ſacris foribus uſque ad altare ſtant hinc, & inde combinata. Protopapas autem unguentum ferens Patriarcham praeſtolatur ad ſacras fores. Et occurrens Patriarcha recipit ab eo alabaſtrum, & in ſacrae menſae ſiniſtrô latere, infra ſecundum calicem deponit: atque ita de reliquo ſancta ingrediuntur ordine ſuo. Similiter poſt benedictionem. *Quum vero ſancta proferri debent, ſtante coram ſacris foribus Protopapâ, aſſumit Patriarcha unguentum, delatumque Protopapae tradit. Et tunc moventur flabella, & in altum tolluntur, proceduntque Diaconi, eô quô venerant cum flabellis ordine. Atque ita contentum alabaſtro unguentum in vas, ubi nardus adſervatur, a Protopapa reponitur.*

VIII. Hactenus de Protopapa Cpolitano, quem adlatas ob cauſſas in Concilio Florentino, cui cum Patriarcha ſuo Joſepho, ceteriſque ſupremis illius Eccleſiae Miniſtris interfuit, poſt omnes Exocatacoelos ſubſcriptum leges. In decreto enim unionis, in quo praeter M. Oeconomum, cujus aut officium tunc temporis fortaſſe vacabat, aut animus ab unione alienus erat, Exocatacoeli reliqui ſubſcripti ſunt, poſtremus occurrit. Poſt ultimum ſcilicet Graecorum Metropolitam, Emmanuel quidem Chriſocuchus Magnus Sacellarius per Beſſarionem Archiepiſcopum Nicaenum Procuratorem ſuum: reliqui vero quatuor Theodorus Xanthopulus Scèvophylax, Michaël Balſamon Archidiaconus, & Chartophylax, Silveſter Sguropulus Eccleſiarches, ſeu minor Sacellarius, ac Nomophylax, & Gregorius Protecdicus omnes Diaconi, per ſeipſos ſubſcribunt. Mox (37) vero legitur *ὁ πρωτοπαπᾶς κωνςαντῖνος, καὶ τοποτηρητὴς τοῦ μολδοβλαχίας ὑπογρ. Protopapas Conſtantinus, & Locum tenens Muldoblanchienſis ſubſcripſi*. Alterius nimirum ſive Metropolitae, ſive potius Hegumeni Monaſterii cujuſpiam, pro quo & ſubſcribit, vices gerebat, cujus equidem loci (38) nomen in textu graeco corruptum ſatis oc-

(37) Vide ſubſcriptiones in edit. Labb. vel Harduini.

(38) Nonnullae variantes lectiones, quae margini adduntur, tenebras potius, quam lucem offundunt.

Digitized by Google

occurrit. At vero quae de Cpolitano hoc Protopapa diximus, eadem proportione quâdam, in reliquis Graecorum Cathedralibus obſervata fuiſſe exiſtimo. Quamvis enim in Eccleſiis ceteris, non is primorum Miniſtrorum numerus in Protopapae locum irrepſerit, certum tamen eſt, & Chorepiſcopos, & Archidiaconos ubique illi fuiſſe praelatos. Nihil autem ad Chorepiſcopos quod adtinet mirum, quod & ipſi praeſtantiores quidam Protopapae viderentur, ut in eo quod ſequitur capite demonſtrabo. At Archidiaconi ordine inferiores, non ſecus ac Exocatacoeli Cpolitani & Chorepiſcopis, & Protopapis nobiliores fuerunt, uti vel ex can. LXII. Arabico (39) diſerte colligitur. Sic porro habet. *Stet Epiſcopus in oratione in fronte Templi ad medium altaris, ut paſtor, & gubernator: poſt illum vero ad latus dexterum ſtet Archidiaconus, ut ejus Vicarius, & omnibus eleemosynis, & Eccleſiae rebus, & negociis praefectus. Porro Chorepiſcopus ſtet item poſt Archidiaconum ad latus ſiniſtrum Epiſcopi, quia ipſe quoque Vicarius Epiſcopi eſt ſuper pagos. Archipresbyter vero, qui eſt Protopapas, ſtet etiam prope Epiſcopum, & Epiſcopo abſente ſit locô illius, & praefectus quoque omnibus Presbyteris, qui illius Eccleſiae ſubſunt poteſtati.* Et can. ſequenti. *Ubi ſedent Chorepiſcopus, & Archidiaconus in ſedibus Eccleſiae, & in ea praeſentes ſunt, nemini Sacerdotum Eccleſiae Diaconorum, & reliquorum Clericorum fas eſt ſupra ipſos ſedere, aut praecedere, niſi ſoli Epiſcopo, quia hi ſunt loco duarum manuum, & duarum alarum, quibus volat Epiſcopus. Quum autem deambulat Epiſcopus ſive in Eccleſia, ſive alibi, oportet ut Archidiaconus ſit ad dexteram, Chorepiſcopus vero ad ſiniſtram, ipſe vero in medio eorum tamquam pater inter filios.*

IX. Conſtat enimvero inter Eruditos, hujuſmodi canones, quos tamquam Nicaenos, Orientales fere omnes ſive orthodoxi, ſive ſectarii recipiunt, nullô modô ad magnam illam Synodum pertinere (40), ex qua viginti dumtaxat canones prodie-

(39) Canonem 62. laudo, eorum ſequens diviſionem, qui 84. canones Arabicos ſumerant. Sed qui nonnullis invicem conjunctis 80. numerant, aliter laudant.

(40) Vide Lupum diſſ. de Nicaen. Synod. cap. 8. tom. 1. opp. Natal. Alex. diſſert. 18. in ſaecul. 4. Scheltrat. antiq. illuſtr. diſſ. 2. cap. 4. Pagium ad ann. 325. n. 45. Doujat. praenot. canonic.

dierunt, quos ſolos univerſa venerata antiquitas eſt. Verum non adeo recentiores eſſe canones illos putat Chriſtianus Lupus (41), eorumque Epocham inter Epheſinae Synodi tempus, ac Zenonis imperium ex can. XLIII. alias XXXVII. figendam arbitratur. In eo quippe Cypriae Eccleſiae, quae de autocephalia in Conc. Epheſino cum Antiochena Sede decertaverat, reportaratque ſententiam (42), concordata quaedam cum Patriarcha Antiocheno contineri videntur, quae Zenonis aetate poſteriora eſſe non poſſe credit, ſub quo ob inventum in ea Inſula (43) S. Barnabae corpus, illi Eccleſiae certiſſima autocephalîa vindicata eſt. Vel ex hoc tamen loco, in quo tanta ſupra Chorepiſcopos, & Archipresbyteros, Archidiaconis in oriente tribuuntur, quintum etiam excedere ſaeculum ſuſpicarer. Ceterum quôvis illi tempore editi fuerint, Eccleſiarum nobis Orientalium diſciplinam, eamque haud recentiorem exhibere certiſſimum eſt. Etenim ad vocem quod adtinet *Protopapae*, verba illa: qui eſt *Protopapas* additionem eſſe Graecorum Melchitarum, qui ſparſim Provincias incolunt Orientis, nullus dubito. Scilicet quum canones illos ex Arabica lingua in propriam traduxere (44), qui apud eos Archipresbyter eſſet exponere voluerunt, vel textui etiam addendum eſſe putaverunt. In ceteris igitur Eccleſiis, longe priuſquam Exocatacoeli Cpolitani extollerentur, Archidiaconis Protopapae cedebant. Quid autem poſt inſigne pri-

mae

nic. lib. 2. cap. 3. Conati quidem ſunt illas ſtabilire primum Alphonſus Piſanus, & Franciſcus Turrianus, deinde vero & Abraham Echellenſis, qui 84. publicavit, poſtremo autem Claudius Capellanus, ſed irritò conatu.

(41) Lup. in diſſ. proëmial. tom. I. opp. Vel ex illo tamen canone colligit Marca concord. lib. 2. cap. 9. longe poſteriorem eſſe collectionem Arabicam, quum & in notitia Epiſcopatuum Leoni Sapienti adtributa, de qua infra dicam, non ſubeſſe Apoſtolico throno Antiochiae Cyprus notetur. Putat propterea poſt. ann. nongenteſimum innovatum fuiſſe, atque hinc colligi collectionis Arabicae tempus ſatis poſterius.

(42) Vide decretum Concil Epheſini pro Eccleſia Inſulae Cypri inter illius acta act. 7., & quae in illud Lupus, & Catalanus exponunt. Vide etiam Trullan. Synod. can. 39.

(43) Confer Baron. ad ann. 485. Zenonis 12. n. 4. & ſeq., Lequieniunm Orient. Chriſt. tom 2. pag. 138. & ſeq., Dupinium de antiq. Eccleſ. diſciplin. diſſert. 1. §. 11. fol. 63.

(44) Inter Arabicorum Canonum traductiones illam Melchitarum omnibus anteponit Richardus Simonius, etiam verſioni Maronitarum. Vide Morerium v. *Melchites*.

mae Graecorum Eccleſiae exemplum factum ſubinde judicaveris?

X. Et quidem adeo cum Graecis pervagatum Protopapae nomen eſt, ut Auctor ille epiſtolae Presbytero Johanni, ſeu Regi Abyſſinorum, ut putant, quem alii *Pretioſum Johannem* vocant falſo adſcriptae, cujus fragmentum ex MS. Corbejenſi Cangius (45) laudat, illarum Eccleſiarum quae ad meridiem ſunt dignitatibus, & Protopapam, & Archiprotopapam adcenſere non dubitaverit. Sic porro habet. *In menſa noſtra comedunt omni die juxta latus noſtrum, in dextera parte Archiepiſcopi XII., in ſiniſtra Epiſcopi XX., praeter Patriarcham S. Thomae, & ſic Protopapatem Salmagantinum, & ſic Archiprotopapatem de Suſis, ubi thronus, & ſolium gloriae noſtrae reſidet, & palatium imperiale.* Profecto hoc deerat, ut Archiprotopapam in hoc ſpurio monumento inveniremus, quod & laudat Gaufredus (46) Voſienſis ſub nomine epiſtolae a Presbytero Johanne Manueli directae, Archiprotopapatus hujuſmodi ingerens mentionem. Quiſquis autem impoſtor ille fuerit, niſi frequentiſſime ea nomina inter Eccleſiae dignitates reſonarent, certe non uſurpaſſet, quum etiam de Protopapis inſignium Urbium, adeoque Cathedralium, loqui videatur. Ceterum illis, quae de Presbytero (47) Johanne, quem alii Indiae, alii Abyſſinorum Regem venditant, ſolemnibus narrantur fabulis, longius nos diſtineri haud opportunum putantes, noſtra ex propoſito inluſtremus.

CA-

(45) Cang. in Gloſſ. mediae latin. v. *Archiprotopapas*.

(46) Gaufred. Voſienſis 1. part. cap. 65. apud eund. Cang. v. *Presbyter Johannes*.

(47) Hunc alii in India, alii in Africa collocant. Principem Chriſtianum Regem Abyſſinorum deſcribit Damianus a Goes in relat. de moribus Aethiopum apud Lupum diſſert. proëmial. tom. 1. opp. cap. 4. Conſentit Le Grand in diſſert. de Presbytero Johanne in relat. Hiſtor. Abyſſiniae fol. 253. Vide etiam Wadingum in Annal. minor. ad ann. 1305. nu. 10. Sed conſule quae Cangius habet ad Joinvillam pag. 89. & ſeq. & in Gloſſar. hôc verbô, & quae collegit Morerius v. *Prêtre Jean*.

Digitized by Google

CAPUT VII.

De Protopapis plebium Curionibus. Eos ſequiori aevô Chorepiſcopis quodammodo ſucceſſiſſe conjicitur. Qui olim Chorepiſcopi fuerint, & qua de cauſſa eſſe deſierint? Eâ occaſione de Periodeutis nonnulla. Vigere apud Maronitas adbuc Chorepiſcopos, ac propterea nonniſi unicum habere Eccleſiae Cathedralis Protopapam. De illo plura.

I. QUemadmodum in occidentali Eccleſia Archipresbyterorum duo genera erant (1), quorum alii quidem, quos Urbanos dicebant, Cathedralibus Eccleſis incardinati eſſent; alii vero, quos Rurales, Ruſticos, Forenſes, Paganos, Vicanos cognominabant, pagorum Presbyteris, poſt ſublatum praeſertim uſum Chorepiſcoporum, ita mandato Epiſcopi praeeſſent, ut plebis capita, Parochique conſtituerentur: haud ſecus in Eccleſia Graeca, praeter Cathedralium Protopapas, ſeu primos poſt Epiſcopum in Eccleſia Cathedrali Presbyteros, innumeri occurrunt locorum Protopapae, & plebium Curiones. Hactenus in Eccleſia Cpolitana omnium Graecarum principe verſati ſumus, ad cujus exemplum omnes paene reliquas rectas fuiſſe conjecimus. Verum obſervat (2) Morinus Protopapades frequentiſſime apud Graecos idem muneris obtinere, quod apud nos Parochi; iiſque tantum praeeſſe Presbyteris, qui intra Pareciae ſuae limites degunt. Ea de cauſſa (3) Πρωτοπάπιδυς Paraeciae apud Nicetam, & Πρωτοπαπαδίκιον Dignitas Protopapae, vel Eccleſiae Parochialis apud Balſamonem, & Πρωτοπαπαδίκια jura Parochialia vocantur apud Cruſium in Turcograecia. Quamobrem Innocentius III. Latinis Principibus jam Byzantii imperanti

(1) Vide Altaſerra de juriſdict. lib. 11. cap. 13. Thomaſſ. p. 1, lib. 2. cap. 3. & ſeqq. & 6. Van-Eſpenium p. 1. jur. Eccl. tit. 6., alioſque.

(2) Morin. de ſacr. ordinat. p. 3. exercit. 15. cap. 2. n. 6.

(3) Nicetas lib. 5. theſaur. Orthodoxae fidei cap. 1. pag. 275. in margine, laudatus a Cangio hoc v. Balſamon ad can. 15. Nicaen. ab eod. laud. in eo v. Cruſius in Turcograec. fol. 258., ubi & Protopapam primum Sacerdotum dicit fol. 118. laudatus a Gretzero ad Codin. lib. 1. cap. 10. n. 4.

tibus, in variis (4) quae ad Epiſcopos Graeciae de Eccleſiaſticis negociis ſcripſit epiſtolis, & Papae, & Papatus nomina retinuit, ut vocibus apud Graecos uſitatiſſimis, Presbyteros, Parochias, ac Praepoſituras indicaret. Papatus autem vocabantur, quod Papadibus ſubderentur, quorum primus Protopapas audiebat. De hujuſmodi Curionibus intelligi debere Synararium vitae S. Johannis τῶ Νέυ XVIII. Aprilis, & quae Sguropulus habet in hiſtoria Conc. Florentini, ubi Protopapae cujuſdam meminit, Cangius (5) monet. Etenim ab remotis etiam temporibus, eos qui in vicis populi curam agebant Presbyteros, *Papates* fuiſſe nuncupatos, ex ſinceris (*6*) MM. actis ſupra didicimus.

II. Tunc autem potiſſimum hujuſmodi plebium in pagis Protopapas invectos fuiſſe arbitror, quum Chorepiſcopi eſſe deſierunt. Notum qui olim fuerint Chorepiſcopi, hoc eſt τῆς Χώρας *regionis* (7), vel τῶ Χώρυ *agri* vel *ruris* Epiſcopi; ſeu qui Epiſcoporum Χώρυ locô in pagis eſſent, quum Epiſcopi ipſi in Civitatibus reſiderent. Tametſi enimvero ab Apoſtolis iſtituti non fuerint, antiquiſſimus tamen eorum in Eccleſia uſus. Meminere in Oriente Synodi (8) Ancyrana, Neocaeſarienſis, Antiochena, Conc. M. Nicaenum, Conc. Chalcedonenſe, Canones Arabici paſſim; in occidente vero

O pri-

(4) Innocent. III. lib. 15. Ep. 60. ad Thebanum Archiepiſc. *Canonici ejuſdem Eccleſiae obtinuerunt ab eo medietatem omnium Monaſteriorum, & Papatuum, in quibus tres Monachi, vel pauciores morantur*. Et lib. 16. epiſt. 98. ad Epiſcop. Amyclenſem. *Abbatiarum, Eccleſiarum, Papatuum, decimarum, & poſſeſſionum ad eorum Eccleſias pertinentium illicitos detentores &c.* Item Epiſt. 115. ad Epiſcopum Sardicenſem. *Quia vero conſtitit nobis, quod Hoſpitalarii habebant ſeptem homines Eccleſiae Sardicenſis, ſcilicet Papam Leonem, Johannem Fot &c. jubemus illos reſtitui. Praeterea omnes Abbatias, & Papatus in tenimento Hoſpitalis conſtituto &c.* Boſquetus in illas epiſtolas, non Parochias, ſed beneficia minorum Clericorum interpretatur, quos vulgo Παπάδας Graeci vocant, ſed utrumque ad rem noſtram eſt. At vide Lupum in Dictat. S. Gregor. VII. can. II. tom. 5. opp.

(5) Cang. v. Πρωτοπαπᾶς *Curio* in Gloſſ. med. Graecit. Sguropul. ſect. II. cap. 6. hiſt. Conc. Florent. Idem lib. 2. cap. 26. Monachum ac Presbyterum vocat: *Venerabilem Papam Iſidorum*.

(*6*) Vide ſupra cap. 4. adnot. 24.

(7) Vide ſupra cap. 2. adnot.

(8) Synod. Ancyr. can. 13. Neocaeſar. can. 14. Antiochen. can. 10. Nicaen. can. 8. Chalcedon. can. 2. Canones Arabici a can. 58. ad ſeqq. In ſubſcriptionib. quoque Concilii Nicaeni plures leguntur Chorepiſcopi, quos vicariô ſuorum Epiſcoporum nomine ſubſcripſiſſe putat Lupus diſſ. de Synod. Nicaen. cap. 9., licet eas ſubſcriptiones admodum eſſe corruptas conſtet.

Digitized by Google

prima eorum mentio in Synodo Regenſi anno CCCCXXXIX. celebrata (9) occurrere videtur. Epiſcoporum itaque vice in villis, ac pagis praeſidentes, Presbyteris omnibus praepoſiti, populos curabant. An autem charactere quoque Epiſcopali donati fuerint, pluribus hinc (10) inde certatum. Sed ea communior hodie, veraque ſententia eſt, poſt diſcuſſas praeſertim, Canonis X. Antiocheni, ac XIII. Ancyrani verſiones (11), ut nonniſi meri Presbyteri fuerint, Epiſcoporum in op-

(9) Nihil enim moror, ſive quod S. Leoni I. a Gratiano tribuitur epiſtolae fragmentum can. 4. diſt. 68. quod ad Leon. III. potius pertinere doctiores Critici autumant, ſive S. Damaſi inter pſeudo-epigraphas Iſidori epiſt. 4., cujus etiam fragmenta refert Gratian. can. ſeq., in quibus Chorepiſcoporum mentio eſt. In Conc. Regenſi, in quo PP. Armentarium a duobus tantum Epiſcopis conſecratum, inter Chorepiſcopos rejecerunt, prima eorum certa mentio in Occidente eſt.

(10) Chorepiſcopos vere Epiſcopos fuiſſe mordicus tuetur H. Rabanus Maurus Abbas tum Fuldenſis, deinde Archiepiſcopus Moguntinus nonô ſaeculô in libello de Chorepiſcopis ad Drogonem Epiſc. Metenſem, contra mentem fere omnium tunc Galliae Epiſcoporum, qui Leonis III. ſenſa ſequentes, in Ratisbonenſi Synodo eos Presbyteros eſſe cenſuerunt. Vide libellum illum editum a Baluzio ad calcem Concordiae Petri de Marca, & quae in illum Baluzius praefatur. In eam ſententiam nonnulli ex noſtris inclinarunt, puta Tournelius de ſacr. ordinis queſt. 6. art. 1., Van-Eſpenius ad can. 10. Antioch. Chardon. hiſt. ſacr. tom. 3. lib. 2. cap. 3., & 4. Sed longe plures ex Acatholicis, Hammondus, Blondellus, Caveus, Beveregius, Baſnagius, & noviſſime Binghamus origin. Eccleſiaſt. tom. 1. lib. 2. cap. 4. At meros fuiſſe Presbyteros quaſi Epiſcopali juriſdictione in pagis auctos, abunde demonſtrant Ant. Anguſtinus lib. 6. tit. 1. cap. 8. 11., & 13. Morin. de ſacr. ord. p. 3. exercit. 4. per tot. Thomaſſin. p. 1. lib. 2. cap. 1. & 2. Natal. Alex. in adpendic. ad diſſert. 44. ſaecul. 4. Marca concord. lib. 2. cap. 3., & 14. Juvenin. diſſert. 9. de ſacrament. quaeſt. 2. per tot. Catalan. ad can. 2. Chalcedon. Blanchi de exteriori Eccl. polit. tom. 2. lib. 1. cap. 2. §. 19. Benedict. XIV. de Synod. lib. 3. cap. 3. innumerique. Fatentur tamen ſententiae hujus adſertores, nonnullos Chorepiſcopos, quamvis ex eorum genere Presbyteros, vere Epiſcopos aliquando fuiſſe, ſive quod e gradu Epiſcopali ob crimina dejecti, Chorepiſcopatum exercere permiſſi ſunt, ut cum Catharis, ſeu Novatianis fecit Conc. Nicaen. can. 8., & cum Meletianis etiam uti colligitur ex Synodica a Socrate relata lib. 1. cap. 9., ſive quod Epiſcoporum in exercendis eorum ordinis muneribus deſidiâ, conſecrari in Epiſcopos permitterentur, ad eos ab illorum exercitio levandos. Vide laud. Morin. cap. 5. Pagium ad ann. 815. nu. 10. & ſeqq., ac Martenium de ritib. lib. 1. cap. 8. art. 5. n. 1. Bertium de Theologic. diſciplin. lib. 56. cap. 10., & quae in commentariis ad ordinationes Maronitarum depromit ex Synodo Libanenſi anni 1736. Aſſemanus junior Codic. Liturgici tom. 10. appendic. 1. cap. 3. fol. 143. Confer etiam Cangium v. *Chorepiſcopi*.

(11) Sic porro habet can. 10. Antiochen. in verſione Dionyſii. *Qui in vicis, vel poſſeſſionibus* (Iſidorus: *regionibus*) *Chorepiſcopi nominantur, quamvis manuum impoſitionem Epiſcoporum perceperint, & ut Epiſcopi conſecrati ſint: tamen S. Synodo placuit, ut modum proprium recognoſcant &c. ordinent Lectores, & Subdiaconos, atque*

oppidulis, ut etiam Ferrandus (12) vocat, Vicarii. Quod equidem ex epiſtola S. Leonis III. ad Epiſcopos Galliae, occaſione excitatae de eorum ordinationibus controverſiae, quas irritas declaravit, abſolutùm videtur. Etenim, quum, ut ordines Diaconatu inferiores in pagis conferre poſſent, ac litteras formatas, pacificaſve vicanis Clericis expedirent, facta inter alia illis poteſtas eſſet: ii in tantam progreſſu temporis in Occidente venere adrogantiam, ut & Hierarchicos ordines conferre, & velare virgines, & confirmare fideles, & Eccleſias dedicare, ceteraque peragere, quae Epiſcopalis ordinis, vel dignitatis erant, praefracte vellent. Hoc autem, ad

que Exorciſtas, quibus promotiones iſtae ſufficiant. Nec presbyterum vero, nec Diaconum audeant ordinare, praeter Civitatis Epiſcopum (vertit Iſidorus praeter conſcientiam Epiſcopi Civitatis), cui ipſe cum poſſeſſione ſubjectus eſt. Hunc canonem de illis Chorepiſcopis loqui, qui Epiſcopi conſecrati erant, & in Chorepiſcopos, aut deſtinati, aut rejecti, commode interpretari poſſe antumarunt Scriptores multi. Verum ejuſmodi interpretatione nihil opus, quum verba illa: *& ut Epiſcopi conſecrati ſint:* deſint omnino in textu graeco. Manus quippe impoſitionem adhuc recipiebant Chorepiſcopi; Sed eam, quâ in Presbyteros promoverentur, vel quam ex ritu graeco accipiebant in Chorepiſcopatu ſuſcipiendo, ut ex eorum ritualibus libris conſtat; non quâ Epiſcopi fierent. Quod ſecundam autem Canonis partem ſpectat, ex qua poſſe a Chorepiſcopis cum conſenſu Epiſcopi Presbyteros, ac Diaconos promoveri colligitur, unde eorum Epiſcopatus jure inferretur, ſciendum hand recte verti a Dionyſio, & pejus ab Iſidoro explicari, verba textus: *δίχα τοῦ ἐν τῇ πόλει Ἐπισκόπου: praeter Civitatis Epiſcopum, aut praeter conſcientiam Epiſcopi Civitatis.* *Δίχα* enim graece *ſeorſim* eſt, non *praeter* ab themate *δὶς bis*, quaſi in duo partitum, ac ſeparatum. Itaque vera verſio eſt. *Nec Presbyterum nec Diaconum audeant ordinare ſeorſim ab Epiſcopo, qui eſt in Civitate, cui ſubiicitur ipſe, & regio, ᾗ ὑπόκειται αὐτῷ, τῷ καὶ ἡ Χώρα.* Et recte quidem ab aliis verſum: *abſque Urbis Epiſcopo*, ſed enucleatius ad rem qua de agitur exprimendam, *ſeorſim ab Urbis Epiſcopo*, vertendum, eo quod ordines Hierarchicos, quia Epiſcopi non erant, ab eis poſſe conferri abſolute Canon vetat: una autem cum Epiſcopo manus imponere, ut hodieque fit in ordinatione Presbyterorum, manus etiam ceteris, qui adſunt, Presbyteris imponendi, indulget. Ordines antem Diaconatu inferiores olim indultum, nt a Presbyteris conferri poſſint, uti hodieque a S. R. E. Presbyteris Cardd., & Abbatibus multis, demtô, poſtquam in majorem cenſum relatus eſt, Subdiaconatu, vulgatum eſt. Atque ita canonem intellexiſſe videtur Balſamon, dum illud: *ſine Epiſcopo qui eſt in Urbe:* non accipiendum docet: *pro eo quod eſt ſine ejus mandato, ſed pro eo quod eſt ſine ejus conſecratione.* Vexatior eſt can. 13. Ancyranus, qui non in Verſione, ſed in textu ipſo graeco corruptus eſt, quem tamen ex multis verſionibus egregie Marca reſtituit laud. loc. cap. 13. Sed vide etiam de eo Petavium 2. de Coeleſt. Hierarch. diſputantem cap. 11. n. 13. & ſeq. Vide infra adnot. 16.

(12) Ferrand. in Breviar. can. tit. 79. Similiter & Creſconius in ſua collection. n. 96. & S. Iſidor. lib. 2. de off. Eccl. cap. 6.

quod pervenire conati ſunt, faſtigium, fatum eis in Occidente intuliſſe, ex (13) reſponſo Leonis, ex Conciliis Galliarum, & ex Capitularibus Caroli Magni plane conſtat. Quippe, quamvis Epiſcopi nullum non moverint lapidem, ut eos in officio continerent, bellum tamen ab octavo ſaeculo illis ſemel illatum, numquam ceſſavit, niſi illis decimô (14) ſeculô e medio omnino ſublatis, atque in eorum locum Ruralibus Archipresbyteris & Archidiaconis ſubſtitutis, quos propterea Chorepiſcopos etiam ſaeculô ſequenti vocaſſe (15) Sigebertum legimus.

III. Nec modeſtiores in Oriente fuiſſe ex adlatis ſupra Ancyrani (16) & Antiocheni Conciliorum regulis plane perſpicuum eſt. Eadem ſcilicet pertentaſſe, quum ibi praeſertim, in collatae juriſdictionis teſſeram, benedici etiam manuum (17) impoſitione ſolerent, ex canonibus illis, qui abuſui obviam eunt, diſerte cognoſcimus. Sed longe antiquiora (18) Orientalium Chorepiſcoporum fuere molimina, atque

(13) Vide hoc Leonis reſponſum per Arnonem Juvavienſem, ſive Saltzburgenſem Archiepiſcopum miſſum to. 2. Conc. Galliae ann. 800. in ſelectis capitulis tit. 4. can. 1., ubi & de Conc. Ratisbonenſi. Vide etiam Conc. Pariſienſe 6. ad an. 829. can. 27. Aquiſgranenſe 2. ann. 836. can. 4. Meldenſe anni 845. can. 44. Metenſe an. 889. Capitularia inſuper Caroli M. lib. 7. cap. 328. & ſeq. Cave tamen inter tot adverſus Chorepiſcopos eô ſaeculô documenta, ab epiſtola Nicolai 1. ad Rodulphum Archiepiſc. Bituricenſem, quae ann. 864. data obtruditur, eoſque fuiſſe vere Epiſcopos habet. Adulterinum foetum eſſe, atque a Chorepiſcoporum Patronis ſuppoſitum plura ſunt quae oſtendunt apud Thomaſſ. laud. cap. 2. & Roncaglia ad laud. adpendic. Natal. Alexandri.

(14) Nonnullas tamen Chorepiſcoporum reliquias ad ſaecul. undec. fuiſſe docet Mabillon. in praefat. ad ſaecul. 6. Benedict. par. 2. pag. 59.

(15) Sigebertus in Chronico ad an. 1048. *Damaſus Papa (de ſecundo loquitur) decrevit, ne quid contra Epiſcopos praeſumant Archidiaconi, qui dicuntur Chorepiſcopi, id eſt villarum, & regionum Epiſcopi.*

(16) Vide ſupra adnot. 11. Can. 13. Ancyran. in graeco textu corruptum, ita ex antiquis verſionibus reſtituendum demonſtrat Marc. Concord. lib. 2. cap. 14. *Chorepiſcopis non licere Presbyteros, aut Diaconos ordinare; ſed nec Presbyteris Civitatis ſine litteris Epiſcopi, & juſſu, in unaquaque Parochia aliquid agere.* Ceterum ſi mavis retinere ἐν ἑτέρᾳ Παροχίᾳ *in aliena Parochia*, prout eſt in textu, ac ſupplere dumtaxat quae deſunt τι πράττειν *aliquid agere*, commode de pagorum Parochiis, quae ad Chorepiſcopos pertinebant, intelligi canon poſſe videtur. Mirifice autem hôc mutilô canone abutuntur Puritani; ſed vide Petavium ſupra laud. adnot. 11. in fin.

(17) De hac manuum impoſitione vide Juvenin laud. adnot. 10.

(18) Celebratum eſt Conc. Ancyran. ann. 314. Antiochen. autem ann. 341. Vide edit. Labb., vel Harduini.

que illis ſtatim certiſſime impoſitus modus. Exinde enim ſummâ cum Epiſcopis pace per Orientem obtinuiſſe conſtat. At enim queſtum licet legamus S.Baſilium (19) in ea, quae ad Chorepiſcopos ſcripta eſt, epiſtola, diligentiae eorum neglectu, multos quidem numeratos fuiſſe in unoquoque Caeſarienſis Parochiae pago Miniſtros, ſed dignum altaris Miniſteriô neminem: id ad ſocordiam potius in adlegendis, quam ad auctoritatem in ordinandis majoribus Clericis (ſi tamen de majoribus loquitur) referendum. Ultima illorum in Graecorum monumentis mentio Concilii Nicaeni II. aevô (20) proſtare videtur, in quo eis promovendorum Lectorum ſecundum antiquam conſuetudinem, Epiſcopi tamen praeceptô, confirmata facultas. Coërcitam ſatis intermediô tempore Chorepiſcoporum in Oriente poteſtatem haud injuriâ ex hoc canone quis intulerit; quod ad Lectores dumtaxat ordinandos antiquam conſuetudinem adduxerit, quum amplius ex Antiocheno canone illis jus fuerit. Poſt ea tempora nullam apud Graecos Chorepiſcoporum mentionem legiſſe memini: quique ſaeculô XII. Scriptores Graeci, canones interpretantur, eos, non proditâ quidem cauſâ, ſed illi fortaſſe, quâ Occidentales Chorepiſcopi ſibi interitum accivere, haud abſimili, omnino exoleviſſe memorant. Illis Exarchos ſucceſſiſſe ſcribit (21) Harmenopulus, ſive illius potius Scholiaſtes; at eoſdem Exarchos eſſe, ac Periodeutas, mavult (22) Balſamon. Porro ſunt qui putarunt (23) eoſdem olim in Oriente Chorepiſcopos fuiſſe ac Περιοδευτὰς *Periodeutas*, quod hos quidem, at non Epiſcopos, in villis conſtitui juſſerit Synodus (24) Laodicena. Et qui in villis conſtituti, niſi Chorepi-

(10) S. Baſil. epiſt. 181. ſecund. veterem edit.

(20) Nicaen. 2. can. 14.

(21) Harmenopol. in notis ad epitom. canon. ſect. 1. tit. 9. lib. 6. jur. graec. Romani, ubi legitur: *Chorepiſcopi ſunt qui nunc vocantur Exarchi.*

(22) Balſamon ad can. 57. Laodicenum infra relat. adnot. 28. & in can. 13. Ancyran. *Chorepiſcoporum gradus omnino exolevit.*

(23) Marca 2. concord. cap. 13. num. 6. Thomaſ. p. 1. lib. 2. cap. 1. nu. 10.

(24) Syn. Laodic. can. 57. *Quod non oportet in vicis, & pagis Epiſcopos conſtitui, ſed Periodeutas; verumtamen jampridem conſtituti nihil faciant praeter conſcientiam Epiſcopi Civitatis; ſimiliter & Presbyteri praeter conſilium Epiſcopi nihil agant.*

piſcopi! Quod ſi verum eſſet, Presbyteratus Chorepiſcoporum ex genere ſuo inviĉtiſſimum ſufficeret argumentum. Verum utroſque, e gradu licet Presbyterorum, diverſos fuiſſe, tum ex Conc. (25) Chalcedonenſi, quum vero ex C. Juſtinianeo, atque ex Syro-Maronitarum ritu, qui & Chorepiſcopos adhuc habent, & Periodeutas diverſis addiĉtos muneribus, meridianâ luce clarius patet. Erant Periodeutae non Curati, ut Salmaſius vertit (26), ſed viſitatores (27), circuitoreſque, qui Parochias, ut cunĉtos in diſciplina continerent, circumcurſabant; quum contra Chorepiſcopi alicubi conſtituti, pagorum curam haberent. Succeſſerunt itaque Periodeutis Exarchi, quos circumcurſare, *ut deliĉta animae obſervent, fideleſque perficiant* idem Balſamon (28) tradit. Chorepiſcopis po-

(25) Vide Conc Chalcedon. aĉt. 4. & 10. Item l. Juſtiniani 22. C. de Epiſcop. & Cleric *Si vero Oeconomus, ſeu Defenſor, vel Chorepiſcopus, vel Periodeuta, vel Xenodochus, vel Noſocomius, vel Ptbochotropus comperietur praebuiſſe quid, ut ſibi cura illa committeretur, & hunc removeri ab hujusmodi cura jubemus.* Vide etiam quae ex Synod. Maronitarum Libanenſi anni 1736. referuntur in C. Liturgico Eccl. univerſ. tom. 10. fol. 143., quamvis hodie Periodeutas cum Chorepiſcopis apud Syros Orientales & Graecos confundi ibidem notetur.

(26) Differit egregie adverſus Salmaſii verſionem Petavius 2. de Eccl. Hierarch. cap. 12. n. 8. & ſeqq.

(27) Occurrit & in jure Rom. leg. 6. D. de excuſat. nomen Periodeutarum, ut eô Medici indicarentur, qui circumcurſantes per urbes, aegros viſitarent. Ita ibi: *Grammatici, Sophiſtae, Rhetores, Medici, qui Περιοδευταὶ, ideſt circuitores vocantur, quemadmodum a reliquis muneribus, ita & a tutela & cura requiem habent.* Intellexit heic Salmaſius in Solin. tom. 2. pag. 1050. Medicos circumforaneos, & circumlatores, quos circulatores, & Charlatanos vulgus nominat: *eleganti conjeĉturâ quis neget?* inquit Petavius. *Nempe ſordidos iſtos homines, ac ne in infimâ quidem plebe numerandos, immunitate, & privilegiis honeſtandos eſſe jura cenſuerunt. Vide criticum ſecur.* Legis mentem unice adſequitur Mens juris Cujacius in eam adnotans: *Περιοδευτὰς Medicos dici, qui circumeunt urbem, ſanitatis hominibus reddendae cauſsâ, quibus immunitas datur, non etiam eis, qui domeſtico & umbratili ſtudio dediti ſunt. Ut ergo intelligeretur, eis tantum immunitatem dari, qui medendi artem exercent, adjecit, qui Περιοδευταὶ vocantur. Sedentarii, & in umbra, ut ita dixerim, ſtudia medicinae educantes, immunitatem non habent.*

(28) Balſamon in can. 57. Laodicen. *Sunt autem Periodeutae, qui hodie ab Epiſcopis promoventur, Exarchi. Hi enim circumcurſant, & deliĉta animae obſervant, & fideles perficiunt.* Et in Synod. Libanenſi laud. loc. fol. 141. & ſeq. *Periodeutae ex eo diĉti ſunt, quod nullibi propriam ſedem habent, ſed huc, & illuc per pagos, & vicos fidelibus in officio continendis vagentur. Sunt autem apud nos Periodeutae qui hodie apud Graecos Exarchi vocantur: hi enim circumcurſant, ut deliĉta animae obſervent, & fideles in ordine componant.* Occurrit autem & inter dignitates Eccl. Cpolitanae Exarchus, quartus a Protopapa in choro ſiniſtro apud Anonymum Monchallian; ut & apud Codin, cap. 1. num. 41. de quo Gret-

potius, ut apud nos Rurales Archipresbyteri, Decanique Chriſtianitatis, ita & apud Graecos ſuffecti ſunt Protopapae Plebium Curiones: eaque de cauſſa Balſamonem, ſui ipſius aevi ſtilô utentem, in quo inter Chorepiſcopos, & Presbyteros nulla prorſus erat differentia, Protopapas, & Chorepiſcopos ſaepe coaequaſſe autumat (29) Binghamus. Quae tamen idcirco hôc pactô refert, quod olim illud, quod inter Epiſcopos, & Presbyteros eſt, intercesſiſſe diſcrimen putet. Verum etſi nulla ordinis, aliqua nihiloſecius juriſdictionis, quod arctioribus conſtricta limitibus ea Protopaparum eſſet, differentia intererat; & quod priores poſterioribus ſucceſſerint, quodammodo coaequaſſe Balſamon viſus eſt.

IV. Apud Syro-Maronitas nihilominus vigent adhuc hodieque in Oriente Chorepiſcopi a Periodeutis, Protopapiſque diſtincti; qui tamen omnes in gradu ſunt Presbyterorum, peculiares licet in eorum Pontificalibus libris promovendi (30) Chirotoniae habeantur, quae, ut vel ipſi fatentur, ex Jeſu Chriſti inſtitutione non ſunt. Nam quod de Alexandrino Patriarchatu, ex litteris quibuſdam Cyrilli Lucaris Patriarchae tunc Alexandrini e Valachia anno CIↃIↃCXII. datis (31), Morinus, ac Marca referunt, deletis ibi jam ab ducentis annis Epiſcopis, ſolos Chorepiſcopos Patriarchae curam in Eccleſiarum adminiſtratione levare, ſubleſtae omnino (32) fidei

Gretzerus, & Goar. ad eund. pag. 15., & 176. edit. cit. Nam non eſt hujus loci plura. Cave tamen ne Exarchos hujuſmodi, cum magnis illis antiquis Exarchis Dioeceſeos confundas, aut cum Exarchis illis titularibus ſequiorum temporum, poſità inter Metropolitas a Graecis differentiâ, Exarchorum, & Hypertimorum, quorum notitia eſt edita ab eodem Goar ad calcem Codini. Qui fuerint jam habes ex Balſamone. Exarchorum Monaſteriorum meminit quoque Novell. Juſtiniani 135. cap. 4.

(29) Bingham. tom. 1. origin. pag. 78. Sed ad rem fortaſſe non videtur locus, quem laudat, Balſamonis ex comment. in can. 57. *finge Presbyterum poſſidere bona Eccleſiaſtica, ut qui ſi forte promotus fuerit Chorepiſcopus, vel Protopapas &c.*

(30) Vide Cod. Liturgic. Aſſemani tom. 9. & 10. in quibus Syrorum Maronitarum ordinationes collectae ſunt. In Synodo Libanenſi Archidiaconus, Periodenta, Archipresbyter, Chorepiſcopus, & Patriarcha inter dignitates dumtaxat recenſentur. Confer hujus Cod. tom 10. fol. 9. praefat., & tom. 9. fol. 84., & ſeq. ubi hi benedici, non ordinari dicuntur in Synodo Libanenſi.

(31) Morin. de ſacr. ordinat. par. 3. cap. 6. §. 4. Marca concord. lib. 2. cap. 14. n. 9.

(32) Cyrilli hujus narrationem, ſi vera eſt, benigne interpretari conatur Thomaſſinus tom. 1. p. 2. cap. 2. n. 10.

Sed

Digitized by Google

dei eſt. Quam enim ſibi conciliat auctoritatem Cyrillus iſte doctrinae trapezita famoſus, qui mox Batavorum pecuniâ in Sedem Cpolitanam intruſus, avitae Religioni nuncium miſit, Graecamque Eccleſiam ſchiſmate, atque erroribus jamdiu divulſam, attritamque, Calvinianae etiam ſectae reddidit vectigalem! Adverſus illum jam vitâ functum, celebrata annô CIↃIↃCXLII. ab Parthenio ſucceſſore celebris illa (33) Synodus Graecorum eſt, quâ Proteſtantium ab eo diſſeminatae haereſes, ab ipſis etiam Romanae Eccleſiae acerrimis, ac capitalibus hoſtibus jugulatae ſunt. At ad Maronitas ut redeam, quum Chorepiſcopos retinuerint, Protopapas plebium Curiones omnino non habent; ſed unum dumtaxat in Cathedrali ex more veteri, quem *Churi* (34), aut *Churojo* indigenarum linguâ vocant. Quae de illo in poſtrema Synodo Libanenſi ſancita occurrunt, ad ea quibus de agimus opportune illuſtranda, huc integra transferre (35) placet. *In Eccleſia Orientali Epiſcopus in Urbe habet Vicarium, qui Protopapa, Protopresbyter, Archipresbyter, & a nobis Churi appellatur: in ſingulis vicis, & pagis Chorepiſcopos conſtituit: Periodeutas autem, ſeu circumcurſatores, atque Viſitatores*

Sed erroni huic, & nullius fidei homini Calvinianis vendito, omnem jure auctoritatem derogat Bertius de Theologic. diſciplin. lib. 36. cap. 10. in fin.

(33) Vide hunc Synod. tom. 15. Concil. Labb. fol. 1714. edit. Paris, vel apud Bail. tom. 2. Conc. fol. 739. edit. Patavinae, & quae ibi de Cyrillo narrantur.

(34) In Cod. Liturg. tom. 9. fol. 204. legitur integra Chirotonia Maronitarum, quâ perficitur *Churojo*, qui eſt cum Epiſcopo, quae ſic incipit. *Quoniam ſic definiverunt Apoſtoli in canone, ut ſit Churojo unus cum Epiſcopo, & unus Archidiaconus . . . Et propterea Chorepiſcopus vocatus eſt &c.* quae poſtrema verba quo ſe referunt plane non video, quum Chorepiſcopum a Churojo ſatis Maronitae diſtinguant, ac fol. 221. ſequatur *Chirotonia, quâ perficitur Chorepiſcopus*. Et quod magis mirere, infra in formula ſic habetur fol. 213. *Dominus Deus benedicat te, & faciat Chorepiſcopum ſuper altare ſanctum S. Domini N. Oppidi N. In nomine &c.* An locus ſit corruptus, alii videant; nam in Synodo Libanenſi legitur in hac eadem formula; *& faciat te Archipresbyterum*. Vide tom. 9. C. Liturg. fol. 86. praefat. Illud moneo, ordinationes Maronitarum a Morino in opere de ſacr. ordinat. vulgatas, ubi & Archipresbyteri ordinatio occurrit, mutilas omnino eſſe, quum non ex Pontificali libro, ſed ex Diaconali excerptae fuerint; adeoque nonniſi eas orationes contineant, quae a Diacono, ac Miniſtris, non autem quae a Pontifice offerri ſolent; ut Aſſeman. junior. in praefat. tom. 9. Cod. Liturg. fol. 26. & ſeqq. animadvertit.

(35) Ex adpendic. ad tom. 10 Cod. Liturgici fol. 141. 143., & 144.

res ordinat, quorum cura eſt, vicos omnes, & pagos circumobire, & cunctos ad rectae vitae, ſanaeque doctrinae normam efformare. Horum autem dignitas perpetua eſt, quia per manus impoſitionem traditur, tametſi propter delictum ſuſpendi poſſint ab officio, & amoveri.

V. Et infra. *Etſi in diverſis pagis & vicis unius, ejuſdemque Epiſcopalis Diaeceſis, plures inſtitui poſſint Chorepiſcopi, non alibi tamen ordinantur, quam ubi frequentes ſunt vici, & pagi, & non exiguus Presbyterorum numerus. Periodeutam vero, & Archipresbyterum, ſeu Protopapam unum tantum unuſquiſque Epiſcopus in ſua Diaeceſi, vel Civitate habeat; eo quod hic quidem omnibus Civitatis Presbyteris praeeſt; Periodeuta vero, non ad unum vel duos, ſed ad omnes Diaeceſis pagos, vicoſque viſitandos deſignatur. Si quis autem Epiſcopus, vel plures Periodeutas, & Archipresbyteros urbicos in ſua Diaeceſi; vel aliquem Periodeutam, Archipresbyterum urbicum, vel ruralem, ſeu Chorepiſcopum pro aliena Dioeceſi ſine illius ordinarii licentia ordinaverit; ipſe quidem ad certos dies a Pontificalibus arbitrio Reverendiſſimi Patriarchae ſuſpendatur; ordinatus vero in perpetuum ab executione dignitatis, quam accepit, ſuſpenſus maneat.* Sed quae de Protopapis Eccleſiarum Cathedralium, eorumque in Eccleſia praerogativis, eô quod proxime praecedit capite diximus, mirifice confirmant haec quae ſequuntur. *Praeſente Epiſcopô, neque Archipresbyter, nec Chorepiſcopus, aut Periodeuta, facultatibus quas in ordinatione acceperunt, utantur, aut crucem in manu deferant, vel mitram in capite geſtent, niſi expreſſam ab illo habuerint licentiam. Abſente autem Epiſcopô, tum Archipresbyter in Cathedrali, tum Chorepiſcopus in ſuo pago, in diebus ſolemnibus, & feſtis, primum in choro locum habeant, & mitram etiam gerant, modo ſedeant in medio gradu infra gradum Epiſcopi: quum vero ſimul inter ſe, aut coram Epiſcopo conveniunt, praecedit Archipresbyter urbicus, ſequitur Chorepiſcopus, & tertium locum occupat Periodeuta.* Jam hinc vides abſente Epiſcopô, omnem in Eccleſia ad Protopapam Urbicum devolvi primatum, quemadmodum de Protopapa Cpolitano ibidem conjecimus.

Digitized by Google

VI. Hâc datâ occaſione Protopapae Maronitarum inſignia hôc locô memoranda, quae ex ritu benedictionis illius facile cognoſci poſſunt. Geſtat (36) autem binas in manibus cruces, & mitram in capite: utitur item & baculô paſtorali. Porro hoc inter ejus, & Periodeutae ornamenta intercedit diſcrimen, quod hic unam dumtaxat crucem manu gerat; & pedô quidem in ſignum commiſſi, dum provinciam obit, gregis, mitrâ vero numquam utatur. E gradu quoque Periodeutarum adſumi Protopapas debet, eâ conſtanti lege, ut ſi inde non proveheretur, in Periodeutam prius, dein in Protopapam conſecrari oporteret. Mitra itaque, binaeque cruces aeque Protopaparum, & Chorepiſcoporum apud illos inſignia ſunt, ut ex aequo Chorepiſcopus, aut e Periodeutae, aut e Protopapae gradu ſeligi poſſit, in quarum prima ſpecie haud neceſſe eſt prius in Archipresbyterum promoveri. Quae fortaſſe cauſſa eſt, cur aliquando in eorum codicibus Protopapas, Chorepiſcopi nomine nuncupetur. Verum quum Periodeuta ſit Protopapas, communem cum eo, ſive baptiſteria conſecrandi, ſive eccleſias, altariaque dedicandi; quinimo & populos chriſmate ex more (37) Orientalis Eccleſiae poſt baptiſmum conſignandi, poteſtatem habet. Quum revera autem non ſit Chorepiſcopus, nequaquam communi cum Chorepiſcopis, Cantores, Lectores ac Subdiaconos, qui ſoli in cenſum minorum ordinum apud Maronitas referuntur, ordinandi facultate potitur. Ampliori tamen fruitur juriſdictione, quod Archidiaconi in illorum Eccleſiis ex ordine Diaconorum adſumti, ſolis clericis praeſint, numquam Presbyteris, ſolique Archipresbyteri Epiſcoporum Vicarii nati cenſeantur.

VII.

(36) Confer pro omnibus quae ſequuntur eund. Cod., & excerpta in eo ex Synodo Libanenſi tom. 9. fol. 84., & ſeq. praefat. & tom. 10. in appendic. fol. 130. & 142. Haec autem Synodus, ut tandem dicam, ſpeciali conſtitutione Benedict. XIV. data 1. Septembr. 1741. Bullar. ſui tom. 1. conſt. 31. confirmata fuit. Inter Orientales, qui mitrâ diverſae licet formae, utuntur, ſunt Maronitae. Vide ſupra cap. 4. adnot. 16., & infra cap. 8. adnot...

(37) Super hoc ritu, praeter Arcudium lib. 2. de concordia Occ., & Orient. Eccl. lib. 2., & Habert. ad Pontifical. Graecor. pag. 710. Vide auream Holſtenii diſſertat. de Miniſtro Confirmat. apud Graecos editam Romae 1666. ad calcem adnotationum in Cluverium, & Ortelium.

Digitized by Google

VII. Sed ut ad Graecos redeamus, conſtare ex hactenus dictis poteſt, quam jure apud hos Chorepiſcopis Protopapas plebium curiones ſubrogatos fuiſſe dixerimus. Protopapas hujuſmodi primos fuiſſe Presbyteros, ex eis qui Parochiali in pagis Eccleſiae incardinabantur falſo putat (38) Chardonius. Parochos fuiſſe rectiſſime oſtendit Morinus (39), & ubi plures in oppido Parochi fuerint, primo, ſeu excellentioris Eccleſiae ceſſiſſe id nomen liquet, non certô ſolum praeeminentiae jure, ſed quâdam etiam in Presbyteros Paraeciae, aut loci, quibus praerat inſpectione, ac poteſtate, quod ſatis hujus capitis initiô indigitatum eſt. Recentiorem eſſe hanc vocis Protopapae notionem adpoſite monuit Cl. Mazochius (40), quod nuſquam prius adparuerint hujuſmodi Protopapae, niſi e medio ſublatis in Graecia Chorepiſcopis; ac ſuâpte veluti regiminis ingeniô, ſubſtitui in pagis oportuit, qui quaedam illorum officia ſupplerent, ut Periodeutis, mutato nomine, ſubrogatos fuiſſe Exarchos tradunt.

CAPUT VIII.

Protopapas Palatinus in aula Cpolitana qui fuerit? Varia illius munera inluſtrantur; ſive in benedictione menſae Imperatoris, ſive in ejuſdem ad Eccleſiam ingreſſu. Item in conſecratione aquae in feſto Theophaniae, & in lavipedio Coenae Domini, quae in Capella Palatina fiebant. Denique in Coronatione Imperatoris, in Enthroniſmo Patriarchae, & in procinctu ad aciem.

I. IN tanta nihiloſecius rerum obſcuritate, ſingulari quâdam ratione de altero Protopapa Cpolitano agendum eſt, qui etſi, neque inter Cathedralium Protopapas, neque inter plebanos adnumeretur, proxime tamen ad Curionum ge-

(38) Chardon. hiſtor. ſacram. tom. 3. lib. 2. cap. 10. in fin.

(39) Vide ſupra hôc cap. n. 1.

(40) Mazochius, cujus verba infra habes cap. 13. n.

Digitized by Google

genus accedit, quod Palatini Cleri caput eſſet, & veluti Aulae Imperatorum Parochus. Hic magnus Protopapas (1), vel Magni Palatii *Protopapas* paſſim audiebat, quod fortaſſe quanto in Clero Cpolitano ob evectos Exocatacoelos depreſſior Magnæ Eccleſiae Protopapas, tanto hic notior, & honoratior. Suus nimirum Auguſtorum Palatio Cpoli Clerus erat, qui divina in illo officia proſequebatur, ſacraque celebrabat myſteria, haud aliter ac aevô ſequiori apud Principes occidentales obtinuit. Etenim Capellarum hujuſmodi Palatinarum originem, uſque ab aetate Conſtantini, qui primus Chriſtianae religioni nomen dedit, arceſſunt plerique, aliquibus freti Euſebii (2), & Sozomeni locis, quos ex propoſito excutit, inluſtratque Thomaſſinus. Illud exploratum, ſub Theodoſio juniore (3) Capellarum hujuſmodi in aula Cpolitana uſum haud dubium, controverſumque videri. Ut autem in occidente Palatinis Cleris praefecti, Archicapellani, & Eleemoſynarii vocabantur, ita Cpoli Aulae *Papatium* caput, ut ceteri primi, ſummique *Papates*, Protopapae nomine more Graecanicô conſebatur. Sane Imperatores Cpolitanos ſummis ſaepe laudibus Gregoras (4) extollit, quod Palatii Clero viros adſcriberent, & pietate, & eruditione cele-

(1) Magnum Protopapam vocat Phranzes, cujus locum infra habes infra n. 9. De cujus nomine haec ex Cangio in Glſſario mediae Graecit. Πρωτοπαπᾶς τȣ̃ Παλατίȣ *Protopapas Palatii* nuncupatus occurrit apud Leonem Grammaticum in Conſtantino Porphyrogenito pag. 491. Anonymum Combefiſianum in eod. Porphyrogenit. n. 10. & Scylitzem pag. 612. Πρωτοπαπᾶς τȣ̃ Μεγάλȣ Παλατίȣ *Protopapam Magni Palatii* apud eundem Scylitzem pag. 649. & Glicam pag. 306. Πρωτοπαπᾶς τῶν Βασιλέων *Protopapas Imperatorum* apud Zonaram in Nicephoro Phocha pag. 160. ὁ τȣ̃ ἱερȣ̃ συςήματος τε, κ̀ Κλήρȣ τῶν βασιλικῶν αὐλῶν Ἀρχηγός. *Sacrique coetus, & Cleri Auguſtarum aedium Princeps*, apud continuatorem Theophanis lib. 1. n. 20. Anonymus de Clero Palatino Καὶ Βασιλικῶν τῶν ἱερέων ὁ πρῶτος. *Auguſtalium ſeu Regiorum Sacerdotum primus.*

(2) Euſeb. de vit. Conſt. lib. 4. cap. 17. Sozomen. lib. 1. cap. 8. Vide Cang. v. *Capellae Palatinae*, & Thomaſſin. p. 1. lib. 2. cap. 109. n. 13. & ſeqq.

(3) Vide Socrat. lib. 7. hiſt. cap. 22. *Ejus Regia non diſſimilis fuit Monaſterio. Nam primo diluculo ille ipſe cum ſororibus ſuis hymnos alternatim decantatos recitavit.* ex verſ. Chriſtophorſoni. Vide etiam quae ſub Heraclio ex Theophane refert Thomaſſ. cit. loc. cap. 93. num. 6.

(4) Nicephorus Gregoras lib. 5. & 6. pag. 61. & 76. Simile quidpiam de Capella Regum Franciae ſub Dagoberto II. narrat Stephanus Laodicenſis in vita S. Modoaldi Epiſcopi Trevirenſis. Vide Thomaſſ. p. 1. lib. 2. cap. 109. n. 7.

lebriores, ut in eorum referri cenſum, ad Epiſcopales Sedes, & Metropolitanas, & Patriarchales veluti gradus haberetur. Verum. Patriarchae Polyeucti cum Romano Imperatore Conſtantini Porphyrogennetae filio notae etiam in Hiſtoria (5) Graeca diſcordiae ſunt, quod iſte apoſtatam Monachum Palatino Clero adgregaſſet, quem poſt Romani mortem, vi ſe in clauſtrum detruſum obtendentem, Patriarcha redire compulit ad Monaſterium. Ad uſque Leonis Armeni tempora, qui annô IↃCCCXX. e vita ſublatus eſt, mos fuerat ut Palatini Clerici, domi ſuae degentes circa tertiam noctis vigiliam ad portam Elephantinam, ſeu eburneam Palatii convenirent, indeque in Templum progreſſi Deo matutina vota nuncuparent. At poſtquam (6) laudatô mox annô, nocteque diem Dominicae Nativitatis ſubſequente, in Leonem ob inſtantem Michaelis Balbi, illius juſſu, mortem conjurati, pugionibus ſub alas occultis, una cum Clero Palatino ingreſſi ſunt in Palatium, abditique in obſcuro Templi loco, teſſeram ſunt praeſtolati, ad quam, factô cuneô, Leonem in altaris penetralia ſe ſubducentem miſerrime trucidarunt; ſtatutum inde, ut qui in Palatino Templo pſallerent Clerici, in Palatio deinceps habitarent. Conſpicuus adeo hic Clerus fuit, ut in epiſtola illa viginti ſex Metropolitarum Graecorum occaſione Concilii Lugdunenſis II. ad Gregorium IX., ob utriuſque Eccleſiae unionem, annô CIↃCCLXXIV. data (7), opportune ab altero Patriarchalis Eccleſiae diſtinguatur, nec minimae in ea cauſſa videatur eſſe auctoritatis.

II. Evenit autem quandoque, ut qui M. Eccleſiae, is quoque Imperatorum electione Cleri Palatini Protopapas eſſet. Rem narrat Codinus. *Protopſaltem*, *inquit*, (8) *non habet Eccleſia*, *ſed Domeſticum*. *Imperatorius Clerus utrumque ba-*

(5) Cedrenus pag. 749. edit. Pariſ.

(6) Rem diſtincte narrat Cedrenus idem pag. 418. 469. 494. 612. 642. Vide etiam continuatorem Theophanis, Leonem Grammaticum, Conſtant. Porphyrogenit. Simeonem Logothetam & Georgium Monachum a Pagio laudatos ad ann. 820. n. 3.

(7) Confer hanc epiſtol. editam in collection. Concilior. Labbaei, vel Harduini, & apud Wadingum in annalib. minor. ad eum ann.

(8) Codin cap. 17. num. 39. fol. 125. edit. cit. ubi agit de coronatione Imperatoris. De Protopſalte, & Domeſticis hujuſmodi diximus ſupra cap. 2. n. 7., & adnot. 75.

habet. Et quidem Protopſaltes Cleri Imperatoris Exarchus, ſeu praepoſitus eſt. Domeſticus autem Cleri Imperatricis, Exarchus eſt. Et olim quidem habebat Eccleſia alium Domeſticum, praeter illum Imperatricis. Aliquando idem utrique Clero inſervit, quemadmodum Protopapas quoque. Habet Imperator Protopapam in ſuo Clero: habet & Eccleſia. Eſt quum idem utrique Clero adnumeratur. Prima, quod ſciam, Palatini Protopapae mentio apud Scylitzem eſt, diſcordias narrantem, quae Romanô juniore extinctô, inter Nicephorum Phocam Imperium invadentem, atque Polyeuctum Patriarcham anno IϽCCCCLXIII ſubortae ſunt, ob Theophanonis Romani Viduae cum Nicephoro inceſtas nuptias (9), quod is unum ex illius filiis antea ſacrô fonte ſuſcepiſſe diceretur. *Diu recuſantem Polieuctum, inquit Curopalates, cum Imperatore loqui, ipſe Caeſar (Bardas Nicephori Pater) certo firmavit, ſe eum non ſuſcepiſſe puerum. Quin etiam Stylianus Protopapas Magni Palatii, ex quo primum talis fama coeperat divulgari coram Senatu, & Synodo, neque vidiſſe ſe, neque alicui dixiſſe ajebat Bardam, vel Nicephorum ſuſcepiſſe puerum. Polyeuctus autem quamvis aperte noſſet Stylianum pejerare, crimen* (10) *ſynterniae, id eſt ejus qui a baptiſmo filium ſuum, vel alterius ſuſcepit, condonavit.* Scilicet is habebatur hac de re teſtandi auctor idoneus, cui Regiae Familiae, Aulaeque totius cura commiſſa erat. Poſt illum autem & Euſtathium Aulicae Eccleſiae Protopapam fuiſſe ineunte ſaeculô undecimô, ex Byzantinae Hiſtoriae ſcriptoribus (11) noſcimus; quo ex loco ad infulas Pa-

(9) Vide quae hac de re ex Curopalate, & Cedreno narrant Baronius ad ann. 963. n. 45., & Fleury hiſtoir. Eccleſiaſtique livre 56. n. 8. Plura Pagius ad eum ann. ex Leone Diacono auctore inedito, qui tamen Styliani teſtantis haud meminit. confer Zonaram pag. 610. & Glicam pag. 306.

(10) De hoc impedimento jamdiu apud Graecos recepto vide can. Trullan. n. 53.

(11) Scylitzes pag. 717. Joëles in chronogr. pag. 182. Zonaras in chronic. ſub Baſilio Bulgaroctono, quos Cangius laudat in utroq. Gloſſar. v. Protopapa. Cedrenus pag. 706. De Sergio Patriarcha defuncto loquens: *Suffectus*, inquit, *eſt ei Euſtathius Palatinae Sedis Presbyterorum Princeps*. Hoc nimirum nomine effertur Euſtathius, quod idem erat ac Πρωτοπαπᾶς τοῦ Παλατίου. Suſpicor autem Palatii fortaſſe Protopapam fuiſſe Thomam illum Presbyterum, qui quartas Leonis ſapientis nuptias benedixit, ea de cauſſa a Patriarcha Nicolao Myſtico Presbyteri honore privatum. Vide quae ex Graecis monumentis Baron. habet ad ann. 991.

Patriarchales anno CIↃXIX. a Baſilio Bulgaroctono tranſlatum referunt. Sed cavendum heic ab inopino illo Marquardi (12) Freheri lapſu, qui Euſtathium hunc eundem ac illum eſſe putavit, qui ſpiſſos elegantesque in Homerum commentarios, ac in Dionyſum Periegetem ſcholia edidit. Etenim hic alius Euſtathius, ſequenti ſaeculô, annô circiter CIↃCLXX. Archiepiſcopus Theſſalonicenſis, non Patriarcha Cpolitanus florebat.

III. Nullum interim in Palatino hoc Protopapa juriſdictionis in aulae Clerum veſtigium; quod a Patriarchae ſaltem nutu penderet, mihi adhuc perſpectum. Porro in occidentalium Principum Palatiis, omnem aulae Clerum ſub ſua juriſdictione habuiſſe (13) videntur Archicapellani: cujus quidem in Clero Aulae Orientalis diſcriminis cauſſam inde expiſcari quis poterit, quod Clero iſti ſuus eſſet Archidiaconus, quem, abſortâ in M.Eccleſia a Chartophylace ejuſmodi dignitate, manſiſſe nihilominus in Palatio ſuperius (14) obſervavimus. Hunc autem Archidiaconum ex ſex illis M. Eccleſiae Sophianae Exocatacoelis eligere Imperatores ſolebant, eaque de cauſſa phelonem portare Codinus (15) narrat. *Imperator, inquit, quum deſignat Archidiaconum ex Exocatacoelorum ordine tamquam honoratiore eum deſignat, nec aliunde adſumit.* Hinc Thomaſſinus (16) conjectat, nullum alium in Clero Patriarchali creatum fuiſſe Archidiaconum, propterea quod, quem Clero ſuo Imperator deſignaſſet, is Clero Patriarchali ſemper adcenſeretur, ex quo adſumtus fuerat. Verum quôvis haec res ſe ſe habuerit modô, quis crediderit vel minimam juriſdictionis umbram in Palatinum Clerum eſſe Protopapae potuiſſe, ubi ex Exocatacoelis quiſpiam ab Auguſtis adſumtus Archidiaconi vice fungebatur? Satis abunde illi erat, ſi in iis quae ad Presbyteralis officii miniſterium pertinebant, primas haberet.

Non-

(12) Marquard. Freher. in Chronologia, quam juri Graec. Rom. Leunclavii ab ſe edito praefixit. Inſigni propterea cenſurâ notatur a Voſſio 4. de hiſtoric. Graec. cap. 19. poſt Allatium 2. de conſenſ. utriuſq. Eccleſ. cap. 8. Vide etiam Oudin. tom. 2. fol. 1539. ubi plura de aetate Euſtathii.

(13) Vide quae de juribus Capellae Francor. Regis ex Hincmaro diſſerit Thomaſſ. p.1. lib. 2. cap. 110. n.13.

(14) Confer ſupra cap. 3. n. 5.

(15) Codin. in cit. libell. cap. 9. n. 6.

(16) Thomaſſ. p. p. lib. 2. cap. 20. n. 3. Vide & quae ulterius conjecit locô ſupra relatô cap. 3. n. 5.

Nonnulla ex eis, quae coram Imperatore agere Protopapas debebat, nobis deſcriptas reliquere Scriptores Graeci. Nihil ultra.

IV. Sane Imperatoris menſae benedictionem impertiri ad Protopapam ſpectaſſe, agens de die ſolemni Paſchae Codinus (17) ſcribit. *Abſolutâ, inquit, liturgiâ, Imperatore jam ad menſam praeſente, priuſquam accumbat, venit Protopapas, aut alius de Sacerdotum numero, & benedicens Imperatoriam menſam, eo quod Quadrageſima jam effluxerit, tempuſque carnis edendae advenerit, acceptô pane, & ferculô diſcedit*. Mirum eſt aulae Archidiaconum hanc ſibi praerogativam non adrogaſſe, quum una earum fuerit, quas olim invaſiſſe primum Diaconos, ex S. Hieronymo alibi (18) retulimus. Morem hunc cibis bene adprecandi priuſquam ſumerentur, a Jeſu Chriſto Servatore noſtro ſuam traxiſſe originem certum eſt, quem quotiens menſae accubuit, & benedictione uſum fuiſſe, & gratiarum actione (19) legimus. Conſtanter ſubinde Eccleſia illud Apoſtoli (20) tenuit. *Nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei, & orationem*. Tunc vel maxime, quum abolendô Manichaeorum errori (21), qui creaturis a malo Principio, ut ſomniabant, originem trahentib. maledicebant, exhorrebantque eas obſtinate, propius inſiſtens, nihil immundum eſſe, omniaque praemiſſâ benedictione ſumenda voluit. At ſecundum aliam illam ejuſdem Apoſtoli (22) regulam: *ſine ulla*

(17) Codin. cit. cap. 7. n. 20.

(18) Confer ſupra cap. 5. n. 1.

(19) Vide Marci 6. 41. & 8. 6. & 7. Lucae 9. 16. & 24. 30. & alibi.

(20) In 1. ad Timoth. 4. v. 4. & 5. Hinc, ut cibus, potuſque apud veteres Chriſtianos benedictione ſanctificarentur, morem fuiſſe liquet ex Tertull. de coron. milit. 3. Cyrill. Hieroſolym. catacheſ. 4., & 13. Athanaſio in inſtitutione Aſcetriae. Origene 3. in Job. Hieronym. in epiſt. ad Euſtoch. de cuſtodia virginit. ex conſt. Apoſtolic. lib. 6. cap. 11. & lib. 7. cap. 48. Plura de origine ritus benedictionis menſae Gretzerus lib. 2. de benedictionib. Nigronius in tract. de benediction. menſae. Catalan. in Rituale Roman. tit. 8. cap. 13. Canonem 12. diſt. 44. *Non liceat Clericos, niſi hymno dicto comedere panem &c.* quem Gratian. tribuit Concilio ſub Martino, ita interpretati ſunt nonnulli, ut praeceptum innueret. Quod ſi ita intelligitur, ut ad illud Apoſtoli referatur: *ſive manducabitis, ſive bibetis &c.* cum illis me habebunt, & quoſcumque in Chriſtiana morali ſapiunt.

(21) Vide Baron. ad ann. 283. n. 15.

(22) Ad Hebraeos 7. v. 7.

Digitized by Google

ulla contradictione , quod minus eſt a meliore benedicetur , id quoque perpetuo docuit, benedictiones ejuſmodi , quas invocativas potius quam conſtitutivas Theologi e ſchola vocant, a dignioribus ubilibet eſſe impertiendas . Saeculô nonô Bulgari nuper ad fidem converſi, a (23) Nicolao I. quaeſivere: *ſi licet ſuper menſam in qua Sacerdos, vel Diaconus deeſt, vexillum ſanctae Crucis imprimere, & comedere*. Reſpondit Pontifex: *quod procul dubio licet ; nam omnibus datum eſt ut & omnia noſtra hôc ſignô debeamus ab inſidiis munire Diaboli ; & ab ejus omnibus impugnationibus in Chriſti nomine triumphare. Supereſt tantum, ut quum potior adeſt, inferior hoc ſibi, niſi juſſus, non audeat adrogare*. Ex ejuſmodi interrogato dubitari fortaſſe poterit , an id muneris etiam praeſente Presbyterô Bulgarorum Diaconi ſibi vindicarent. Verum de iſtiuſmodi jampridem Hieronymus (24) dixerat: *Diſcant qui hoc faciunt ſe non recte facere* . Diaconi enim , ubi Presbyter aderat, uti benediceret ſupplicabant ; ac nonniſi ab eo juſſi id munus explebant , quemadmodum heic expoſuit Nicolaus . Abſente Nihilominus Protopapâ , non ſupplet heic Archidiaconus, ſed e numero Sacerdotum alius , quod non ſatis dignum Exocatacaelo videretur, ei muneri ſubrogari, quod ab initio non invaſit .

V. Dubitari jure heic poterit, an quotidianum hoc Protopapae munus fuerit, an in diebus dumtaxat ſollemnioribus, quemadmodum de magno Paſchatis die innuere Codinus videtur, *eo quod Quadrageſima effluxerit, tempuſque edendae carnis advenerit*. Sollemne quippe aliquando apud Chriſtianos ubique terrarum fuit , nihil niſi a Sacerdote benedictum in fractione jejunii Quadrageſimalis comedere , quemadmodum Johannes Belethus Saeculo XII. (25) , in quo florebat , ad-

Q huc

(23) Nicolaus I. in reſponſis ad conſulta Bulgaror. cap. 53.

(24) Hieronym. in epiſt. 85. quae eſt ad Evangelum.

(25) Johannes Belethus Doctor Pariſienſis in expoſitione divinor. officior. cap. 118. Floruit certiſſime ſaeculo 12. uti Caveus in hiſtor. litterar. ad ann. 1162., Oudin tom. 2. col. 1589. aliiq. oſtendunt. Natal. Alex. , qui in prima hiſt. Eccl. edit. ejus aetatem ad ann. 1553. , quô primum ejus Rationale divinor. officior. editum fuerat, diſtulerat, in ſecunda lapſum correxit tom. 7. cap. 6. an. 15. Vide relata verba apud Martene tom. 3. de ritib. lib. 4. cap. 25. n. 32. fol. 497. edit. Mediol.

huc ſervatum teſtatur. *Nihil*, inquit, *quod non ſit a Sacerdote benedictum hôc die Paſchatis comedere debemus. Unde etiam nunc in quibuſdam regionibus pro more receptum eſt, ut in magno vaſe omnia, quae velint illô die comedere, fercula ad Eccleſiam deferant, in cujus atrio, & veſtibulo a Sacerdote cum cruce, & aqua luſtrali, quam benedictam dicimus, in ſacris veſtibus benedicuntur*. Ejus verba integrô circiter poſt illum ſeculô exſcribit Durandus (26) Mimatenſis, illud addens idcirco nos, eâ die, edere, niſi quod a Sacerdote benedictum eſt, non debere, *quia inimicus noſter tunc magis ſatagit ſupplantare*. Cujuſvis autem pretii haec ratio fuerit, inde tamen uſum per id temporis fuiſſe communem plane conficitur. Porro ejus per eam aetatem moris in Sicilia, atque Calabria teſtes ſunt locupletes fragmenta antiqui Panormitani Miſſalis ab Canonico de Johanne edita (27), atque Lucae (28) Archiepiſcopi Conſentini vetus Ordinarium. Quem equidem, an ex vetuſta Graecorum diſciplina, qui diu mediô aevô has Eccleſias gubernarunt, an potius ex Latinorum ritu ſumſerint Noſtrates, haud facile dixerim. Etenim, & in illorum Euchologio paſſim ejuſmodi benedictiones occurrunt, eoſque ſuo-

(26) Durand. lib. 6. Rational. cap. 86. n. 7. Verum benedictiones ejuſmodi nullô modô ex praecepto eſſe pluribus demonſtrat Theophil. Raynaud. in Heterodiſis ſpiritualib. p. 1. ſect. 3. puncto 6.

(27) Refert. Can. de Johanne in tract. de divin. Siculor. offic. cap. 3. in fine ex Miſſali MS. in quarto Eccleſiae Panormitanae ante ſexcentos annos ſcripto inter benedictiones Paſchales, Benedictionem *Logi*, quae nihil aliud continet niſi benedictionem carnium ovium mundarum, atque ipſiſſima oratio eſt, quae in ordine Romano ab Hittorpio edito inſcribitur: *Benedictio carnium*. Unde autem id nomen factum ſit, plane me latet.

(28) Lucas hic primum Caſaemarii alumnus; deinde Abbas Monaſterii Sambucinae Claraevallis in Calabria, Joachimi Abbatis Curatl auditor, & comes Cruciatae in Calabria cum Legatis Apoſtolicis an. 1201. promulgator, Archiepiſcopus tandem Conſentinus anno 1203. renunciatus, illam Eccleſiam ad an. uſque 1224. rexit. Vide Ughell. in Arch. Conſentin. n. 13. Inter alia ejus opera, de quibus Clariſſ. Angelus Zavarronus in Bibliothec. Calabra fol. 46., commendatur ordinarium, quod Eccleſiae praeſcripſit, nuſquam editum. Fragmenta ſaepiſſime refert Martenius ex MS. Romanae Bibliothecae Conventus S. Iſidori ſignato n. 110. Ejus hac de re verba vide apud eund. Marten. tom. 3. de ritib. lib. 4. cap. 25. n. 14. fol. 484. edit. Mediolan.

(29) Vide in Euchologio Goariano titulum. *Oratio ad benedicendum carnium eſcas ſanctô, & magnô die Paſchae*. ejuſque expoſitionem pag. 567. edit. Venet., & quae plura colligit ad benedictionem Agni, & caſei, & ovorum idem Goarius.

Digitized by Google

ſuorum rituum ad ſuperſtitionem uſque tenaces noſcimus. Illud interim heic habes, panem, ac ferculum ex Imperatoris menſa, peractâ benedictione, referre Protopapam; quod de eſculentis eum, qui benediceret participandi conſuetudo, non apud Graecos modo, ſed etiam apud (30) Latinos, certe non cum laude, jamdium inoleverat. Sed an quotidianum id munus fuerit, ac proventus, mihi hactenus obſcurum. Nam, neque quotidianam fuiſſe in menſa Imperatoris lectionem, ex Luitprandi (31) Cremonenſis Epiſcopi ad Nicephorum Phocam legatione X. ſaeculô peracta diſcimus.

VI. Haud huic abſimilis eſt ritus alter, quô in eodem magno Paſchatis die Imperatorem ad Eccleſiam advenientem excipere Protopapas ſolebat. Illum narrat Codinus, quem de Protopapa potius Palatino, quam de Magnae Eccleſiae iterum locutum ſuſpicor: *Matutinum, inquit, magnae Dominicae Paſchatis cantatur horâ diei tertiâ, vel quartâ hunc in modum: Imperatore ſuis ex geſtaminibus ferente, quae magis adriſerint, & Proceribus item propria inſignia geſtantibus, egreditur Protopapas ex Eccleſia cum Archidiacono, & nonnullis Lectoribus, traditque Imperatori lampadem. Et adminiſtri Proceres, quorum ſaepe meminimus, porrigunt Proceribus cereos, ut & in ſupradictis feſtis. Eccleſiae igitur foribus clauſis, thus adolet Protopapas: deinde elatâ voce canit illud: Gloria ſanctae & conſubſtantiali, & vivificae, & indiviſae Trinitati, omni tempore, & nunc & ſemper, & in ſaecula ſaeculorum, & Cantoribus ſubjicientibus* Amen, *concinit iſte Reſurrectionis troparium: Chriſtus ſurrexit a mortuis: idque tertium. Poſtea excipientes Cantores decantant illud, donec Protopapas praeſcriptos ſtichos (hoc eſt verſiculos) percurrerit, illum ſcilicet: exſurgat Deus,*

(30) Nam & Johann. Belethus laud. ſupra loc. adnot. 25. ſubdit. *Poſtea vero Sacerdos aliquid ſibi de ſingulis ad ſuam neceſſitatem ſumit.*

(31) Edita fuit haec legatio primum a Baron. ad an. 958.; Sed nuper exactius recuſa a Muratorio tom. 2. p. 1. ſcript. R. I. Ibi n. 39. de altera coena loquens Luitprandus ab Imperatore invitatus: *Hac in coena*, inquit, *quod prius non fecerat, voce elatâ, B. Johannis Chryſoſtomi homiliam in Apoſtolorum actus legere juſſit.* Sic in menſa Caroli M. legi ſolitos hiſce libros S. Auguſt. de Civit. Dei, praeter hiſtorias, & antiquorum Regum geſta ſcribit Monachus Sangallenſis apud Ducheſne tom. 2. ſcript. Rerum Francor. pag. 102., & 112. Pariſ. 1636.

Deus, *&* *reliquos*. *Poſt haec Archidiacono preces pro pace*, *ut ut moris eſt*, *recitante*, *Protopapas aperiens manu ſuâ fores ingreditur*; *qui cum comitatu ſuo in Eccleſia illud*: *Reſurrectionis dies*, *exultemus populi*, *ſonantiore & ſublimiore voce decantat*. Longius abducerer, ſi ſingula haec exornare ex propoſito vellem. Vetuſtum fuiſſe morem, & primum quidem apud Ethnicos, ut Imperarores cereis, facibuſque comitati reciperentur ex Romanorum (32) ritibus conſtat. Luminibus quoque apud Chriſtianos, thymiateriis, vel acerris fuiſſe a populis Epiſcopos in magna praeſertim laetitia proſecutos, plura in hiſtoria Eccleſiaſtica (33) exempla nos docent. In Oriente nihilominus ſolis Patriarchis accenſae lampades, & thymiamata ritu conſtanti praeferebantur, quod ad Imperatorum imitationem, & veluti communicatô cum Patriarchis privilegiô factitatum ſcribit Balſamon (34), qui plura in eam rem ex Graecorum quiſquiliis colligit. Candelabrum itaque quod praecederet, inter Imperatorum, & Patriarcharum in-
[illegible] ſignia
[illegible]

(32) De Caeſare Svetonius in Julio 37. *Adſcendit Capitolium ad lumina*, *quadraginta elephantis dexterâ*, *atque ſiniſtrâ lychnos geſtantibus*. Herodian. lib. 1. cap. 16. ex verſ. Politian. De Marcia Commodi concubina: *Sic ut praeter ignem*, *omnes honores velut Auguſtae tribuerentur*, & lib. 7. cap. 6. inter inſignia Gordiani in Imperatorem recens electi: *Preteraaque*, *inquit*, *ignis de more praeferebatur*. Vide Baron. ad an. 324. n. 81. ubi de Conſtantino agens ſimilem ritum [cum cereis, facibuſque Chriſtianos] etiam Imperatores excipiendi], ex veteri more manaſſe innuit.

(33) Vide epiſt. S. Cyrill. Alexandr. ad Clerum, & populum Alexandrin. Epheſini populi poſt damnatum Neſtorium geſta narrantem apud Labb. tom. 3. Concil. pag. 574. *Neque his contenti*, *nos quoque ubi primum ex Eccleſia egreſſi fuimus*, *cum facibus*, *& taedis uſque ad diverſorium deduxerunt. Erat enim veſpera. Multa paſſim laetitia*; *multa etiam luminaria*, *ita ut nonnullae quoque mulieres thuribula geſtantes antecederent nos*. Celebris etiam eſt apud Cedrenum, & Simeonem Logothetam hiſtoria Theophanis Monaſterii Sigriani, vel Magni Agri Praefecti, S. Nicephorum C. P. ob cultum SS. imaginum exſulantem cereis, ac ſuffitu a longe proſequentis. Vide Baron. ad an. 814. n. 31. & pag. ibid. n. 12. Nec apud Graecos modo is ritus vigebat. Cum crucibus, & cereis Caeſarium Epiſcopum ab exſilio revertentem receptum fuiſſe ab Arelatenſib. ſcribit ejus vitae Auctor Cyprianus apud Surium ad diem 27. Auguſti: Confer Thomaſſin. p. p. lib. 2. cap. 58. n. 7. & ſeq. & Catalan. in Pontif. tom. 3. tit. 29. §. 1.

(34) Balſamon relat. in Codic. juris graec. Rom. lib. 7. fol. 444. Ubi & tradit lampades Imperatorum geminis aureis cinctas eſſe corollis; Auguſtae autem, & Patriarcharum, unô quaſi ſepimentô circumdari; ejuſque rei myſticas venatur nugas.

gnia (35) cenſebatur. Verum quod in ſollemni ad Eccleſiam ingreſſu Imperatori ad manus traderetur, ex hoc Codini loco hactenus novi. Quum autem & in more poſitum fuerit ut Epiſcopis ad Eccleſiam procedentibus, Evangelii (36) codex offerretur, illum quoque, communicatô vice verſâ Imperatori privilegiô, huic oblatum legimus, quum ſanctuarium ingreditur, quô locô, ipſi dumtaxat ex laicis, conſiſtere permiſſum erat. *Abſolutis matutinis laudibus*, *ſubdit Codinus*, Protopapâ, & Archidiaconô in veſtibulo Tabernaculi ſtantibus, alterô Evangelium (*hoc eſt Protopapa*), alterô crucem portante, ingreditur Imperator. Et primô quidem oſculatur Evangelium, deinde Protopapam, poſtea crucem, & Archidiaconum. . . . . .

VII. Sed reliqua proſequamur, quae ad Protopapam in aula pertinebant, ſacra miniſteria. Ritus magnae benedictionis aquarum in ſanctis Theophaniis ſollemniſſimus eſt apud Graecos. Nam quum inter dies Baptiſmo ſollemniter conferendo deſtinatos, praeter (37) Paſcha, & Pentecoſten ex antiquiſſima traditione deſcendentes, Epiphaniae etiam (38) feſtum,

(35) Singularis, ſed antiquus eſt mos, quô Summo Romano Pontifici itineranti, poſt crucem Euchariſtia ſuper album Aſturconem cum campanula praefertur, Clericô Capellae cum accenſa laterna praeeunte, & Sacriſta cum ferula ſubſequente, de quo in Caeremoniali Patritii lib. 1. tit. de itineratione Papae. Vide Angelum Rocca in ſuo Commentario. *De Sacroſ. Chriſt. Corpore Romanis Pontificibus iter conficientibus praeferendo*. Ferulae nomine, baculum Paſtoralem intellige, de quo infra adnot. 70., & 71.

(36) Confer Eckerhardum juniorem de caſibus Monaſterii S. Galli in Helvetia cap. 1. & 9. tom. 3. S. R. Francor. Ducheſne; & conſuetudines Farfenſes relatas a Martenio 5. de ritib. Monach. cap. 15. n. 4. ad 6., ubi etiam Regibus a Monachis textus evangelii offertur. Plura Catalan. loc. laud. adnot. 33.

(37) Hoſce duos dies antiquitus in Eccleſia ad ſollemne baptiſma fuiſſe dumtaxat deſignatos, diſerte conſtat ex Tertulliano lib. de baptiſ. cap. 19. & S. Hieronym. in epiſt. ad Pammachium. Eum morem conſtantiſſime tenuiſſe Eccleſiam Romanam, conſtat ex epiſt. Siricii PP. ad Himerium, praeſertim vero S. Leonis epiſt. 16. alias 4. ad Epiſcopos per Siciliam conſtitutos, & Gelaſii ad Epiſcop. per Lucaniam, Brutios, & Siciliam conſtitutos cap. 10. apud Labb. tom. 5. conc. col. 312. Vide Martene de ritib. lib. 1. cap. 1. art. 1. a n. 1. ad 4. & Chardon. lib. 1. hiſtor. ſacram. cap. 10.

(38) Addidiſſe Graecos Epiphaniam notiſſimum eſt ex S. Baſilio in lib. de Spirit. Sanct. ex Chriſoſt. hom. 24. tom. 1. ex oratione S. Gregorii Naziazen. de baptiſmo, & ex altera Nyſſeni, quam eâ die habuit ad baptizatos, ex Johan. Moſcho in Prato ſpiritual. cap. 214., aliiſque. Id notat Amalarius lib. 4. cap. 33., & teſtatur hodieq. Graecorum Euchologium. Confer laud. Marten. n. 4. & ſeqq. qui & in Africa, &

Digitized by Google

ſtum, in quo Jeſu Chriſti Baptiſmatis anniverſaria ſacra recoluntur, Graeci tractu temporis recenſuerint: hinc factum ut maximâ quoque ſollemnitate eâ die aquam conſecrarent, quâ, & Chriſti contactu ſanctificata, & nobis in remedium conlata fuit. Viget autem hodieque hic mos, quemadmodum & generalis baptiſmus (39), ubicumque viget eorum ritus. Primis quidem temporibus aquarum ejuſmodi conſecratio fieri ſub media nocte ſolebat, uti ex Chryſoſtomi homilia (40) de Baptiſmo Chriſti diſerte noſcimus; quae fortaſſe cauſſa fuit, cur a Graecis Patribus haec ſolemnitas (41) *feſtum luminum*, *dies luminarium*, quod multis ad depellendas tenebras accenſis luminibus celebraretur, adpellata fuerit. Narrat tamen Theodorus Lector (42), celebrem illum tot ſchiſmatis, erroribuſque Petrum Cnaphaeum, ſeu Fullonem, qui ſedem Antiochenam ſaeculô quintô toties invaſit, conſtituiſſe *ut invocatio ſuper aquas die feſto Epiphaniorum ſub veſperam fieret*. Quamobrem quamvis nocturna illa feſtivitas jamdiu exoleverit, bis nihilominus hodie eam benedictionem Graeci (43), teſte Goario, faciunt, ſemel in pervigiliis veſpere, &

in Galliis receptam etiam eam conſuetudinem oſtendit. Ex Africa fortaſſe manavit olim in Siciliam, ut conjicit Canonicus de Johanne diſput. 4. ad Cod. diplomatic. Sicil. cap. 1. ubi eam S. Leo reprehendit epiſt. laud. adnot. anteced., & hinc in Brutios, ac Lucaniam, quorum regionum Epiſcopis laudatâ item epiſtolâ, Gelaſius canonem de baptiſmo duobus illis tantum diebus conferendo iterum ſancivit. Ceterum & nonnullas occidentis Eccleſias addidiſſe deinde alios dies conſtat. Confer Martenium & Chardon. mox laud.

(39) Codin. cap. 8. libelli de offic. teſtatur aetate adhuc ſuâ baptiſmum generalem in tota adhuc Orientali Eccleſia viguiſſe.

(40) *In hac ſollemnitate*, inquit Chryſoſt. in ea homil. quae eſt 24. tom. 1. *omnes ſub mediam noctem, quum aquam acceperint, domum calices referunt, & recondunt*.

(41) Vide S. Gregor. Naziazen. oration. cui titulum facit: *Ad ſancta lumina*. Item in oration. de baptiſmo, in qua procraſtinantes ad ſe lavacrô mundandos coarguit, ſic habet. *Excuſationes peccatis praetendis dicens: Luminarium expectabo diem, Paſcha mihi honorabilius erit, Pentecoſten praeſtolabor*. Sunt qui putant feſtum luminum etiam dictum a primis Chriſtianis anniverſariam baptiſmi diem, fortaſſe quod frequentius hac die recurrit. Sed ſcito etiam dictum aliquando feſtum *Hypapantes*, hoc eſt occurſus Domini, ſeu Purificat. B.M.V., quod ſolemnis in eo fieret luminum benedictio: conſule Maurinos PP. ad Cangium v. *feſtum luminum*.

(42) Theodor. Lector lib. 2. ex eo etiam Cedrenus, eumq. ritum deinde obtinuiſſe narrat Georgius Pachymeres lib. 7. cap. 7.

(43) Goar. in cap. 8. Codin. quem vide. Erudite & hac de re agit P. Sebaſtianus Pauli de ritu Eccleſ. Neretinae p. 1. n. 8. pag. 48. Vide etiam Erob-

& mane in miſſa ſecundò ; duplexque propterea ordo benedictionis in eorum Euchologio legitur. Quum enim ex illa aqua adſpergerentur fideles, eamque in domos, agroſque referrent, atque ad baptizandum reſidua ſatis non eſſet, inductum ſenſim, ut veſpere pro fidelibus ad adſportandum, mane pro Catechumenis ad abluendum conſecraretur. Mira de hac in antiquis (44) monumentis leguntur, quam ſingulari plane ritu Graeci trinâ ſtatuae Jeſu Chriſti, vel ut alii faciunt, crucis ejus immerſione, benedicere ſolent. Eandem conſuetudinem quot quot Eccleſiae Graecae in Sicilia, ac Calabria ſunt, hâc die conſtanter tenent ; ita ut etiam Eccleſia Catholica Regina Graecorum (45), etſi ad latinum jamdiu traducta ritum, hâc etiam die ritu tamen latinô, aquam benedicat. Quinimmo hinc manaſſe autumo, quod in ſuo ordinario, inter ceteros hujus feſti ritus Lucas (46) Archiepiſcopus Conſentinus praeſcribit. *Completis laudibus, & pronuntiatô ex more Martyrologiô, mox Dommus, vel Sacerdos, qui Laudes celebravit, faciat ſolitam exorciſmum ſalis, & aquae, & circumſtantes adſpergat cum faſciculo byſſopi. Capellani quoque Civitatis* (ſic in Calabria vulgo vocantur Parochi) *adſpergant inde fideles omnes die ipsâ, tam in Eccleſia, quam ubi-*

cum-

chologium ab ipſo Goario edit., in quo utriuſque benedictionis ritus habetur ſub hoc tit. *Sequitur ordo magnae benedictionis aquarum in ſanctis Theophaniis.*

(44) Ita porro ſequitur Chryſoſt. loc. adnot. 41. laudato. *Calices demum referunt, ac recondunt, ut per integrum annum conſervant, utpote quod hodiernâ die ſanctificatae ſint aquae: ſitque miraculum evidens, dum nihil temporis longinquitate aquarum illarum natura vitiatur; ſed integrô annô, atque adeo bienniô, & trienniô ſaepe, quae hodie fuit hauſta, incorrupta, ac recens permanet, ac poſt tantum temporis, cum iis quae fuerant e fontibus nuper eductae certant.* Vide Macrium v. Epiphania, Card. Gotti tom. 1. verit Relig. Chriſtian. cap. 11. §. 5. n. 41. Bened. XIV. de feſtis in feſt. Epiphan. §. 6. Narrat Moſchus Pract. Spiritual. cap. 214. in Baptiſterio Caſtri cujuſdam Sorubae in Lycia, fontes, in die Epiphaniae trium horarum ſpatiô, aquâ, donec praeſentati baptizarentur, prodigioſe & ſine canalibus repleri.

(45) Paucis ab hinc annis fuiſſe in ea Eccleſia omiſſam hanc aquarum benedictionem, quae meâ aetate, magno Populi concurſu fiebat, poſt haec ſcripta novi: Adeo ſcilicet omnia antiquitatis veſtigia Noſtratium ſocordiâ peſſum eunt. Verum me impellente, & erudito Collegiali D. Candelmo Malacrino ſuadente, hoc ipsô annô 1767. quô haec cuduntur, ſollemni pompâ iterum haec aquae benedictio celebrata eſt, & ſollemniori, ut ſpero ad venerandae antiquitatis memoriam in poſterum celebrabitur.

(46) Refertur a Martene lib. 4. de ritib. cap. 14. n. 13.

Digitized by Google

cumque poſſunt, *in memoriam ac reverentiam Baptiſmi Dominici*. Conſtantiſſime enim in Calabria, non Sabatô ſanctô, more Romanô; ſed in die Epiphaniae domus a Parochis, more Graecanicô, aquâ licet dumtaxat mixtâ ſale benedicuntur. Porro in Palatio aquam iſtam hâc die benedicere, & Aulam, Aulicoſque adſpergere, ubi ea caeremonia a Patriarcha Cpolitano non fieret, vel alius ex Patriarchis, cui cedendum fuiſſet in Aula non eſſet, ad Protopapam pertinuiſſe nos docet (47) Codinus. Scilicet ad eum quoque Palatinorum baptizandorum cura pertinebat, quemadmodum ex requiſito a Polyeucto Styliani Protopapae teſtimonio, de quo ſuperius diximus, ſatis innuitur.

VIII. Potiſſimae quoque Palatini Protopapae partes in lavipedio erant Magnae Feriae V., quod in aula fiebat ab Imperatoribus. Exemplum, quod Servator nobis reliquit, non ab Epiſcopis modo, eâ die recurrente, ſed a ſummis etiam Principibus (48) paſſim ſollemni ritu imitatum, nobis tradit hiſtoria temporum Chriſtianorum. Hoc autem pactô lotionem hujuſmodi in Aula Cpolitana fieri ſolitam Codinus (49) deſcribit. *Magnâ Feriâ quintâ ante liturgiam inſtituitur pedum lotio in hunc modum. Conſtituunt duodecim pauperes, eoſque ſubuculis, ſeu tunicis curtis, braccis, ſeu caligis, & calceis veſtiunt. Et poſitâ pelvi in Imperatoris conclavi, Protopapas ad januam conſiſtens recitat illud: Benedictus Deus noſter cum Triſagio. Deinde lectô per illum Evangeliô, quando proceſſit uſque ad illa verba:* miſit aquam in pelvim: *infundit Imperator aquam in pelvim. Poſtea adducunt jam antea praeparatos pauperes, ſingillatim quemlibet, quorum quivis manu cereum ardentem geſtat. Et hôc quidem ſedente, Protopapâ autem Evangelium legente, illudque pronunciante:* coepit Jeſus lavare pedes diſcipulorum: *lavat Imperator dexterum cujuſque pedem, lotumque ſindone, quâ precinctus eſt, abſtergit, & oſculatur. Dantur autem cuilibet pauperi tria aurea numiſmata. Poſtea inchoatur liturgia, ſeu miſſa.* Jam vero in hoc Aulae Grae-cae

(47) Codin. de off. cap. 7.

(48) Vide Marten. 4. de ritib. cap. 22. §. 8. n. 3. fol. 282. tom. 3. edit. Mediol.

(49) Codin. de off. cap. 12. n. 2.

Digitized by Google

cae ritu non ſimul ſedere pauperes vides more hodierno, quô Apoſtolorum ſitus in pedilavio, quod illis exhibuit Jeſus Chriſtus, exprimi veriſimilius videtur. Sed eundem etiam morem tenuiſſe olim Romanos Pontifices, ex ordinibus a Mabillonio in Muſeo editis plane conſtat. In hunc enim modum Benedictus S. Petri Canonicus, qui ſaeculô XII. ineunte floruit, undecimi Romani ordinis Auctor, rem prout gerebatur (50), exponit. *Finitâ Miſſâ, Domnus Pontifex ita indutus redit in Palatium in Baſilica S. Laurentii, ibique exſpoliat ſe uſque ad Dalmaticam: & poſitâ (51) pelle ad collum ejus, ſedet. Cubicularii ponunt concham ante eum, & linteum mundum. Duodecim Subdiaconi manent extra Baſilicam. Duo Oſtiarii accipiunt Priorem (Subdiaconorum) in ulnis, & portant eum ad Pontificem. Pontifex vero aquâ calidâ lavat pedes ejus, & tergit linteo, oſculatur eos, & dat ei quinque (52) ſolidos. Sic facit uuicuique eorum duodecim.* Eôdem ferme pactô deſcribunt & ordines (53) reliqui ad uſque Caeremoniale Romanum Auguſtini Patricii Epiſcopi Pientini, qui anno CIƆCCCCLXXXVIII. illud Innocentio VIII. dicavit, vulgavitque deinde Marcellus Archiepiſcopus Corcyrenſis. In hoc (54) primum non duodecim, ſed tredecim,

R non

(50) Apud Mabillon. tom. 2. Muſei fol.137.

(51) Monet Mabillonius pellem hanc fuiſſe almutiam, quam vocant, collô circumpoſitam contra frigus. In altero ordine Romano Cencii chlamys rubea adpellatur.

(52) Non in omnibus Ordinibus ejuſdem eſt monetae numerus. In ordine Cencii ſolidi duo: in Cajetani, denarii duodecim traduntur.

(53) Quum in more poſitum fuerit Romanis Pontificibus duodecim Subdiaconorum eâ die pedes tergere, enucleatius modum enarrant, Cencius de Sabellis, qui vixit ſub Innoc.III., fuitque poſtea Rom. Pont. anno 1216. Honorius III. nuncupatus; apud eundem Mabillon. in ordin. 12. fol. 180. Item Jacobus Card. Cajetanus nepos Bonifacii VIII., qui ineunte ſaeculô 14. floruit, ibidem in ordin. 14. fol. 358. & fol. 362., & Petrus Amelii Senogallienſis Epiſcopus, Urbano V. a Sacrariô qui eodem ſaeculô ſpirante obiit, ibid. in ord. 15. fol. 486. Sed nobis ſatis eſt ordinem antiquiorem retuliſſe. Ex Cencio autem fol. 181. ediſcimus Romanos Pontifices eâdem die ſtatim a prandio alterum mandatum (ita vocabulô Eccleſiaſticô haec pedum ablutio nuncupatur) peragere ſolitos, in quo tredecim pauperibus pedes abſtergerentur, cujus tamen modum, ritumque non examuſſim exponit.

(54) Vide lib. 2. ſect. 1. cap. 46. de mandato faciendo. Qui tamen ibi pauperes deſignantur, e numero pauperum Sacerdotum hodie deliguntur ad Jeſu Chriſti actionem, qui pedes Apoſtolis lavit, exactius exhibendam. Sedent autem in ſcamnis aulaeis ornatis, ac floribus ſparſis, tuniciſque

in-

non Subdiaconis, ſed pauperibus, haud quidem ſingillatim adventantibus, verum in ornatis ſcamnis ex ordine ſedentibus, non uterque, ſed dexter dumtaxat pes lavari praeſcribitur, quamvis Subdiaconos in pauperes ſub Sixto IV. Innocentii Praedeceſſore fuiſſe mutatos ex Diario Jacobi Volaterrani (55) perſpicuum ſit. Cauſſa autem cur tredecim tandem delecti fuerint, licet hâc noſtrâ aetate ingenia torſerit multorum (56), qui myſticas ut plurimum expiſcari conati ſunt rationes; re tamen verâ non alia fuit, quam inducta a Pontificibus ad hoſpitalitatem exhibendam tredecim quotidie in Palatio alendi pauperes conſuetudo, S. Gregorii Magni exemplô, qui quum duodecim quotidie paſceret (57) tertium decimum ſemel habuit Angelum accubitorem. Vetuſtior itaque Romanorum Pontificum ritus, ad abluendi modum quod adtinet, ab Aulae Graece more non differebat. Quî enim extra Aulam apud ipſos Graecos haec lotio fieret, ex officio divini, & ſacri lavipedii in eorum (58) Euchologio diſcimus, ubi quae ſequuntur habes. *Poſt exclamationem dicente Sacerdote:* & ut digni fiamus: *in diſpoſitis ſcamnis, qui lavandi ſunt ſedent. Et Sacerdote primum lavipedii Evangelium cantare incipiente, ſtat Superior, & prout narrat, vel continet Evangelium, exequitur. Quum itaque dicit:* Ponit veſtimenta ſua, *deponit & ipſe* (59) *Mandyam. Quum ve-*

induti albis pendentibus inter ſcapulas capitis, capite tamen birretis quibuſdam quadratis coloris ejuſdem tectô, quas veſtes recens elaboratas a Pontifice dono accipiunt.

(55) Edita ſunt haec diaria a Murator. tom. 23. S.R.J. Vide ibi ad ann. 1481. & 1482. col. 129. Id fortaſſe factum, quod ſemel ab eo tempore fieri pedilavium in Coena Domini a Pontificibus coeperit tot functionibus occupatis.

(56) Vide quae de hoc numero congeſſerunt Sarnell. tom. 1. epiſt. 13. Johannes Franciſcus Freſcobaldus in diſſert. cui tit. *Pedilavium, ſeu de numero pauperum, quibus lavandi ſunt pedes fer. V. Major. Hebdom.* Franc. Orjendius in opuſc. cui tit. *Duplex lavacrum in Coena Domini fideliter exhibitum.* Catalan. in caeremonial. Epiſcop. lib. 2. cap. 24. Bened. XIV. de feſtis fer. 5. in Coen. Dom. §. 6.

(57) Oſtenditur adhuc Romae in Monaſterio S. Andreae ad Clivum Scauri, hodie S. Gregorii nuncupato, menſa lapidea, quae in adnexo S. Barbarae Oratorio proſtat. In ea ſculptos cubitalibus litteris legiſſe olim hos verſiculos memini.

Bis ſenos hic Gregorius paſcebat egenos,
Angelus at decimus tertius accubuit.

(58) Vide eruditas in id officium Goarii adnotationes.

(59) Cappa, hôc locô eſt, Graecorum Epiſcoporum, cujus deſcriptionem

vero profert : linteô acceptô praecinxit ſe : *ipſe quoque ſabbano* (60) *longiori linteamine ſe ſuccingit*. *Quum autem ait:* mittit aquam in pelvim : *mittit & ipſe aquam tepidam*, *& rurſus dicto :* coepit lavare pedes diſcipulorum , *ipſe quoque lavare adoritur*, *factô initiô ab Oſtiario ad Oeconomum uſque*, *& Eccleſiae Praefectum*, *qui eſt duodecimus*. *Et uniuſcujuſque poſtquam lotus eſt pedes abſtergit*, *& oſculatur*. *Quum vero ad Oeconomum pervenit*, *tunc Evangelium reliquum Sacerdos percurrit*. Venit ergo ad Simonem Petrum , & dicit ei &c. Profecto , quamvis in permittendo Presbyterorum in inferioribus officiis miniſterio ſcrupulofiores fuiſſe Graecos jam (61) ſupra monuerimus, heic tamen a Presbytero Evangelium canitur, quod fortaſſe extra liturgiam, & Altaris Miniſterium *mandatum* fieret. Eâ propterea de cauſſa & a Protopapa in Aula legebatur, quum nulla ibi cantus mentio fiat. Similiter ab eodem in coronatione Imperatoris Evangelium legi Codinus obiter (62) ſcribit , tametſi quum aliô locô illum ex propoſito enarrat ritum, nullam ejus rei ingerat mentionem. Quoniam vero in pedilavio cum cereis ardentibus lavandi pauperes accedebant , cereum deinde etiam Imperatori praebere ad Protopapam pertinuiſſe hôc (63) locô addit.

IX. Verum in Enthroniſmo novi Patriarchae aliud ei munus adtribuit Phranzes. Inveſtiturarum abuſus per annuli, virgaeque traditionem, maximae, in Occidentali Eccleſia ſaeculis XI. ac XII. Sacerdotium inter ac Imperium, diſcordiae fomes , in Eccleſiam quoque Graecam ultimis praeſertim temporibus irrepſerat , potiſſimum vero ad Patriarcham

 quod

nem habes apud Macr. in eo verbo . Proprie tamen quoddam pallii genus erat Imperatorum, de quo vide Cangium in Gloſſ. med. Graecit. v. *Μαν-δύν*.

(60) Vox item graeca quae mantile aſperum , ſeu linteum villoſum ad abſtergendum ſignificat. Haud raro linteum illud innuit , quô defunctorum corpora involvebantur , quia & ipſa uncta , ac lota curabantur. Ex varia *β*. pronunciatione occurrit & *Savanum* , unde factum apud Noſtrates *Inſavanare*. Utuntur hac voce Scholiaſtes Juvenal. ſatyr. 14. ad v. 22. S. Gregor. 3. dialog. 17. & 4. 55. aliique. Vide Cangium in Gloſſ. med. latin. & Macrios fratres.

(61) Vide ſupra cap. 3. n. 5.

(62) Codin. in eod. libell. cap. 6. n. 14. Verum cap. 17. ubi de coronatione Imperat. agit, nihil habet, quemadmodum neque Johannes Cantacuzenus , qui lib. 1. Hiſtor. cap. 41. coronationis ritum deſcribit.

(63) Codin. eod. cap. 12. n. 7.

quod adtinet Cpolitanum, ut obſervari, non apud ceteros modo eorum temporum Graecos Scriptores (64), ſed apud ipſum Codinum poteſt, qui & Patriarchae, & Archimandritis, & Abbatibus litui ab Imperatore tradendi formulas deſcribit. Etenim quod annulum ſpectat, illô Graecos Epiſcopos nunquam fuiſſe uſos (65) conſtat, indeque occaſionem Cerularium occoepiſſe, hanc inter alias adverſus Latinos ſtruendi calumniam, quod apud eos Epiſcopi tamquam ſponſi annulis uterentur. Sane de electione Joſephi Patriarchae agens Nicephorus Gregoras (66), illum inquit fuiſſe ab Imperatore *per debita ſuffragia, & teſtimonia deſignatum, & Paſtorale Pedum in Imperatorio ſuggeſtu veteri more ab ipſo porrectum accepiſſe*. Formulam autem, quâ virgam hujuſmodi aurô, gemmiſque radiantem Patriarchae Imperator porrigebat, hanc tradit (67) Phranzes. *Sancta Trinitas, quae mihi Imperium donavit, Te in Patriarcham novae Romae deligit. Hôc modô*, ſubdit, *e manibus Imperatoris futurus Patriarcha pedum accipiebat. Magnus Protopapas Palatii benedictionem pronunciabat*. Cave autem putes de benedictione heic loqui Phranzem, quam in populum Protopapas pronunciaret, quum haec in ſollemni Conventu ad Epiſcopos uſquequaque pertinuerit: quinimmo eam αὐτῷ, quum Imperator poſt traditum baculum Patriarchae, manum hujus oſculatur, eidem Patriarcha (68) impartitur. Sed de benedictione in pedum ipſum; quod

(64) S. Nicephori in Breviario, Matthaei Blaſtares, Balſamonis Simeonis Theſſaloniceuſ. Nicephori Gregorae, Pachimeris, aliorumque Scriptorum Graecorum loca ad electiones Epiſcopales quod adtinet, colligunt diligenter Lupus diſſ. 3. de Regia Antiſtitum nominatione tom. 4. opp. & Thomaſſin. p. 2. diſciplin. lib. 2. cap. 41. Vide formulas apud Codin de offic. cap. 20.

(65) Videſis Epiſtolam Conſtantini Cabaſilae Metropolitani Dyrrachienſis ad Demetrium Chomatenum Archiepiſc. Bulgariae, hujuſque & Petri Patriarch. Antiocheni reſponſiones lib. 5. Jur. Graec. Rom. tom. 1. pag. 321., & ſeqq. Georgius Pachymeres lib. 5. cap. 21. de Epiſcopis illis agens, quos ad Lugdunenſ. Concil. miſit Michaë Palaeologus ita habet. *Humaniſſim illos excepit Papa (Gregor. X.) adeout honoraverit mitris, & annulis, quibus inſignibus Epiſcopos ornari mos illic obtinet*. Ad calumniam quod ſpectat Michaëlis Cerularii confer Lupum to. 4. opp. differt. in act. S. Leonis IX. cap. 15. calumnia 10.

(66) Niceph. Gregor. lib. 6. cap. 7.

(67) Georgius Phranzes lib. 3. cap. 19.

(68) Simeon Theſſalonic. de ſacr. ordinat. cap. 9. ita habet. *Nam quum electo ſacram virgam propriâ manu tradit, ad eum accedit, & illi caput inclinat, & ſicut moris eſt benedictionem accipit, oſculaturque electi Patriarchae manum*.

Digitized by Google

quod conſecrari, ac benedici antequam traderetur in utraque Eccleſia in more (69) poſitum fuit, intelligendum Phranzem ſuſpicor. Niſi forte benedictionis nomine fauſtas acclamationes, quae in Enthroniſmis hujuſmodi ad multos annos augurantur, innuere potius voluerit. Diverſa autem apud Graecos Latinis litui forma eſt. Iſti in ſummitate curvum, ac retortum uſurpant, ac in ima reflexum; at vero Graeci (70) & Orientales quatuor, aut quinque pedi formas habent. Nonnullorum ſumma pars in globum eburneum deſinit; aliorum vero duorum animalium, puta ſerpentium, aut leonum capitibus eboreis mutuo ſe implicantibus, aut re-

(69) Antiquas baculi benedictiones ex ordin. Roman., & aliis Ritualib. libris colligit Catalan. ad Pont. Rom. tit. 13. §. 27.

(70) De diverſis baculorum formis, inſcriptionibus, & litteris, quibus ornabantur, confer Card. Bona Rer. Liturg. 1. cap. 24. §. 15. Gavantum in Rubric. Miſſal. p. 2. tit. 1. in fine. Cangium, & Macrium in voce, baculus, Goar ad Euchlog. pag. 113. edit. Pariſ. Catalan. in Prologom. ad Pontif. Rom. cap. 20. & tit. 16. §. 17. Porro quam virgam Paſtoralem noſtrates, pedum, Ferulam, baculum, Cambucam, Cambuttam, Crociam dixere; Graeci vocarunt Βακτηρίαν. Sic act. 7. octavae Synodi de Photio, Marinus ſedis Romanae Vicarius. Ἄρατε εἶπε τὴν Βακτηρίαν ἐκ χειρὸς αὐτοῦ. *Tollito baculum de manu ejus.* Inter Epiſcopos ſolus Rom. Pontifex illâ non utitur, *tum propter hiſtoriam, tum propter myſticam rationem*, ut loquitur Innocent. III. in cap. 1. de ſacr. unction. Utraſque ex Innocent. exponit S. Thom. in 4. diſt. 24. q. 3. ad 8., aliter tamen Durand. Mimat. in Rational. lib. 3. cap. 15. Illud nihilominus certum, uſos olim baculô Roman. Pontifices, ut invictis argumentis oſtendit Georgius I. de Liturg. Roman. Pontific. cap. 9. Quid enim aliud erat illa ferula, quam accipiebant Pontifices Romani, quam manu geſtabant, quam ſibi praeferri faciebant, quâque Antipapas, quum exauctorarentur privatos legimus? ordo Rom. 12. Cencii apud Mabillon. tom. 2. Muſei fol. 211. de inauguratione Papae agens: *Electus ſedet ad dexteram in ſede porphyrica, ubi Prior Baſilicae S. Laurentii de Palatio dat ei ferulam, quae eſt ſignum regiminis, & correctionis.* Anonymus apud Baron. ad ann. 1100. n. 5. de election. Paſchalis II. loquens: *Eſt locatus*, inquit, *in utriſque curulibus, ſedibus ſcilicet eburneis ... data eſt ei ferula in manu.* Luitprandus lib. 6. cap. 21. de exauctoratione Benedicti V. Antipapae: *Pallium ſibi abſtulit, quod ſimul Pontificali ferulâ, quam manu geſtabat, Domino Papae Leoni reddidit, quam ferulam idem Papa fregit, & fractam populo oſtendit*: De praelatione ferulae per Sacriſtam vide ſupra adnot. 35. ex Caeremonial. Patricii. Ludere propterea operam videntur, qui aliud per hanc ferulam intelligere malunt. *Baculus*, inquit Honor. Auguſtod. lib. 1. cap. 216. *virga Paſtoralis, & caputta, & ferula, & pedum dicitur.* In vita Aldrici Epiſcopi Cenoman. n. 44. apud Cangium v. ferula. *Miſit ei baculum Paſtorale, quod ferula vocatur.* In vita S. Odonis Abb. Cluniacenſ. apud Mabillon. *Et Epiſcoporum more ferulam manu tenebat.* Confer eund. Mabill. ſaecul. V. Bened. ad an. 942. pag. 165. Habuiſſe apud ſe coaevam S. Gregorio M. ejuſdem imaginem, baculum manugerentem, cruce commiſsâ in faſtigio non recurvum, Macrius laud. loc. teſtatur.

Digitized by Google

reſpicientibus ornatur. Sunt qui cruce commiſsâ, ſunt qui immiſsâ tantum inſtar litterae Ταυ ad verticem diſtinguunt. Poſtremo Maronitae radiante ſphaerâ, ſupra quam crux eminet, faſtigium inſigniunt. Porro cujuſmodi ex his formae fuerit Cpolitani Patriarchae pedum, me adhuc latet. Illud ſcio hos Patriarchas non minus ac lampadem, pedum etiam ante ſe duxiſſe, quum procederent, quemadmodum de Joſepho Patriarcha Ferrariam ad Concilium adventante (71) narrat Sguropulus. Innuere quoque Balſamon (72) videtur peculiare hoc fuiſſe Patriarchae privilegium, ut baculum, & ſaccum, & polyſtaurium, & ſticharium cum littera γ referret. Sed ut in polyſtaurio haud ex vero differuiſſe ſuperius (73) obſervavimus, ita & in baculo erraſſe tutius dixerim, quum eô omnes Graecos Epiſcopos uſos fuiſſe notiſſimum ſit; niſi, quod coniicio, alia fuerit Patriarchalis baculi forma, ad quam adludit.

X.

(71) Narrat Sguropulus lib. 4. hiſt. Synod. Florentin. Joſephum PC. ad Eugenium Rom. Pont. ingreſſurum, pedum, quod ante ejus equum ad Papae uſque Palatium familiaris quidam illius elevatum geſtaverat, in manus ſumſiſſe: egreſſum vero, in geſtatoria theca occludi juſſiſſe. Idem eſto judicium de Rom. Pont., cujus ante ſe ferulam in itinere ferri mos erat. Communem olim, & ceteris Epiſcopis fuiſſe hunc ritum facile erues ex Cypriano lib. 2. vitae S. Caeſarii Arelat. *Quum vir Dei*, inquit, *Caeſarius per eandem pergeret Eccleſiam, Clericus, cui cura erat baculum illius portare, quod Notariorum officium erat, oblitus eſt*. Vide Marten. 1. de ritib 8. art. 10. §. 18. Hinc manavit uſus ut Epiſcopi Pontificaliter parati, quum eo non utuntur, ante ſe deferri faciant, de quo Craſſus de caeremoniis Cardd. & Epiſcop. & Caeremonial. Epiſcop. lib. p. cap. 17. §. 6.

(72) Balſamon. relat. in jur. Graec-Rom. tom. 1. pag. 446. & ſeq.

(73) Vide ſupra cap. 5. adnot. 78. Etenim Baculus non tam Pontificalis ignitatis, quam Praefecturae cujuslibet inſigne fuiſſe videtur, ut pluribus Benedictus Haſtenus lib. 3. diſquiſit. Monaſticar. tract. 5. diſquiſit. 5., ubi ea de cauſſa a Monachorum Praefectis geſtatum demonſtrat. Sane Petrus Bleſenſis, S. Bernardus, aliique, qui Abbatum ſolicitudinem quâ Pontificalia inſignia a Romanis Pontificibus extorquere conati ſunt, improbarunt, baculi neutiquam meminere. *Mitra*, inquit Bleſenſis ad Guilielmum ſcribens fratrem ſuum Abbatem Maniacenſem epiſt. 90., *annulus, atque ſandalia in alio, quam in Epiſcopo quaedam ſuperba elatio eſt ... quod genitalia in mulo, hoc ſandalia in Abbate*. Confer Vaneſpenium p. 1. jur. un. tit. 31. cap. 6. Verum Abbatibus, nonniſi albô velô ex more vetuſto in eo appenſô baculum, & certis dumtaxat diebus, in quibus Pontificalia exercere poſſunt, hodie deferre licet; quod non modo illis Alex. VII. decretô generali circa uſum Pontificalium die 27. Septembris 1660. editô praecepit, ſed & Bened. XIV. litteris a S. Congregatione Epiſc. & Regul. pro illius decreti executione dari juſſis, nuper ſancivit.

Digitized by Google

X. Poſtremum, quod ſciam, Palatini Protopapae munus eruo ex Cedreno. (74). Quum in Aulae Cpolitanae Capella non modo ſanctiſſimae Crucis lignum, ſed & innumera SS. MM. lipſana ſervarentur, Protopapae erat cum illis pretioſis pignoribus ad exercitum; quum oportebat, prodire, ut jure jurandô ſuper eis exactô, adigerentur milites, ut Religionem, ac Imperium, etiam ſanguinis impendiô tuerentur. Non ſemel id factum, flexô ab univerſis copiis poplite in Graecorum hiſtoria legimus. *Miſſus*, inquit Cedrenus, *Protopapas Palatii cum honorandis lignis*, *praeparavit omnes ad ea adoranda*. Id autem & in procinctu ad aciem factum. Et quidem morem juramenta ad vivificae Crucis, ac Sanctorum Corporum contactum exigendi in utraque Eccleſia viguiſſe (75), vel una Vigilii Papae de Sacramento Cpoli in Baſilica S. Petri in Hormiſda a judicibus praeſtito, quae in quadam epiſtola ejus (76) eſt, narratio oſtendit. *Dum ſupradicti Judices*, inquit, *poſitô indiculô ſuper altare*, *& cataracta B.Petri Apoſtoli*, *& ſuper crucem*, *quae de ligno Paſſionis Domini habet incluſum*, *ſed & ſuper claves B. Petri Apoſtoli praeſtitiſſent corporale juramentum*. Verum de his hactenus.

CA-

(74) Cedren. a Thomaſſ. laud. p.1. diſciplin. lib. 2. cap. 111. num. 17. & a Bulingero in appendic. 2. ad libros de Imper., & Rom. Imperio, in qua agit de offic. Eccl. Cpolitanae, quos confer.

(75) De hoc ritu vide Marten. 3. de ritib. 7. num. 2. & ſeq. ac Benedict. XIV. de Synod. lib. 4. cap. 7. n. 6.

(76) Vide epiſtol. 15. Vigilii Papae tom. 5. collect. Labbaei fol. 330. edit. Pariſ. Cataractam hoc loco intellige cancellum ferreum, quo muniebatur ſepulchrum, ſeu confeſſio S. Petri, ut Cangius hoc verbo exponit. Sunt enim hujuſmodi cataractae fores clathratae ex lignis, vel ferro cancellatim compactae. Claves autem B. Petri erant claves aureae, vel argenteae, in quibus ſcobs tenuiſſima e vinculis B. Petri eraſa includebatur, quae mitti Româ ſolebant. Vide Baron. in not. ad Martyrol. die 1. Auguſti, & eundem Cangium v. *claves*. An autem hoc loco claves potius quibus cataracta claudebatur Vigilius intellexerit, eruditus lector conjiciat.

CAPUT IX.

Accuratae de Deutereis Graecorum notitiae. A Diptychis Eccleſiaſticis nomen babuiſſe omnino falſum. Multo autem minus a diphthera factum vocabulum. Notiſſima vocis origo ab numero ordinali. Quid inter Deutereos, & Deuterarios ex uſu apud Graecos diſcriminis? Deuterei Eccleſiae Cpolitanae officia, ac locus. De Deutereo etiam Diaconorum nonnulla.

I. PRotopapas in Eccleſia Graeca Deuterei pone ſequuntur, nec nonniſi raro ab illis, quorum in officio quaſi Vicarii erant, invenies eſſe ſejunctos. Qui non multis ab hinc annis in controverſiis, quae Reginos inter Archiepiſcopos, & Eccleſiam S. Mariae de Catholica Graecorum nuncupatam exarſerant, hinc & inde ſcripſere Cauſſidici, multum in hoc nomine interpretando ludentes, nimis ſe jejunos in Eccleſiaſticis medii aevi antiquitatibus Byzantinis prodiderunt. Eorum (1) uni fucum facit ſphalma illud, quò hoc nomen in non paucis viciniorum temporum tabulis perperam Dipthereus ſcribi ſolet. Hinc ſtatim intulit a Diptychis (2) nomen, eumque eſſe Deutereum putavit, cujus mu-

(1) *Difeſa della Real Giuriſdizione intorno a' Regj diritti ſulla Chieſa Colleggiata appellata S. Maria della Cattolica della Città di Reggio. Auctore* O. S. V. fol. 163.

(2) De Diptychis Eccleſiaſticis, litteratis, quae nomina continebant in primis Epiſcoporum vita functorum, qui in ea Eccleſia orthodoxe floruerunt, & potiorum ſedium, quibuſcum communio erat: vivorum deinde, & mortuorum, legendi Stephanus Durarti de ritib. lib. 2. cap. 43. 2.9., ſive potius Petrus Daneſius Epiſcop. Vaurenſis, ut putat Marten. in praefat. ad tom. 1. & 3. de ritib. Card. Bona 2. liturgicar. cap. 12. Lupus diſſert. de S. Synod. cap. 8. tom. 2. opp. Card. Noriſius in ſimili diſſert. de S. Synod. cap. 5. Mabillon. liturg. Gallican. lib. 1. pag. 43. Lebrun 4. liturgicor. diſſ. 15. p. 2. art. 3. §. 3. Berlendius de oblat. pag. 171. edit. Venet. 1376. Cangius in Gloſſ. med. lat. hôc verbô, & infinitl. Sed ad Graecorum diptycha quod ſpectat, Habert. ad Pontifical. Graecor. pag. 156. edit. Pariſ. 1643. Goar med. graecit. v. Δίπτυχα. Erant & figurata ad alium uſum, ſive ſacrum, ſive prophanum, de quibus Sebaſtianus Donatus, in tribus libris Italice de Dyptychis antiquorum, Papebrochius tom. 1. Maii pag 60. & ſeqq. Bonavroſius in obſervat. de trib. Diptychis eburneis Italice. Nuper autem & clariſſimi Paciaudus, & Mamachius: ille in opere de cultu S. Johann. Bapt. diſſ. 6. cap. 4. iſte in originib. Chriſtian. lib. 4. tom. 5. pag.

Digitized by Google

munus eo ſpectaret, ut ſacra diptycha tum Epiſcoporum, quum viventium, ac denatorum ſcriberet, ac conſervaret. In qua re illum lapſum eſſe tam eſt manifeſtum, quam certiſſimum, nuſquam Dipthereum, ſed Deutereum occurrere in officiis Graecarum Eccleſiarum. Diptycha in primis litterata, ſeu (3) tabellas illas in quibus nomina Epiſcoporum, celebriorumque fidelium, quae in canone liturgiae recitabantur ſcripta erant, non ad alios, quam ad Epiſcopos componere pertinebat, quorum dumtaxat erat, ſive vivos, ſive defunctos recipere in Eccleſiae communionem. Servare vero ad ejus Eccleſiae Scevophylacem ſpectabat, cujus diptycha erant, quod ea inter ſacra cimelia recenſerentur; vel quia, ut plurimum, ex eburnea, aliâve pretioſiori materiâ pugillares illi opercula haberent, vel quia Patrum orthodoxorum memoriam continerent, auro contra aeſtimandam, & fraudibus, eraſionibuſque haereticorum ſaepe ſubjectam. Ex Deutereo propterea doctiſſimus hic Cauſidicus Scevophylacem feciſſe videtur.

II. Haec autem ne nos temere dixiſſe videamur, ad ea confirmanda Eccleſiaſtica monumenta non deſunt. Magnis ſaepe animis certatum (4) de nominum quorumdam e diptychis eraſione, & Synodice etiam diſcuſſum eſt; neque id juris, niſi ad Epiſcopos, Synodoſve relatum, neque ab aliis, niſi a Scevophylacibus exhibita diptycha ſunt. Annô IↃXVIII. Juſtinô ad Imperium evectô, ejectiſque Eutychianis, in ſolemni Johannis Patriarchae Cpolitani ad Eccleſiam introitu (5), ab

pag. 493. & ſeqq. Nonnulla habet & Trombell. *Arte di conoſcere i Codici* cap. 8. De prophanis dixi ego & aliqua in differt. ad inſcription. Reginas, ubi de T.Erveni pugillaribus eboreis, Templo Apollinis Majoris Reginorum legatis in lapide de quo Gruter. tom. 1. fol. 174. n. 2. & 7. Fabretr. fol. 619. & in correctionib. ad Gruter. fol. 2. Murator. tom. 1. fol. 475.

(3) Dicta enim Diptycha ſunt *ἀπὸ τοῦ δὶς πτὺξ bis* nimirum, & *plica*; & triptycha ex ſimili ratione aliquando nuncupata ſunt, quod ter plicarentur, quemadmodum & Pentaptycha, & Polyptycha, quae voces & apud non ſacros Scriptores pro libellis deſignandis occurrunt. Vide Turnebum 9. adverſar. 23. Gothofred. ad l. 2. C. de diſcuſſorib. lib. 10. Caſſiodorium 5. Epiſtolar. 16. immo & S. Gregor. lib. 7. epiſt. 40. indict. 2.

(4) Confer Card. Bona 2. liturg. cap. 12.

(5) Vide Baron. ad ann. 518. a n. 15. ad ſeqq. Confer & actorum relationem apud Labb. tom. 5. Conc. inſertam Conc. Cpolitano ſub Menna anno 536. act. 5. pag. 178. & ſeqq.

eo Diptychis ſanctas quatuor Synodos, ac S. Leonis Papae, & Euphemii, Macedoniique Patriarcharum nomina reſtitui populus poſtulavit. Sed quoniam, ut canonice id fieret, (agebatur enim de re ex partium ſtudio jamdiu in controverſiam ducta), adunari Synodum poſtulaſſet, urgente nihilominus populô jure ſuô utens inſcripſit, & quartâ deinde die ad Synodum retulit. Similiter Apameenſis Eccleſiae Clerus (6) in libellis Cpolitanae ſub Menna Synodo inſertis de Petro Epiſcopo ſuo queſtus eſt *quod e ſacris Diptychis ſanctorum ſuorum Patrum vocabula deleret, virorum, qui boneſte ac ſancte vixerunt*. Deinde quum Juſtinianus Imperator in trium Capitulorum celebri controverſia certior fieri voluit, an Theodori Mopſueſtiae Epiſcopi nomen e ſacris Diptychis eraſum fuerit, Johanni Anazarbi ſeu Juſtinopolis ſecundae Ciliciae, in qua Mopſueſtia erat, Metropolitae, & Coſmae Mopſueſteno Epiſcopo Divales anno IƆL. ad Synodum convocandam direxit, inquirendumque, unde eraſi nominis origo manaſſet. Synodô autem coactâ, Epiſcopi efferuntur (7) in hunc modum loquentes. *Reverendiſſimus ſacrorum cuſtos vaſorum iſtius Sanctiſſimae Eccleſiae adferat ad conſiderationem nobis, & recitationem ſacra diptycha, in quibus ſanctae memoriae Sacerdotum ipſius optimae Civitatis continentur vocabula*. En ut illorum cuſtodia ad Scevophylacem pertinebat. Tum Johannes illius Eccleſiae Presbyter: *Secundum juſſionem*, inquit, *veſtrae ſanctitatis, inter ſacra vaſa, quae a me ſervantur, babentes diptycha, illa protuli, & ad recitationem porrigo. Habeo autem & duos alios* (8) *membranaceos quaterniones veteriores iſtis, quae nunc ſunt, & recitantur, & ipſos protuli, ſicut videris* (9).

Plu-

(6) Conſule hanc eandem Synod. ſub Menn. act. 5.

(7) Conſtant haec ex actis in S.Synod. relat. collation. 5. apud Labb. vel Harduin. Confer & Lupum laud. adnot. 4.

(8) Diptycha litterata ex membranis etiam fieri ſolita, quae poſteà operculis citrinis eboreis, vel ex alia materia operiebantur, oſtendi plene in meo ad Regina marmora opuſculo, quod propediem in lucem efferam.

(9) Ut obiter exemplum habeant adoleſcentes Diptychorum Eccleſiaſticorum, Diptycha illa ſic habebant: *Pro requieſcentibus Epiſcopis Protogene, Zoſimo, Olympio, Cyrillo* (hinc eraſus erat Theodorus, & ſuffectus S. Cyrill. Alexandrin.) *Thoma, Baſtiano, Auxentio, Palatino, Jacobo, Zoſimo, Theodoro, Simeone*. Legebantur autem a Diacono in canone Miſſae. Sic reſtitutis quatuor Synodis, & S. Leonis ac aliorum Patriarcharum memoriis,

de

Plura in eam rem coacervari exempla poſſent; ſed ſatis haec arbitramur, unde nihil cum Deutereis commune habuiſſe ejuſmodi Diptycha perſpicuum fit. Quod ſi ad ea fortaſſe Diptycha recurrerit quiſpiam, quae fidelium nuncupabantur, quaeqne, ut Card. Bona (10) ſcite monet, in Miſſa neutiquam legebantur, & quibus ſane recitandis nec menſes, nec fortaſſe anni ſufficerent; neque porro, ſi venerabilis antiquitatis monumenta ſcrutemur, rem confici puto. Nam quum ex veteri diſciplina nonniſi Epiſcopi baptizarent (11), eaque propter in Cathedralibus ut plurimum Eccleſiis baptiſteria eſſent, jam etiam ad Epiſcopos baptizandorum nomina recipere, & inſcribere pertinebat. *Date mihi nomina*, inquit S.Gregorius Nyſſenus (12), *& ego ea inſcribam libris ſenſibilibus*. Non diffitendum quidem, & ad Parochos, Curioneſve ob multitudinem baptizandorum, ut baptiſmi, ita & iſtam delatam eſſe facultatem, imo & in Eccleſia Graeca (13) citius fortaſſe, quam in Latina obtinuiſſe. Verum Deutereos, qui ſecundi ubique ſunt a primis Cathedralium Presbyteris, vel locorum Curionibus, eô prae illis donatos fuiſſe munere, ſi a ſolo inſcripti nominis ſphalmate expiſcaris, oleum certe,

 &

de quibus ſupra. *Tempore Diptychorum inquit Relatio, de qua adnot. 5. cucurrit omnis multitudo cum magno ſilentio circumcirca altare: & quum ſolum lectae fuerint a Diacono adpellationes praedictarum quatuor Synodorum & ſanctae memoriae Archiepiſcoporum Euphemii, Macedonii, & Leonis, voce magna univerſi clamarunt:* Gloria tibi Domine. *Et poſt haec cum omni modeſtia completa fuit cum Deo divina liturgia*. Mabill. in Annal. Benedict. ann. 859. n. 3. pag. 76. animadvertit Diptychorum nomina in ſacris, ad aurem Sacerdotis a Diacono fuiſſe recitata: & quidem ſilenter, ut Lebrunius laud. loco oſtendit, ſaltem in Eccleſia Occidentali ex Folcuino Chronic. Laub. cap. 7. Etenim de Orientali ſecus omnino videtur. Quippe & aevô ſuô queſtus S. Hieronym. eſt in cap. 11. Hieremiae v. 15. *Nunc publice recitantur offerentium nomina, & redemptio peccatorum mutatur in laudem*, ex quo loco offerenrium nomina, vivorum minimum, palam enunciata fuiſſe conſtar. In Occidenie item Diptycha a Subdiaconis etiam fuiſſe lecta ex eodem Folcuino idem obſervat Lebrunius.

(10) Card. Bona laud. adnot.2. n.2.

(11) Vide hac de re Marteniuin lib.1. de ritib. cap.1. art. 3. n. 2. & ſeqq. & art. 2. n. 15. Bened. XIV. tom. 1. inſtit. Paſtoral. inſt. 1. Chardonium tom. 1. hiſt. ſacram. cap. 10., & 17.

(12) Nyſſen. in orat. adverſus eos qui baptiſmum differebant. Confer eund. Martenium 1. de ritib. 1. art. 10. per tot.

(13) Id ex Conſtitutionib. Apoſtolicis lib. 3. cap. 10. colligitur, pro ea ſaltem Eccleſia, in qua primum editae ſunt. Vide hac de re Catalanum ad Ritual. Rom. tom. 1. tit. 2. §. 13. egregie differentem.

Digitized by Google

& operam perdes; Ipſorum qui baptizabant Presbyterorum, id erat officium. Donatos illô Deutereos jure contendes, quum & ipſi Curiones evaſere; quô ſane tempore fidelium Diptycha adeo minimô pretiô haberi coeperunt, ut vix eô nomine digna cenſeantur.

III. Modeſtior alter Cauſſidicus (14) ubi & *Diptbereum* in nonnullis tabulis, in aliis etiam *Dyſtereum* ſcriptum comperiſſet, conjicere ſe poſſe arbitratus eſt, ſi primam lectionem ſequi malumus, a dipthera (diphtheram potius ſcribere debuiſſet) arceſſiri poſſe veriloquium, hoc eſt a membrana, quod fortaſſe ſervator, & cuſtos eſſet Eccleſiae membranarum. Et hic itaque ex Deutereo Carthophylacem fecit. Profecto Διφϑεραν *pellem*, *exuvium*, *membranam* etiam in qua ſcribitur, apud Graecos eſſe compertum eſt. Nam & Jones βίβλυς libros dicere Δίφθερας, quod ad ſcribendum ob papyri penuriam pellibus uterentur (15) Herodotus ſcribit. Eô primitus nomine, caprae Amalthaae (16), quae Jovem lactaverat pellem cenſitam fuiſſe fabulantur, inque ea illum omnia ſcribere, quae fierent. Inde illa duo adagia manarunt: *Dipbtheram ſero Jupiter inſpexit: Antiquiora Diphthera*. At vero, quemadmodum in hoc poſtremum obſervat Eraſmus (17), ſicut quae nec in Hiſtoricorum litteris extarent, nec in hominum memoria ſervarentur, ea veluti ex Jovis diphthera petita dicebantur: ita ſane de hac conjectura dici poſſet, quum nemini in tota retro antiquitate notum fuerit hoc officium Deutereorum; quinimmo ad Carthophylaces pertinuiſſe vulgatum ſit. Mirum proinde ut mihi fuerit, cl. Virum Pompilium Rodotâ hominem Graecum, & rei Eccleſiaſticae Graecorum ſatis peritum (18), in eam facile deſcendiſſe

(14) *Ragioni a favore della Giuriſdizione ordinaria dell' Arcivescovo di Reggio ſopra la Chieſa di S. Maria de' Greci detta volgarmente la Cattolica.* Et iterum *apologia iſtorica, critica legale a favore della giuriſdizione ordinaria dell' Arciveſcovo di Reggio ſopra la Chieſa di S. Maria de' Greci detta la Cattolica* Auctore Antonio Zavarrone Epiſcopo deinde Tricarienſi Romae 1735. cap. 19. hujus edit.

(15) Vide Robert. in theſaur. ling. latin. hoc v.

(16) Confer hac de re Lactantium 1. inſtit. cap.

(17) Eraſmus Chiliadib. in hoc adagio.

(18) In originib. Rit. Graeci in Italia Romae 1758. lib. 1. cap. 8. fol. 266. & ſeq. una tamen nobiſcum ſentit fol. 404.

diſſe ſententiam, ut etiam putarit ab ea voce Deutereorum etymon deduci poſſe, eoſque fuiſſe, quibus membranarum Eccleſiae, ac privilegiorum cura, atque cuſtodia commiſſa fuerit. Adducit in eam rem vir cl. ex Graecis Canonibus, alterum Laodicenum XV. (19), alterum quod Nicaeno Conc. adtribuit, ex quibus Diphtherae nomen in uſu Eccleſiaſtico pro Codicibus ad Chori, vel Pſalmodiae uſum deſtinatos ſumi, confici plane arbitratur. Porro in utroque membranas indigitari ex quibus in ambone legebatur, canebaturve haud inficias imus. Zonaram quoque, quem laudat, ad eum canonem Laodicenum recte putaſſe, diphtherae ibi nomine, eccleſiaſticos libros fuiſſe a Patribus adpellatos, ingenue fatemur. Qui enim in ambonibus, niſi Eccleſiaſtici libri legerentur? At inde, aut eos qui cuſtodirent, aut qui ex eis legerent, pſallerentve, Dipthereos fuiſſe vocatos, eoſque in Graecanica antiquitate reperiri haud certe convincet, quum ceteroqui Deutereorum veriloquium aliunde conſpicuum ſit. Illô enim nomine eos potius donatos fuiſſe concederem, qui diphtheras (20) ipſas, ſeu pelles, ſive curarent, ſive componerent, & expolirent.

IV. Verum modeſtus aeque, ac doctus ut erat alius iſte Cauſſidicus, alteri nixus lectioni, ex graecis quibuſdam vocibus, quae vulgo a noſtris uſurpari ſolent, rem tandem acu tetigit, ſatis licet non explicaverit. Quum enim ab indigenis noſtris exuvias illas, quas bombyces, in quorum cultura toti ſunt, ſecundo deponunt exuvias *ditteri*, quemadmodum & quas primum *πρώτας*, & quas tertium *τρίτας* ex graeco more adpellari conſueſſe diligenter obſervaſſet: felicius hoc

unum

(19) Ita canon. *Quòd non oportet praeter Canonicos Cantores, qui ambonem adſcendunt καὶ ἀπὸ διφθέρας ψαλλόντων, atque ex diphthera canunt, alios quoslibet canere in Eccleſia*. Alii Interpretes heic vertunt: *ex codice*: alii: *ex membrana*. Vide Vaneſpen in hunc can. tom.7.opp. Eundem prope ſenſum habet canon alter, quem neque in Arabicorum, quâ utor canonum editione reperi. *Non oportere laicos ambonem adſcendere, ſed eos ſolos, qui ordinati ſunt ad legendum, vel canendum ex diphthera*.

(20) Dicta enim Diphthera ſive a *δέρω* excorio, ſive a *δὶς καὶ φθείρω corrumpo*, quia exterius raditur, attenuaturque, ut corrumpi videatur, quemadmodum Schrevelius obſervat. Inde eô nomine donata ſunt, & librorum opercula, & paſtorum veſtes, ac tentoria quod ex pellibus eſſent. Confer Lexic. Philologic. Mathiae Martinii.

Digitized by Google

unum inde conjecit, Dictireum, ut ipſe ſcribit, perſonam innuere potuiſſe in ſecundo gradu conlocatam. Apud Macrium nimirum, ac Dumorterium, vocem *Deuteriarius*, ſeu potius *Deuterarius* viderat, ſed in ancipiti ſtetit, quum ad Monachos pertinere noviſſet, ne ex Presbytero faceret cucullatum. Et reipſa quidem, Graecorum Deutereus, quo de agimus, nonniſi Deuteropapâs erat, ut recte Junius exponit (21) probante Gretzerô. Nam & a Godino δευτερύων τ ἱερέων, ideſt *ſecundus*, vel *ſecundarius* Sacerdotum in Eccleſia Cpolitana nuncupatur. Quod ſi frequentius, primâ dumtaxat voce in texendis officiorum catalogis uſi Scriptores ſunt, id factum quia ex proximo antea Protopapae vocabulo, ſignificatio ſuppleretur. Deuterarii autem ſecundas in Monaſteriis poſt Abbatem partes, ſimili ratione, ſed inflexa aliter nominis derivatione, obtinebant. Hujuſmodi ſunt, qui in Conc. Cpolitano ſub Menna (22) occurrunt *Flavianus Presbyter, & Deuterareus Modeſti Abbatis Monaſterii Lycaoniorum nuncupati* &: *Anaſtaſius Presbyter, & Deuterarius ſancti Philippi in Brephotrophio*. Sic, quem S. Gregorius in Dialogis *Monaſterii* Praepoſitum dixit, μοναςήριυ δευτεραρίον Monaſterii *Deuterarium*, in illorum in graecam linguam traductione vertit (23) Zacharias Papa.

V.

(21) Vide Gretzer. lib. 1. in Codin. cap. 10. n. 5. edit. Reg. Pariſ. cum Goario 1648.

(22) Conc. ſub Menna ann. 536., ubi act. 1. inter 87. Monachos Anthimi accuſatores leguntur: Φλαβιανὸς πρεσβύτερ, καὶ δευτεραρίος τ Μοδέςυ Θεοφιλεστάτυ πρεσβυτέρυ, καὶ Ηγυμένυ τῆς μονῆς ἐπίκλην τῶν Λυκαόνων ἀξιώσας ὑπέγραψα. *Flavianus Presbyter, & Deuterarius Modeſti Deo amantiſſimi Preſbyteri, & Hegumeni, manſionis cognominatae Lycaoniorum, qui poſtulavi, ſubſcripſi*. Et Αναςάσιος πρεσβύτερ καὶ δευτεραριος τ ἁγίυ Φιλίππυ τυ Βρεφοτροφείυ. *Anaſtaſius Presbyter, & Deuterarius S. Philippi in Brephotrophio*. Notanda quoque ſubſcriptio eſt Conſtantis Archimandritae, celebris Monaſterii S. Dii Cpoli. Προτάξας τῇ ἰδίᾳ μυ χειρὶ τον τίμιον ςαυρὸν, καὶ τὸ ὄνομα μυ υπογράψας τοῖς δὲ λιβέλλοις διὰ χειρὸς Στρατονίκυ, καὶ Δευτεραρίυ μυ. *Percutiens manu mea propria honorabilem crucem, & nomen meum ſubſcribens; libellis vero per manus Stratonici, & Deuterarii mei*. Quo ex loco, alterius aliter inflexae derivationis exemplum habes.

(23) Confer lib. 1. Dialogor. cap. 1. 3. & 7. cum verſione Zachariae, licet in hoc conſtans non fuerit. Adiſis Ducangium in Gloſſ. mediae Graecit. ad hanc vocem. At vero quem ſecundum Defenſorem dixit S. Gregor., hunc Δευτερεύων τῶ Δεφενσόρων, *Deutereum non Deuterarium Defenſorum* vertit Zacharias lib. 4. cap. 31. Porro nomen Δευτερεύοντος in aliis quoque etiam haud Eccleſiaſticis officiis eodem modo uſurpatum conſtat. Secundarium ſcilicet

in

V. At vero ne toti in verbis ſimus, quae de Deutereo diximus, ex ejus in Eccleſia Cpolitana officio ſupra omnem fidem collocantur. Anonymus, qui Protopapae ſtatim Deutereum ſubdit, praecipuum illius munus exponit hôc modô (24) Ὁ Δευτερεύων, ὅταν λείπῃ ὁ Πρωτοπαπᾶς, κρατεῖ τὸν τόπον αὐτοῦ. *Deutereus, ſeu ſecundarius, quum deeſt Protopapas, tenet locum illius.* Deinde, & hôc pactô Codex Allatianus (25) Ὁ Δευτερεύων λειτουργεῖ καὶ αὐτὸς μετὰ τοῦ Ἀρχιερέως· ὅταν λείπῃ ὁ Πρωτοπαπᾶς, ἔχει ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τὰ πρωτεῖα πάντα. *Deutereus celebrat & ipſe cum Pontifice. Abſente Protopapâ habet in Eccleſia omnes primatus.* Alius quoque Catalogus ex C. Regio (26) apud Cangium ὁ Δευτερεύων εἰσοδεῖ τοὺς ἱερεῖς, ἐὰν οὐκ ἔνι Πρωτοπαπᾶς, καὶ ἄρχει τῶν ἱερέων μετὰ τὸν Πρωτοπαπᾶν. *Deutereus introducit Sacerdotes, ſi non adeſt Protopapas, & primatum obtinet Sacerdotum poſt Protopapam.* Similiter (27) Codinus ὁ Δευτερεύων τῶν ἱερέων εἰσοδεύων τοὺς ἱερεῖς, καὶ φέρων τὰ δευτερεῖα τοῦ Πρωτοπαπᾶ. *Deutereus Sacerdotum, ſeu ſecundarius Sacerdotum introducit Sacerdotes, tenetque ſecundas a Protopapa.* Nec deeſt Euchologium (28), in quo δεύτερος ἱερεὺς *ſecundus Sacerdos*, occurrit, quod ad Πρωτοϊερέα, ſeu Πρωτοπαπᾶν *Primum Sacerdotem* referatur. Theodoſius quoque in Turcograecia pag. 218. ὁ μὲν, inquit, Πρωτοπαπᾶς πρῶτος τῶν ἱερέων; ὁ δὲ δευτερεύων, μετὰ τὸν Πρωτοπαπᾶν ὀφφίκιον. *Protopapas quidem primus eſt Sacerdotum; Deutereus vero, poſt Protopapam officium.* Hinc plane vides Deutereum inter Eccleſiae Presbyteros *Deuteropapatem*, id eſt Presbyterorum ſecundum fuiſſe, atque Protopapae vere τοποτηρητὴν *locum tenentem*; ejuſque vice, eô abſente, ſingulis illis officiis fungi oportuiſſe, quae ad illum ſpectabant, concelebratione cum Pontifice ne quidem exceptâ. Quinimmo & hanc illi ſimul cum Protopapa fortaſſe conveniſſe, jam ſupra, quum de Protopapa ageremus, innuimus. Ut igitur Protopapam ſecundas a Pontifice tenere recte Codinus dixerat; ita & heic adpoſite, opportuneque, Deutereum ſecundas a Pro-

ro-

in aliquo munere innuit. Vide Baſilicor. lib. 6. tit. 25. Apud Allat. lib. 2. de conſenſ. utriuſq. Eccl. cap. 12. in ſententia lata adverſus Niphonem Bogomilum *Gregorius Secretarius Deuterei*, & *Johannes Secretarius Picernae* leguntur.

(24) Anonym. loc. ſupra ſaepe laud. in expoſitione Chori ſiniſtri.

(25) Apud Goarium ad cap. 1. Codini n. 43., & apud Cangium in Gloſſar. med. Graecit. v. Δευτερεύων.

(26) Loco mox laudato.

(27) Codin. cap. 1. n. 31. in pentade 5.

(28) Euchologi. pag. 292. edit. Pariſ. ubi de ordinatione Presbyteri.

topapâ, cujus vices gerit, obtinere, animadvertit.

VI. Sed quid *εἰσοδεύειν τοὺς ἱερεῖς* hôc ſibi locô velit, quove Deutereus introduxerit Sacerdotes obſcurum profectò eſt, & denſis adhuc tenebris obſitum. Putavit Junius (29) in Tribunal introductos, ſi quam agendam cauſſam habuerint, ut illi objicit Gretzerus: quippe voce *Βήματος*, illum in ritibus Eccleſiaſticis explicandis ita fuiſſe abuſum videri, ut Diaeterium potius, non altare, vel Sanctuarium intellexerit, jam alias (30) obſervavimus. Caſtigat & hôc locô illum Gretzerus, tum vel maxime quod *εἰσοδεύειν eſt eſſe aliorum in ſacris miniſteriis functionibus, ſupplicationibus ducem, & quaſi anteceſſorem, & ductorem*. Hinc eo id muneris ſpectaſſe colligere cuiquam licet, ut Deutereus officia in Sanctuario, vel altari Presbyteris partiretur, adtenderetque, ut in iis, eorumque actibus, quiſque adpoſite, & ex ordine ſe gereret. Quod equidem munus ad Diaconos quod adtinet, a Deutereo Diaconorum exerceri paullo poſt Codinus (31) idem ſubnectit Ὁ Δευτερεύων τῶν Διακόνων Πρῶτος τῶν κοινῶν Διακόνων, καὶ εἰσοδεύων τοὺς Διακόνους. *Deutereus Diaconorum primus eſt inter communes Diaconos, & introducit Diaconos*. Inter communes, inquit, Diaconos (32), quia Exocatacoeli extra ſphaeram erant reliquorum Diaconorum, atque inter hos erat Archidiaconus Diaconorum πρῶτος, ſeu Protodiaconus, de quo, ejuſque Deutereo nonnulla (33) tertio capite delibata. At hujus muneris nulla apud Anonymum, aut in Allatianis mentio, quod utrobique (34), Introductor, diſtinctô ab Deutereis officiô legatur, cujus tamen non ullum amplius apud Codinum veſtigium. Quamobrem de Deutereo etiam Diaconorum hoc dumtaxat ſubdit (35) Anonymus: *Deutereus Diaconorum, ſi abſit Archidiaconus ejus locum ſervat*. Sublatô itaque introductore, Deutereis, jam Codini aevô hae partes additae; quô etiam tempore, Archidiaconatu, ut conjecimus (36) in Chartophylacem translatô, remanſerat tamen Diaconorum Deutereus,

cujus

(29) Vide Gretzer. lib. in Codin. cap. 10. n. 5. qui eum caſtigat.

(30) Confer ſupra cap. 6. n. 5.

(31) Codin. cit. adnot. 27. n. 42.

(32) Confer Goar ad cit. Codini loc. n. 44.

(33) Vide ſupra cap. 3. n. 5.

(34) Adiſis Catalogum Anonymi ſupra relat. cap. 5. n. 2.

(35) In fine explicationis Catalogi.

(36) Vide ſupra cap. 3. adnot. 34.

cujus in coronatione Imperatoris, ad illi, & Patriarchae acclamationes adcinendas ſpeciale munus (37) alibi Codinus enarrat. Ceterum vereor, ne introductiones hujuſmodi ad altare dumtaxat, ejuſque menſam recipiendae Euchariſtiae cauſsâ potius pertinerent, quod in tanta rerum caligine aliis lubens decidendum permitto.

VII. Etenim nonnullas quoque partes in ſollemnibus liturgiis habuiſſe Deutereos, ex quibuſdam Simeonis Theſſalonicenſis, ac Petri Patriarchae Antiocheni locis erui facile poteſt. Oblationem illi adtribuit ex more Graecorum ante Sacrificium in magna ſollemnitate conſecrationis Patriarchae, Simeon (38) Theſſalonicenſis. Narratâ enim, quae ab Epiſcopis, atque Presbyteris fiebat novo Patriarchae, adoratione: *Quum, inquit, qui ſecundas inter Presbyteros agit oblationem de more fecerit, Miſſa incboatur.* Haec quoque verba ex epiſtola quadam Petri Antiocheni Patriarchae ad Michaëlem Cerularium Patriarcham Cpolitanum, quam numquam vidi, refert Cangius, quae Deutereorum in ſollemnibus liturgiis partes indicant. Ἔνθεν, inquit, (39) κἀκεῖθεν ὁ Ἀρχιδιάκονος κ̀ ὁ Δευτερεύων, τὸ πρῶτον, κ̀ τὸ δεύτερον ποτήριον αἴροντες λέγουσι: πληρῶσαι Δέσποτα. Quae in hunc modum verto. *Hinc & illinc Archidiaconus, & Deutereus primum, & ſecundum calicem tollentes dicunt: Imple Domine.* Quae nonniſi ad ſacram liturgiam, vel ſynaxim pertinent. At haec alii viderint.

VIII. Eccleſiae Cpolitanae Deutereum in choro ſiniſtro ἀμέσως poſt Protopapam Anonymus locat; in pentade autem quinta, & pone poſt illum, Codinus, qui tamen extra locum, ut videtur, ſtatim illi Diaconorum Deutereum ſubnectit. Rectius

T an-

(37) Codin. cap. 17. ubi de coronatione Imperatoris agit: *Deinde*, inquit, *venit Deutereus Diaconorum dexterâ manu thuribulum geſtans, ſiniſtrâ id quod dicitur omophorium, hoc eſt humerale Patriarchae*. Venire autem hunc notat, quod Archidiaconô Cpolitana Eccleſia careret, ſubditque: *Deutereus Diaconorum thus Imperatori adolet, ipſoque caput inclinante, magnâ voce intonat illud: Recordetur Dominus Deus potentiae Regni tui in Regno ſuo &c. Idem adcinunt poſt ipſum venientes Diaconi, & poſt hos Sacerdotes quoque. Et omnes iſti ad Tabernaculum progreſſi, Patriarchae itidem hoc canticum incinunt: Recordetur Deus Pontificatus tui nunc &c.*

(38) Simeon Theſſalonic. de ſacr. ordinat. cap. undecimô.

(39) Apud Cangium in Gloſſ. med. Graecit. v. Δευτερεύων.

antiquior ille, qui ultimô locô magnum Archidiaconum, & *τον Δευτερευῶντα τῶν Διακόνων Deutereum Diaconorum* enumerat. At fortaſſe Codini aetate, ſublatô Archidiaconi nomine, Deuterei Diaconorum dignitas creverat. Nulla tamen in Palatio Deutereorum mentio, quum ibi & Protopapas eſſet, & Archidiaconus, ut vidimus. Verum in Eccleſiis Cathedralibus ad exemplum Cpolitanae, ubi Protopapae, ibi & Deutereos fuiſſe credendum eſt. Ad Protopapas enim Curiones quod adtinet, vix ac ne vix quidem ſine Deutereis invenies, qui etiam Curiones frequenter & ipſi ſunt, ubi uberior cura animarum eos vocare coëgit in ſollicitudinem. Hujus rei exempla in Calabria noſtra obvia ſunt, ad cujus Protopapas, Deutereoſque explicandos, praemiſsô adparatu, nunc progrediendum eſt.

CAPUT X.

Excurſus Hiſtorico-criticus ad nonnulla ſcitu neceſſaria priuſquam de Calabriae Protopapis agatur. De Calabriae nomine primum in Brutios translatô. Inde de Metropolitano illorum ante ſaeculum VIII., deque ritu, quô divina officia apud eos celebrabantur. Poſtremo de abſtractione Diaeceſeωn a Patriarchatu Romano ab Graecis facta, ejuſque Epocha, deque Metropolitanis Siciliae, atque Calabriae ſub Graecis plene diſſeritur.

I. QUoniam Protopapae ac Deuterei in Brutiis non auditi, niſi poſtquam Brutii in Calabros evaſere, abſtractique a Patriarchatu Romano, graecos ritus adoptarunt: plura idcirco nos heic remorantur, atque extra propoſitam materiam, haud invitos licet, impellunt. Tria itaque in anteceſſum monere oportet, quae alias in antiquitatibus meis veterum Brutiorum, & Calabriae medii aevi, uberrime diſceptantur. Primum quidem Calabriae nomen

olim

olim in Hydruntina potiſſimum (1) Cherſoneſo Brunduſium inter ac Tarentum ſtetiſſe: Sybarim autem in mari ſupero, Laum in infero notiſſimos fluvios, limites fuiſſe veterum Butiorum. Id nominis a Graecis, amiſsâ Apuliâ, in Brutios, ingenitô faſtu fuiſſe translatum, quum ne Thematum ſuorum, ut vocabant, nomina amitterent, quidquid tandem in extrema Italia poſſidebant, ſub uno Calabriae nomine comprehenderunt, frequens eſt hodie doctorum opinio. Potiſſimum vero Brutiorum regioni haeſiſſe id nomen putant, quum deperditâ etiam veteri Calabriâ, deducta ab Graecis in Brutios fuit Praetorum Sedes. Etenim tunc etiam ſub Langobardis in Calabriam veterem extenſum eſt finitimae Apuliae vocabulum, quam idcirco, una cum veteri Apulia Graeci in poſterum dixere Langobardiam, ut ex Conſtantini Porphyrogennetae thematis (2) conſtat. Primus, quod ſciam, qui in ejuſmodi indaginem, obiter licet proripuerit, fuit doctiſſimus ille vir Camillus Peregrinius (3) qui de erudita antiquitate Regni noſtri primus quoque bene meruit: miraturque jure a tot Clariſſ. Scriptoribus, & a Noſtratibus praeſertim omiſſam, qui ea de cauſſa ad Brutios, Calabroſque quod adtinet miſerandum in modum omnia in antiquis (4) miſcuerunt. Eam ipſe, quam retulimus translati hujus honeſtiſſimi nominis cauſſam, ſolidâ ſatis, ac felici conjecturâ detexit; ejuſque ſenſa tranſcripſit, probavitque Auctor Hiſtoriae civilis Regni noſtri (5), ſuaſque de extenſo etiam citra

T 2 Pha-

(1) Peninſulam illam alii *communi vocabulô & Meſſapiam, & Japygiam, & Calabriam, & Salentinam vocant* inquit Strabo lib.6. Geograph. alii in partes diſtinguunt. Confer Cellarium antiq. Geograph. lib. 2. ſect. 4. n.577. edit. Lipſiae 1721. Non eſt hujus loci plura.

(2) Conſtant Porphyrogen. de themat. lib.2. themat.10. & 11. fol.28.edit. Bandur. tom.1. antiq. Cpolitanar. Pariſ. 1711.

(3) Camill. Peregrin. diſſ. 6. de finib. Ducat. Beneventan. ad Orient. tom. 5. Script. Rer. Ital. fol. 180. vel tom. 5. Hiſt. Princip. Langobard. Pratill. fol. 258.

(4) Noſtrorum certe in hac parte impotens alucinatio fuit. At vide, ut hodieque labitur Orlendius Orb. Sacr. & prophan. p. 2. lib.4. cap. 34. n. 7. fol. 2000. tom.4. Florent. 1728. Dum enim Ughellum reprehendit, falſo licet, adferentem ab Conſtantini M. tempore Calabriae nomen in Brutios ſaltem inlatum: congerie locorum ad veterem Calabriam pertinentium, arma contra ſeipſum colligit: haud ſatis iis etiam cohaerens quae p. 1. lib. 4. cap. 3. n.11. fol. 261. tom.1. docuerat.

(5) Petr. Jannon. tom.1. lib.8. cap.2. fol.383. edit. Hagae Comit., ut praefert, 1753.

Pharum Siciliae nomine, iiſdem paene ex occaſionibus ſuperſtruxit conjecturas. Poſt haec vero eruditiſſimus ille Benedictinus, qui tomo X. collectionis S. R. I. chorographicam tabulam, egregiamque ad Italiam Graeco-Langobardico-Francicam diſſertationem (6) edidit, progredi conatus ulterius; atque translationis hujuſmodi ſtabilire adgreſſus epocham, ingenue quidem fatetur, non factum id per edictum chronicâ notâ ſignatum; ſed ut in ſimilibus, ſenſim ſine ſenſu, & ex loquendi uſu, qui loco, & tempori ſerviens, pedetentim tamen, & gradatim excreſcit. Frequentari tamen id nomen pro Brutiis coepiſſe, poſt adeptas jam a Romualdo I. Duce Beneventano Tarentum, atque Brunduſium, ex ſubſcriptionibus Brutiorum quorumdam Epiſcoporum in Synodica Agathonis Papae anno IↃCLXXIX. ad futurum Oecumenicum Conc. VI. data, ubi Provinciae ſe Calabriae inſcribunt, primum ſe collegiſſe adſeverat. Urbes enim illas, & omnem, quae in circuitu eſt, latiſſimam regionem, ut Paullus Warnefridi loquitur (7) inter annos IↃCLXVIII. & IↃCLXXXX. Romualdum abſtuliſſe Graecis, eſt omnino certiſſimum.

II. Profecto ex hiſcemet Synodicae inſcriptionibus intulerat olim Petrus de (8) Marca Archiepiſcopus Pariſienſis perſeveraſſe adhuc Agathonis temporibus antiquam illam Provinciarum Calabriae, & Brutiorum diſtinctionem, quod Epiſcoporum ibi ſubſcriptorum ſedes, ex qua Provincia forent haud recte cognoverit: quamvis paullo poſt ſub Leone deinde Iſauro innovationem factam fuiſſe in Provinciarum Italiae inferioris adpellatione, & tributione conjecerit, quod adductis etiam duobus ſequioris aevi, Hadriani Papae, & Eginhardi te-

(6) Caſpar Berretta Benedictinus in diſſert. tom. 10. S. R. I. praefixa n. 143. Quamobrem docti viri Antonius Zavarronus in adnot. ad diploma Godani Archiepiſc. Acheruntini fol. 44., & Bodataus lib. 1. Graec. Rit. in Ital. fol. 29. & de noſtra Calabria benemeriti, contra hujus nominis translationem tamquam ſaeculo X. factam mordicus diſputantes, recte quidem agunt, ſi tamen non antiquius id nomen, ad Brutios quod pertinet, octavô ſeculô putent. Illud enim vetuſtiſſimum huic regioni fuiſſe, maluit adhuc in tanta rerum luce Thomas Aceti Epiſcop. Laquedonienſis in prolegomen. ad Barrium fol. 36., quem corrigere potius in hac parte, quam tueri debuiſſet. De hac re nos alibi.

(7) Paull. Diacon. lib. 6. cap. 1. tom. 1. p. 1. S. R. I.

(8) Marca 1. Concord. cap. 7. n. 4. Vide infra adnot. 13.

teſtimoniis eximie comprobavit. Verum ab Romualdi tempore initia traxiſſe nominis Calabriae translationem non ignoravit Peregrinius, qui in ea ipſa, quam ille laudat, diſſertatione (9) rem adſeruit diſertiſſime. Provinciarum itaque in Italia diviſionem illam, quam ex Imperii notitia haurimus, extinctô Occidentali Imperiô, ſub Theoderico, aliiſque Gothorum Regibus adhuc perduraſſe ex Caſſiodorii epiſtolis (10) diſcimus, qui etiam Correctoris Lucaniae, & Brutiorum munere functus eſt. Nonniſi recuperatâ ex Gothis ab Auguſtis Graecis Italiâ, mutari hujus politia ſub Juſtino II. coepta eſt, quum, revocatô Narſethe, Longinum anno circ. IↃLXVIII. ſumma cum peteſtate atque Imperio in illam deſtinavit. Hic enim Exarchi Italiae (11) titulô ſibi reſervatô, ſublatis Provinciarum Praefectis, ſingulis potioribus Civitatibus ſingulos Duces impoſuit, exceptâ Siciliâ, quam totam Praetor unus eidem ſubjectus regebat. Verum eodem illô annô in Italiam irruentes Langobardi ab Narſethe pridem acciti, Graecorum in ea Imperium ita paullatim maxima ex parte mutilarunt, ut Regnô Ticini erectô, Dynaſtiis Spoleti, atque Beneventi conſtitutis, praeter Exarchatum Ravennae, Romam, aliaſque paucas Urbes ad Mare Tyrrhenum (12), veteremque Calabriam, extremoſque Bruttios, reliqua ceſſerint Langobardis. Quum autem Calabriam veterem Hydruntô, atque Gallipoli exceptis, occupaſſet Romualdus, jam inde Graeci Calabriae

no-

(9) Sic porro ibi: *Poſt necem (Imperatoris Conſtantis) quum primaeva illa Calabria a Duce Beneventi Romualdo ſeniore, quod Paullus ibidem perhibet, admodum fuiſſet imminuta, Imperatores, qui Conſtantem ſunt ſubſecuti, eôdem Calabriae vocabulô adpellare perſeverarunt, quae adhuc in Cis-Tiberina Italia ſervabant loca, tum ex conſueto Grecorum faſtu, ac ne ſui Imperii Themata minora deveniſſe viderentur; tum quod reliquam ad Orientem trans Brunduſium, ac Tarentum Provinciam, nunc fere Terra d' Otranto, olim verae antiquae Calabriae partem, nunquam amiſerunt, ut poſt dicam.*

(10) Vide Caſſiodor. lib. 1. variar. epiſt. 3. in qua de ipſius Caſſiodorii Magiſtratu agitur. Item lib. 3. ep. 8. quae directa eſt *Venantio viro ſenatori Correctori Calabriae, & Brutiorum*: Apud eund. leguntur; Vitalianus epiſt. 0. lib. 11. Anaſtaſius epiſt. 14. lib. 12. Maximus ibid. epiſt. 5.

(11) Confer Blondum decad. 1. lib. 8. fol. 102. & Sigon. 1. de Regn. Ital. ad ann. 566. in fin.

(12) Lege Paull. Diacon Hiſt. Langob. lib. 2. cap. 17. & vel ipſum Conſtant. Porphyrogenit. de adminiſtr. Imper. cap. 27. fol. 82. edit. Bandur. ubi urbes Graecis tandem relictas tametſi non omnes recte enumerat.

nomen, cujus dumtaxat quotam partem poſſidebant, cum Brutiis confudere: & quidquid reſiduum illis in extrema Italia fuit, ſub Calabriae, aut Brutiorum nomine promiſcue nuncupari coeptum fuiſſe ex Synodica (13) praedicta, aliiſque monumentis plane conſtat; donec poſtremô, hôc nomine ablegatô, illud dumtaxat remanſerit.

III. Verum ſi quid ſapio, quod quidem in omni, in hac praeſertim re eſt perexiguum, quod docti illi viri adſerunt, tunc ex veteri Calabria Regium in Brutiis deductam fuiſſe Praetorum Sedem, haud ſatis mihi eorum temporum politiae videtur eſſe conſentaneum. Nulla enim ad ea uſque tempora, & vigente Exarchatu, Praetoris, qui Apuliam, veteremve Calabriam regeret mentio in illorum temporum hiſtoriis. Diviſio quippe illa duorum Thematum (14), ſeu Provinciarum Siciliae, ac Langobardiae, quâ uſos fuiſſe Graecos in Italiae regionibus, quae eorum ſubdebantur imperio per duos Patricios regendis, refert Conſtantinus Porphyrogenneta

(13) Subſcriptiones Synodicae Agathonis ad text. graecum conlatae apud Harduin. tom. 3. col. 1127. ita ſe habent; ut Epiſcoporum qui in Brutiis erant, quinque ſe dixerint Provinciae Calabriae, nimirum *Stephanus Locrenſis*, *Theophanes Thurinenſis*, *Gregorius Taurianenſis*, *Theodorus Tropaeanus*, *& Creſcens Vibonenſis*: Quatuor autem *Julianus Conſentinus*, *Abundantius Temſanus*, *Petrus Crotonienſis*, *Paullus Scylacenſis* (nam reliqui additam Provinciam non habent) ſe dixerint Provinciae Brutiorum: ſimiliter ex Epiſcopis Calabriae Johannes Hydruntinus ſe Provinciae Brutiorum ſubſcripſerit, *Germanus* vero *Tarentinus* Provinciae Calabriae. En ut confundi promiſcuô nomine duae Provinciae coeptae ſunt, donec Calabriae nomen haeſerit Brutiis, quibus Graeci dominabantur; illud autem Apuliae extenſum a Langobardis ad Calabriam veterem fuerit. Superſedeo heic ab aliis ſequiorum temporum exemplis, quibus haeſiſſe regioni id nomen conſtat, quod hac de re alibi pluribus. Sed quid eſt, inquies, quod Lupus Protoſpatha ann. 1089. ſcribit: *Facta eſt Synodus omnium Apulienſium, & Calabrorum, & Brutiorum Epiſcoporum in Civitate Melphiae?* En adhuc ſervatam II. ſaeculô Provinciarum hujuſmodi ab illorum temporum Scriptore diſtinctionem. Sed factum id eruditionis cauſsâ ab homine Graeco-Apulo, ſi ſuperis placet, eloquentiſſimo. Nam Calabriae nomen jamdiu in Brutios inlatum, vel ejus loquendi ratio demonſtrat ad ann. 981. *Fecit praelium Otho Rex cum Sarracenis in Calabria in Civitate Cotruna*. Et ad 986. *Comprehenderunt Sarraceni Sanctam Chiriachi Civitatem* (hoc eſt S. Cyriacae) *& diſſipaverunt Calabriam totam*. Et ad ann. 1044. *Guillelmus filius Tancredi deſcendit cum Guarimari Principe in Calabriam, feceruntque ipſum Squillaci Caſtellum*.

(14) Θέμα Thema Graecis etiam legio eſt. Quod autem ſingulis ſecundum eorum diviſionem Provinciis, ſingulae fortaſſe legiones mitterentur, inde factum ut regiones hôc pactô ab eis partitas *themata* vocarent Graeci. Vide Bandur. in praefat. tom. 1. Antiquit. Cpolit.

Digitized by Google

ta (licet veteris politiae Imperii ſui in Italia haud (15) ſatis gnarus) ad tempora potius pertinere videtur, quae longe poſt extinctum ſequuntur ſub Aiſtulpho Langobardorum Rege anno circiter (16) IↃCCLII. Exarchatum Ravennae. Quamvis enim hunc adminiſtrandi morem ad tempora etiam referat ante Narſethem, cujus tamen aetatem ad octavi ſaeculi finem (17) turpi prochroniſmô locat, nullam nihilominus Exarchatus ingerit mentionem; quum tamen obvium ſit Exarchi per univerſam Italiam primas fuiſſe partes, Ducibus conſtitutis, miſſiſque Tribunis, Siciliae inſulam ſi demas; quae propriô ſub eo (18) Praetore, ſeu Patricio, vel Stratego

(15) In eis quae Conſtantinus tradit cap. 27. de adminiſt. Imper. ad regimen quod adtinet Italiae, tot ἀσύστατα ſunt, quot paene verba. Obvia haec ſunt cuique rerum Italiae illorum temporum vel levi pulvere adſperſo. Confer cl. Aſſeman. de reb. Neapol. lib. 1. cap. 11. ex n. 17. & cap. 13. per tot., ubi ejus errata paſſim caſtigat.

(16) De capta Ravenna, exinctoq. Exarchatu, translatoque deinde a Pipino in Eccleſiam Roman. Vide Sigon. 3. de Regn. Ital. ſub Aiſtulpho ad ann. 752. & Murator. in annalib. ad eum ann. ac diſſert. 1. antiquit medii aevi. Exactiorem XVIII. Exarchorum ſeriem, quot ſcilicet 184. circiter annor. ſpatio Italiam vexarunt, collegit Clariſ. Cennius praefat. ad tom. 4. Anaſtaſ. §. 39.

(17) *Temporibus, inquit, Imperatricis Irenes miſſus Patricius Narſes &c.* Irene autem cum filio Conſtantino nonniſi anno 780. imperium capeſſivit. Nimirum pro Sophia Juſtini II. conjuge, a qua invidiam paſſus eſt Narſes, Irenen obtruſit.

(18) Quamvis In notitia imperii Sicilia ſub Conſulari fuerit, ut videri apud Pancirolum poteſt lib. 2. ad Not. utriuſq. Imper. teſteſq. ejus rei ſint plures ll. in C. Th. tit 20. de curſ. public & 32. de operib. public., atque marmora apud Gualterium in tabb. ſicul. n. 117. 134. 437. 438. 442., & paullo ante etiam ſub Correctoribus, ut ex epiſt. Conſtantini M. ad Chreſtum Epiſc. Syracuſan. apud Euſeb. lib. 10. cap. 5. & ex lapidibus quoq. apud eundem Gualter. n. 123. 135. 144. recuperatâ nihilominus ex Gothis Siciliâ, illi Praetorem ex more antiquo reſtituit Juſtinianus, de quò authentic. de Praetor. Sicil. collat. 10. conſt. 104. & novell. 68 de adpellat. in Sicil. porrigend. In qua poſtrema, tametſi adpellationes adverſus Praetoris Siciliae ſententias apud Quaeſtorem in Urbe Regia exerceri jubeantur; haec tamen ſanctio, Exarchatu in Italia conſtituto, non amplius fortaſſe locum habuit. Remanſit itaque poſt Juſtini II. tempora ſuus Praetor Siciliae, qui & Praefectus, & Patricius, & Strategus ſaepe audivit. Romae vero, Neapoli, Amalphi, Cajetae &c. Duces conſtituti. Calabriam veterem, vel Apuliam eò tempore Praetorem, aut Ducem habuiſſe nuſquam legi. Praetoris Siciliae frequens mentio apud S. Gregor. lib. 1. ep. 1. lib. 3. epiſt. 38. lib. 10. epiſt. 31. lib. 11. ep. 8. Sergii quoque Praetoris Siciliae ſub Leone Iſauro apud Anaſtaſium in Gregor. III., & Zonaram ann. 17. Leonis. Patriciorum item deinde, qui Praetores, vel Strategi erant, paſſim memoriae. Ceterorum quoque Ducum obvia monumenta; ſed numquam Praetoris, vel Ducis Calabriae. Ea ſcilicet loca Exarchae ſub Tribunis parebant, quemadmodum diſerte eruitur ex epiſt. 99. lib. 9. ejuſdem S. Gregorii ad Occilianum Tribunum Hydruntinum, in qua ſic habes: *Cogno-*

go regebatur, ad quem ob propinquitatem extremos etiam Brutios vel ex eo tempore pertinuiſſe vehementer ſuſpicor, ſed in ancipiti hactenus (19) relinquo. In Calabriam autem tunc ab Exarchis miſſos fuiſſe Tribunos ex epiſtolis S. Gregorii plane conſtat. Et quidem primus qui occurrat Apuliae Praetor, vel Strategus Stephanus Maxentius Cappadox eſt apud eundem (20) Porphyrogennetum, ſed longe poſtea ſub Baſilio Macedone, qui anno IↃCCCLXVII. ſumſit imperium. Circa ea ſcilicet tempora Graeci, amiſſâ etiam Siciliâ, quam Saraceni captis ſub illius imperio (21) anno IↃCCCLXXVIII. Syracuſis fere integram, unô demtô Tauromeniô, jam occupaverant, ad ſervandum quidquid in veteri, novaque Calabria illis reſiduum erat, vel etiam in Apulia recuperarant, Strategos huc mittere conſueverunt. Auditi tunc primum Duces vel Strategi Calabriae, de quibus idem Porphyrogenitus (22)

poſt

gnoſcentes Magnitudinem veſtram de Ravennatibus partibus cum ordinatione excellentiſſimi filii noſtri Exarchi ad Hydruntinam Civitatem feliciter remeaſſe, grate ſuſcipimus, & Dominum exoramus, qui actus veſtros ſuae propitiationis opitulatione diſponat. Sabinus ſiquidem frater, & Coëpiſcopus ad nos veniens, graves nobis Civium ſuorum querelas innotuit, aſſerens a Viatore extribuno Hydruntinae Civitatis multa ſe hactenus illicita pertuliſſe &c. Extinctô autem Exarchatu, quidquid reſiduum Graecis in veteri Calabria, & in Brutiis fuit, id ſub uno Calabriae nomine ad Praetorem Siciliae certiſſime traslatum eſt, una cum omnibus maritimis, Cajetam uſque. Nam ad Patricium Siciliae pertinuiſſe vel Cajetam, ibiq. aetate Caroli M. traxiſſe moram ex epiſt. Hadriani PP. ad Carolum ipſum Cod. Carolini ep. 73. diſerte liquet. An autem & ſuper Ducatum Neapolitanum, qui diutiſſime perſeveravit, aliquid juris habuerit plane neſcio. Illud certum Neapolitanos cum aula Cpolitana ſemper fuiſſe conjunctiſſimos. Amiſsâ autem a Graecis Siciliâ, inducti ſunt Patricii, & Strategi Apuliae, & Calabriae, qui aliquando etiam Siciliae nuncupantur, cujuſmodi titulô donatur Coſmas Anthius, de quo ſupra cap. 1. adnot. 58. Hinc nata illa duorum Patriciorum, qui duo themata regerent Conſtantini fabella, qui illos eodem tempore locat, quum diverſi omnino fuerint, & poſteriora prioribus miſcet. Addam dumtaxat, *Bajulum Graecorum de Calabria* in Chronico Cavenſi fol. 387. tom. 4. Pratill. annô 798. me legiſſe; cujus tamen non ordinarium fuiſſe munus; aut certe cum Praetore non aequiparandum, nemo non videt.

(19) In hanc ſententiam deſcendit Auctor. hiſtor. civil. loc. adnot. 5. laud.

(20) Porphyrogenit. in Baſilio Macedone n. 71. edit. Combefiſii.

(21) Hoc anno captas Syracuſas Pagius ad hunc ann. demonſtrat, & poſt eum Muratorius in annalib., potius quam ann. 88., ut nonnulli putarant.

(22) Haec fortaſſe vero proxima dixit Conſtantinus de Themat. lib. 2. themat. 10. Occidentis fol. 28. edit. Banduri. *Decimum thema Sicilia. Ceterum Sicilia inſignes urbes habet, Syracuſas, & Tauromenium dictum, ipſumque Agrigentum, & civitates partim deſertas, partim a Saracenis occupatas. Syracuſas certe ſub Baſilio illo praeclaro Imperatore coeperunt Saraceni; Tauromenium*

ve-

poſt deſcriptam invaſionem Siciliae, qui tamen non ad Langobardiae, ſeu verius Apuliae, ſed ad Siciliae thema ab Agarenis occupatae pertinebant: tametſi quandoque iidem fuerint Apuliae, & Calabriae Rectores, quemadmodum de Nicephoro Magiſtro, de quo Lupus Protoſpatha ad an. IↃCCCCLXVI. Auctor vitae S. Nili junioris (23) animadvertit. Quoniam vero Graeci in Apulia ſaeculô X. feliciores fuerunt, devictô etiam, ſuppetias ferentibus Saracenis, Othone II. Occidentali Imperatore, quidquid ibi recuperarunt, novo deinde ampliſſimoque ſubdidere Magiſtratui, quem Catapanum dixere: relictô tamen Regii etiam Praetore, ſeu Duce Calabriae, ut vel de ipſo tempore, quo Robertus Guiſcardus Northmannus Regium coepit, teſtatur (24) Scylitzes. Catapanum autem dictum aliqui (25) interpretantur ἀπὸ κατὰ, κ̀ παν, quaſi omnia potentem, & vice Principis agentem. Hinc ſecundum Dominum, alii (26) dixere, quaſi Κατὰ Παντοκράτορα

V poſt

vero ſub Leone Sapientiſſimo Imperatore. Quotquot igitur deſerta fuere Oppida, haec ab ipſis Saracenis detinentur. Sola Calabria a Chriſtianis tenetur, in qua etiam Regium eſt, & oppidulum S. Cyriacae, & S. Severinae, & Croto & alia quaedam oppida; quibus Dux (graece ὁ ϛρατηγὸς Strategus) Calabriae dominatur. Sunt autem ſub Sicilia, & ejus Duce (graece Stratego) urbes viginti duae. Quod hôc locô legerint Peregrinius, & Berrettus laud. adnot. 3. & 6. *dominabatur*, inde forſan eorum de antiquo Praetore Calabriae opinio manavit.

(23) Auctor vitae S. Nili junior. a Caryophilo edit. Εκράτει ποτὲ ἀμφοτέρων τῶν χωρῶν, Ιταλίας τε καὶ καθ' ἡμᾶς Καλαβρίας Νικηφόρος ὁ Μάγιϛρος. *Regebat utramque regionem, Italiam pariter & Calabriam noſtram Nicephorus Magiſter.* Ante illum etiam an. 955. ex Lupo Protoſpatha Marianus Patricius hiſce titulis inſignis legitur apud Oſtienſem lib. 2. cap. 2. *Marianus Anthypatus Imperialis Patricius, & Strategus Calabriae, ac Langobardiae.*

(24) Scylitzes tom. 2. fol. 853. edit. Pariſ. 1647. cum Cedrenô. *Robertus adhibitâ celeritate Regium capit urbem magnam, & illuſtrem, ubi conſueverat ὁ Δοὺξ Ιταλίας Dux Italiae commorari, quod ibi eſſent, & magnificae domus, & eorum quae ad victum neceſſaria ſunt copia multa.* Hinc nec Ducis titulum Robertus adſumſit, niſi Regiô captâ, ut Gaufredus teſtatur lib. 1. cap. 36. Bibliothec. ſicul. tom. 1. fol. 174.

(25) Non eſt omittenda primô locô interpretatio Guillielmi Apuli Biblioth. ſicul. tom. 1. fol. 93.

Quod Catapan Graeci, nos juxta
dicimus omne.
Quiſquis apud Danaos vice fungitur hujus honoris,
Diſpoſitor populi, parat omne quod
expedit illi.
Et juxta quod cuique dari licet,
omne miniſtrat.

Vidiſti nobile etymon? Vide etiam Auctor. Hiſtor. civil. lib. 8. cap. 3. plura de hoc nomine ex Cangio colligentem. Sed lib. 17 cap. 5. n. o. eam ſequitur interpretationem, ut Catapanus Omnipotentem adſignificet, quod abſolutô imperiô Provinciam regeret, non expectatâ Principis voluntate.

(26) Hanc aliam refert Cangius v. Catapanus, quam nec adprobare videtur. Illam autem tradit Auctor vitae S. Lietberti de qua mox adnot. 29.

poſt omnipotentem, initiô dumtaxat ſecundae vocis pronunciatô. Sed Poſſinus (27) a *κατὰ* potius, & *ἐπάνω juxta & ſupra* vocem derivat, quaſi prope Principem eſſet, & ſupra ceteros Catapanus. Inter haec, illud certum monuiſſe eundem Porphyrogennetam (28) eum qui *Maſtromeles* Romanâ dialectô dicitur, Catapanum exercitus graece interpretari. *Maſtromeles* autem, aut *Maſtromilius*, alius certe non erat, niſi corruptô ab Graecis vocabulô *Magiſter Militum*. Hiſce igitur apud Graecos Catapani aequivalebant (29), qui in Apulia reſidentes, nomen deinde ab officio fecere Provinciae, quae ut Oſtienſis (30) loquitur *corruptâ vulgaritate Capitanata vocatur, quum pro certo ab officio Catapani qui eam fecit, Catapanata debeat adpellari*. Et recte quidem, ut ut in Oſtienſem fruſtra nonnulli obſtrepant vocis ſimilitudine inluſi, quaſi e converſo res ſe habuerit, atque a barbara voce *Capitanei*, ſuam Graeci fecerint *Catapani*, ut a Magiſtris militum, *Maſtromilios*. Profecto antiquius eſſe apud nos Capitanei nomen ab invecto nomine Catapani obſervat quidem Muratorius (31), ſed nunquam eô ſenſu, ut cum paene Regia Catapani Graecorum poreſtate comparari (32) poſſit. Verum de his ſatis hôc locô.

IV.

(27) Poſſin. in Gloſſar. ad Alexiad Annae Comnenae v. Κατεπάνω. Ejus interpretationem ita admittit Cang. in adnot ad idem opus lib.3. pag.273. ut magis nomen a barbara Noſtrorum voce *Capitaneus* fuiſſe derivatum inclinet, quemadmodum in Gloſſario repetit hoc v.

(28) Porphyrogenit. laud. ſaepe loc. cap.27. *Maſtromilios* vocat Anna Alexiados lib. 13.

(29) Praeterquam in Apulia, ubi poſt devictum Othonem II. an. 982. circiter, hunc Magiſtratum Graeci inſtituere, ut ſaeviore Apulos imperiô regerent, quemadmodum Sigonius loquitur 7. de Regn. Ital., vix alibi Catapanos invenies. Adfert Cangius in Gloſſar. locum vitae S. Lietberti Epiſcopi Cameracenſis cap.41. ex tom.10. Spicilegii Dacheriani, ubi de Inſula Cypri loquens Auctor, *Princeps* inquit, *illius inſulae quem Catapan, hoc eſt ſecundum Dominum vocant &c.* Auctor vitae S. Vitalis Abb. Siculi apud Octav. Cajet. tom.2. fol.80. & Ughell. tom.4. fol. 1167. hunc Apuliae Rectorem inſolenti voce *Ecatapanum* adpellat.

(30) In chronic. lib.2. cap.50. edit. Murat. S. R. I. tom.4.

(31) Murator. diſſ. 6. antiq. med. aevi prope fin.

(32) Fatendum nihilominus id nomen tandem ſub Northmannis Regibus non minus, ac aliud Strategi ad vulgaria officia declinaſſe. Sic ſub Guillelmo I. Hugo Falcaldus Bibliothec. Sicul. tom. 1. fol. 448. *Catapanos* eodem cenſet ordine, ac *Juſtitiarios*, *Stratigotos*, *Camerarios*. Neapoli quoque Catapanum publicum Miniſtrum eſſe, qui annonae menſuris, ponderibuſque praeſit Cangius admonet hoc v.

IV. Alterum haeic praemonendum illud eſt, nullum in Provinciis Urbicariae Dioeceſeos Italiae ad VIII. uſque ſaeculum praeter Romanum Pontificem Metropoliticô jure in ceteros fuiſſe potitum; Sardiniam ſi tunc demas (33), quum Wandalis ereptam, non amplius urbis Vicario, ſed novò Praefecto Praetorio Africae ſubjecit Juſtinianus. Inde ſcilicet primum Metropolitani Sardiniae in Eccleſiaſticis monumentis certiſſima mentio. Porro id juris Capuae etiam in Campania adſerere conati ſunt ſummi viri Sirmundus (34), Marca, & Hallerius: Reginae vero urbi in Bruttiis, non Marca modo, & Hallerius (35), ſed Geographiae ſacrae etiam Princeps Carolus Vialartus a S. Paullo nuncupatus Abbas Fulienſis, deinde & Epiſcopus Abrincenſis; qui Syracuſas quoque in Sicilia eâdem donatas praerogativâ cenſuerunt. Ut autem omittam, quae ſive noſtri, ſive Siculi Scriptores plurimi ſuarum quique Eccleſiarum jura obtrudentes, hac in re congeſſerunt, ſtet vero fides: & ſive externorum, ſive Noſtrorum Siculorumque hominum conjecturas, ſuſque deque habendas

(33) Sunt qui putant Calaritanum Epiſcopum a 4. Saeculo fuiſſe Metropolitanum, auctoritate freti S. Athanaſii in epiſt. ad Solitar. atq. Theodoreti lib. 2. hiſtor. cap. 12. Ubi enim de iis Epiſcopis, qui in Conciliabulo Mediolanenſi contra Athanaſium ipſum ſubſcribere recuſarunt, ſermonem habent, illis a primo adcenſetur, Λουκίφερος ὁ ἀπὸ Μητροπόλεως τῆς Σαρδινίας Ἐπίσκοπος. *Lucifer ex Metropoli Sardiniae Epiſcopus*. A ſecundo item Λουκίφερος ὁ τῆς Μητροπόλεως τῶν κατὰ Σαρδινίαν Νήσων. *Luciferus Metropoleos Inſularum Sardiniae*. Sed quum haec verba ad Metropolim Civilem potius referantur, id certiſſimum eſt aetate S. Gregorii M. Epiſcopum Calaritanum fuiſſe Sardiniae totius Metropolitam. Vide epiſt. 60. 63. & 81. lib. 1. indict. 9., & potiſſimum 47. edit. antiq., & epiſt. 9. lib. 3. ind. 13. & 8. lib. 7. ind. 2., & quam infra damus epigraphem adnot. 37. In Synodica quoque ſextae Synodi ad Romanum Pontificem ſubſcribit Citonatus Calaritanus Epiſcopus *pro ſe & Synodo quae ſub ipſo eſt*.

(34) Sirmund. in adventoria contra Salmaſ. Marc. 1. concord. cap. 7. num. 4. Franc. Hallier. de ſacr. ordinat. p. 3. ſect. 5. cap. 4. art. 3. §. 1. n. 2. Nec longe ab hac ſententia videtur Holſten. ad Carol. a S Paullo lib. 2. n. 9.

(35) Marc. & Hallier. ibid. Carol. a S. Paull. lib. 2. Geograph. ſacr. ubi tametſi n. 9. a Capua, Metropolitica jura ante ea tempora abjudicet, Regio tamen, ac Syracuſis vindicare conatur, quibus poſtremis Marca etiam & Hallerius adſerunt. Thomaſſin. nihilominus p. 2. diſciplin. lib. 3. cap. 40. n. 9. Syracuſis ſaltem a S. Gregorio M. collatum id juris ſuſpicatur, quem ſequitur Orlendius p. 1. orb. ſacr. & prophan. lib. 4. cap. 5. Nuper Hieremias a Bennettis in vindiciis Privilegior. S. Petri &c. Romae 1758. tom. 4. p. 2. art. 7. fol. 69. & 71. pro Regio tantum ac Syracuſis ſtetit. Syracuſano etiam adſeruerat Dupinius, ut Calaritano, de antiq. diſcipl. diſſert. 1. §. 8. fol. [illegible]. Neapoli Miraeus Eccl. Politiae lib. 1. cap. 3. Sed nemo adſertionis ſuae cauſſam adfert idoneam.

eſſe arbitror. Illos enimvero partium ſtudium in veteribus Romani Metropolitae finibus coarctandis; iſtos patriae amor, ac φυλαυτία tranſverſum egit. Clariſſimis adeo momentis res hodie in plena veritatis luce a doctiſſimis (36) viris collocata eſt, ut nonniſi ficulneae, ac rejiculae ex adverſo conjecturae adferri poſſint. Vel ex unius S. Gregorii Epiſtolis (37), quibus Siculi maximopere confidunt, illos causâ cadere neceſſe eſt. Argumentum autem quô Marca, & Vialarius utuntur, quod inter avulſas octavô ſaeculô a Patriarchatu Romano Metropoles in Diatypoſi Leonis Sapientis, Regium, Syracuſaeque cenſeantur, umbrâ ſuberis plane levius eſt. Inter avulſas quippe Metropoles cenſitae ſunt, non quod Metropoles eſſent quum avellerentur; ſed quod, quum in eo la-

(36) Vide Labbaeum in adparat. Concil. Thomaſſin. ipſum loc. mox laud. & p. p. lib. 1. cap. 40. n. 5. Cantelium hiſtor. Neapolitan. urbium tom. 1. p. 3. diſſ. 4. & 5. per tot. Pagium ad ann. 965. n. 4. & ſeq. Scheltratium antiquit. inluſtrat. tom. 2. diſſert. 4. & 5. & diſſert. 6. cap. 4. art. 1. n. 4. Allat. de conſenſ. utriuſq: Eccl. lib. 1. cap. 2. Lupum in notis ad can. 6. Sardicenſem, & diſſert. de 7. Synod. general, cap. 8. Cardin. Noriſium diſſert. hiſtoric. de 5. Synod. cap. 10. Maurinos Patres ad epiſtolam primam S. Gregorii. v. *intra Provinciam*, & lib. 2. cap. 4. vitae S. Gregorii tom. 2. opp. Bacchinium diſſert. de Eccleſiaſt. Hierarchiae originib. p. p. quae eſt de Italicarum Metropolium originib., Georgium in exercit. hiſtoric. de antiquis Italiae Metropolibus Romae 1722. Jannonium tom. 1. hiſtor. Civil. lib. 2. cap. 8. Orlendium orb. ſacr. & prophan. volum. 3. p. 2. ſeu tom. 4. in praefat. & p. 2. lib. 4. cap. 38. fol. 2157. Blancum de poteſt. & polit. Eccleſiaſtic. tom. 4. fol. 368. & 202. Joh. de Joh. diſſert. ſelect. ad C. Diplomatic. Siciliae diſſ. 3. fol. 413. Aſſeman. de reb. Neapolit. & Sicul. tom. 1. cap. 19. a n. 3. ad ſeqq. fol. 610. Rodotaum 1. orig. rit. Graec. in Ital. cap. 2. fol. 50. & ſeqq. & ſexcentos.

(37). Satis eſt epigraphem referre epiſtolae 5. lib. 8. indict. 1 alias 11. lib. 7. ind. 1., qua Metropolitanis legem Mauricii Imperatoris, de iis qui militiae, vel rationibus ſunt obligati in Clerum non recipiendis tranſmittit. Sic porro habet *Gregorius Euſebio Theſſalonicenſi, Urbitio Dyrrachitano, Conſtantino Mediolanenſi, Andreae Nicopolitano, Johanni Corinthi, Johanni Primae Juſtinianae, Johanni Cretenſi Scoritano, Johanni Lariſſae, Mariniano Ravennae, Januario Caralis Sardiniae, & omnibus Epiſcopis Siciliae*. Adpoſite Canonic. de Johanne in adnot. ad hanc epiſtol. cod. ſui fol. 188: *ſi aliquis*, inquit, *extitiſſet dignitate ejuſmodi praeditus in Sicilia, non omnibus Epiſcopis, ſed illi ſingillatim S. Gregorius inſcripſiſſet praecepta Suffraganeos Epiſcopos edocturo, quemadmodum feciſſe noſcitur cum aliis Metropolitis heic commemoratis*. Fruſtra itaque, eruditorum judicio, Metropolitanum ante ea tempora Siciliae reſtituere, eumque iterum in tanto rerum lumine Panormi locare conatus eſt, anno 1745. editô ibidem opuſculô Ab. D. Benedictus Patti & Roccaforte. Tunc ſane Panormo reſtituet, quum *Terra feret ſtellas, Coelum ſcindetur aratro. Panormitani Archiepiſcopatus antiquitas*, jure dixit Lupus in diſſ. de 7. Synod. cap. 8. in fin. tom. 3. opp. *eſt fumus, & palea. Eſt opus Nothmannorum, qui ejectis Graecis, Metropoliticam dignitatem Syracuſis Panormorum tranſtulerunt*. Qua de re nonnulla infra.

laterculo (38) ſcriberentur, eſſent. Non heic ultra pergam, ne ex excurſu tractatum faciam, ſed quos orae adlevi Scriptores potius adeantur.

V. Poſtremum prioris hujus eſt conſectarium, nullam proinde ante VIII. Saeculum in Italia, ac Sicilia Eccleſiam graecâ linguâ, rituve liturgiam, divinaque officia celebraſſe; ſed omnes latino more, ſacra publica peregiſſe. Quamvis enim ultro demus, Graecorum hominum colluviem, & in Sicilia, & in Apulia, & in Bruttiis, atque in maritimis etiam Cajetam uſque, & medii aevi Liburiam, poſt extinctum Occidentale imperium habitaſſe; neutiquam tamen latino ritui, quem ab antiquo ſub Romano Metropolitano habuerunt, aliquid detractum eſt, niſi poſt VIII. ſaeculum, in iis dumtaxat Eccleſiis, quae per vim, & tyrannidem Graecorum a Patriarchatu Romano avulſae ſunt. Diſplicet haec nonnullis adſertio (39), qui toti ſunt in Magna Graecia in hac extrema ora Italiae extollenda, & Graeciſmo Siciliae. Verum ſacra prophanis miſcere haud vident, & Hecubae tempora cum praedicatione Apoſtolorum. Nam quae Magna Graecia, quando in Bruttios Chriſtiana Religio inlata eſt, quum aetate etiam ſuâ *παλαιὰν μεγάλην ἑλλάδα veterem Magnam Graeciam* Polybius (40) dixerit, deletamque jamdiu adſerat aevô

(38) Praeterquam quod argumentum hujuſmodi a Graecorum quiſquiliis ſumitur, de quibus infra; illud tamen vel clariſſimè evincit de Metropolibus locutum Auctorem fuiſſe, quae Metropoles dicebantur, quum laterculum conficiebat; quod avulſis Metropolibus Patras etiam, Athenaſque adcenſeat, quae neque aetate S. Gregorii, ut ex adlata mox epigraphe conſtat, neque ante 8. ſaeculum inter Metropoles erant. Quinimmo omnes Epiſcopos Helladis, quos inter Athenienſis erat, Johanni Epiſcopo Corinthio ſubeſſe jubentur ab eod. S Gregorio epiſt. 56. lib. 4. *Quod hoc ſibi antiquae conſuetudinis ordo defendat*. Sed de his in alio opere, Deo auſpice, pleniſſime.

(39) Diſplicere nuper video viro docto Pompilio Rodatâ, qui lib. 1. Origin. Rit. Graec. in Ital. cap. 3. per tot. a fol. 63. tom. 1. Graecum ritum primis ſaltem noſtrae Religionis temporibus in Bruttiis, & Sicilia tueri conatur.

(40) Polyb. lib. 3. circa fin. Tull. in orator. lib. 2. cap. 35. & lib. 3. cap. 34., & Tuſculanar. 4., & in Laelio. Strabo lib. 6 Geograph. fol. 380. edit. graec. lat. Janſonii Amſtelodami 1707. cujus poſtrema verba haec ſunt *καὶ τούτους λόγῳ, τὸ δὲ ἀληθὲς Ῥωμαίους καὶ γὰρ αὐτοὶ Ῥωμαῖοι γεγόνασιν*: quae quidem ita preſſius vertes. *Et hos quidem verbo* (Lucanos, Bruttios, Campanos dico) *re autem ipsâ Romanos; nam & ipſi Romani evaſerunt*. Vocantur autem graecae tres illae Urbes, quod ut idem de Neapoli monet Strabo, plurima Graeciſmi veſtigia ſervaverunt.

aevô ſuô Tullius: *nunc autem*, ſcribat ſub Auguſto, aut Tiberio Strabo: *Tarentô*, *Regiô*, *ac Neapoli exceptis*, *omnia in barbariem ſunt redacta*, *aliaque a Lucanis*, *&* *Bruttiis*, *alia a Campanis obtinentur*: *ab his quidem verbô*, *reapſe a Romanis*: *ſunt enim & ipſi Romani*! Ingruentibus ſcilicet, annô I. Olympiadis CVI. (41) Bruttiorum examinibus, Graecos illis ceſſiſſe indubium eſt, nonnullae licet urbes, & morem & linguam retinuerint: At Romanis deinde, mox jure ſociali, mox municipiis, & Coloniis, mox etiam bellô omnia occupantibus, linguam, & mores ſuos genti impoſuiſſe teſtes diſerti ſunt, vel ſoli eorum temporum (42) lapides, quos nonniſi

(41) Vide Diodorum lib.16. Bibliothecae fol.218.edit. Rhodomanni Hanoviae 1604. Incidit is annus in 398. ab Urb. Cond. ex epocha Varroniana, Periodi Julianae 4358. Nam ad Romanos Coſſ. quos ibi refert, labitur, ut ſaepiſſime in ea re Diodorus.

(42) Mirum ſane eſſet, florente in his regionibus Graeciſmo circa tempora, ut contendunt natae Religionis, omnes eorum circiter temporum lapides eſſe latinos. Nam quot in Bruttiis graecos vidi lapides, ii vel ad Reſpublicas M. Graeciae pertinent, vel ad tempora ſaltem Reipublicae Romanorum. Porro nec lapides Chriſtianos Graecos in Bruttiis ante 8. ſeculum hactenus obſervavi, Latinos certe nonnullos. Nuper annô 1757. ineunte, octavô ab Regina Urbe lapide meridiem verſus, in loco vulgo *Lazzaro* nuncupato, inter latericia rudera ſub quadrangulari figulino opere hominis σκελετός cum hac epigraphe Monogrammati Jesu Chriſti inſerta, jacens inventus eſt. TRANOSIONISI BIBAS IN DEO. Adſunt & ſiglae, quas legendas putant viri docti CUM PACE CUM TUIS. Sepulcretum eo loci fuiſſe ſuſpicio inceſſit animum: nec novum in hujuſmodi figulinis inſcriptiones adponi, quarum amplam meſſem habes apud Fabrettum. Huic inſcriptioni ſimiles infinitae ex vetuſta phraſi Chriſtianorum Vide Fabrett. fol.546. Boldett. fol.117. 118. 340. 344. 419. Murator. diſſ. 58. antiquitat. med. aevi, & graecas huic ſimiles apud Fabbrett. fol.590. Boldett. fol.417. Lupium ad monument. S. Severae pag.193. Similem graecam paullo ante an. 1756. in Cryptis Syracuſanis repertam, additam invenio poſt cap. 1. comment. praevii ad acta S. Luciae τῷ μακαρίτῃ Canonici de Johanne Panormi edita 1758. fol. 23. quae ſic habet. A. Ω. MAKARI EN Θεῷ ZHCHC. Ectypon utriuſque alibi dabo. Veſtigia quoque Graeciſmi, ut in aliis, vide in noſtra; praeſertim in pronunciatione litterae B, quam in V conſonum ſculptor vertit, qui & Δ Graecorum uſurpat. Quas ergo in Sicilia quandoque reperies, in Bruttiis hactenus non reperi.

Contra vero inductô poſt ſaecul. 8. ritu graecô, de quo mox, graecae paſſim obſervantur in Bruttiis Chriſtianorum inſcriptiones. Duas referam Hieracii proſtantes, quas nuper extulit Cl. Parlaus in vitis Epiſc. Hieracenſ. Paſquae fol.238., & 283., quarum altera ad fores eſt S. M. ad Nives, altera in Suburbio ad Eccleſiam S. M. de Magiſtro. Sic porro prima habet

OIKOS MICΘVΛΟΓΟV ZΩΟN-
TOC
EI TIC ΘEΛEI AVTON ΠΟI-
NEKPOTAΦION ANAΘEMA
HEIN
ECXEI AΠΟ ΘEOV.

Quae ſic in latinum verti poteſt

Domus. Verbi. viventis. &. vindicantis
Si. quis. illam. facere. velit
Defunctorum. ſepulcrum


Ex-

niſi latinos etiam in urbibus Graecis per haſce regiones invenies. Sed ne in quaeſtionem invadam, quam ſuper ſummi

Excomunicetur. a Deo.

Sic enim *τὸ μισθὺλογυ* interpretor, ut non modo *μισθὸς praemium*, aut *mercedem*, ſed meritam etiam *poenam* & *punitionem* ſignificet, quod heic mirifice cum inſcriptionis ſententia congruit. Ad ea tempora pertinere hic lapis videtur, in quibus mos cadavera in Eccleſiis ſepeliendi introduci coeptus eſt., multis ex adverſo frementibus. Sane introductionis ritus hujuſmodi veſtigia ſunt nonnulla apud S. Gregorium lib. 4. dialogor. a cap. 50. ad 54. ita ut in Bruttiis etiam introductionis exordia deduci ab ejus ep.5. alias 6. lib. 10. Ind. 3. commode poſſint. Ibi enim ſcribens Sabino Subdiacono Regionario in Bruttiis commoranti ſic habet: *Quia comperimus duas uncinas ſubſtantiae ſuae praedictum teſtatorem Eccleſiae S. Georgii ubi ſepeliri voluit, legaviſſe, curae tuae ſit, ut eaſdem duas uncias, ſi nondum completae ſunt, modis omnibus vindicare debeas.* Scilicet etſi ipſemet S.Gregorius humandi corporis loca, pretiò adipiſci poſſe diſtricte vetarit, ut vel ex epiſt.3. lib. 8. ind. 1. alias 4. lib.7. ad Donum Epiſc. Meſſanenſem liquet: oblationes tamen, quae ſponte fierent in ſimili ad Januarium Epiſcop. Calaritanum epiſtola recipere permiſit. At cave ne hinc inſcriptionem S.Gregorii tempora redolere colligas tum quod de ſepulturis *juxa Eccleſiam* illum eſſe intelligendum ex Johanne Diacono lib. 2. ejus vitae cap. 20. nonnulli contendant, quum vero maxime, quod quamvis tumulorum in Eccleſiis initia aliqua ſaecul. 7. admittantur, controverſia tamen ad ſaecul. uſque 10. protenſa eſt, aliis adprobantibus morem, improbantibus aliis, e quorum grege auctor inſcriptionis fuit. Vide Martene 3. de ritib. cap. 13. per tot. Thomaſſin. p. 3. diſcipl. cap. 65. & ſeqq. Van-Eſpen jur. Eccl. p. 2. tit.38. cap. 2. Quum autem & per eam aetatem frequentes in uſu fuerint apud Chriſtianos imprecationum formulae quaedam adverſus eos, quos impios, ſacrilegoſque credebant, ut ab aliqua re facienda hôc pactô deterrerent (ut videri in multis lapidibus poteſt apud Fabrett. pag. 110. & ſeq. Arringh. tom. 1. ſol. 89. & 2. ſol.174. Reinexſium ſol.964. Fleetwood ſol.386. & 517., imo & in eorum temporum CC.apud Montfanconium Paleograph.ſol.58.& 63.,& 385.ac in vetuſtis diplomatis apud eund.ultim. locô, & apud Pirrum in Sicil. ſacr. & Ughell. tom. 9. Ital. ſacr.) ſapit jam inſcriptio noſtra, illius aetatis ſtilum, ad quem confirmandum ceteris ſuperaddi poterit

Alterius ectypon hujuſmodi eſt.



Sic autem vertendnm cenſeo. *Aedificatum eſt Templum Deiparae, & SS. Martyrum Euſtratii, & Commilitonum ejus, & S.Martyris Ecaterinae ſub Micio anno 6392. Indictione ſeptima.* Pertinet profecto inſcriptio ad an. Chriſti 1084. ſubducta Epochâ Cpolitanâ. S. Enſtratii M. Synathletae quatuor apud Graecos occurrunt, Auxentius, Eugenius, Mardarius, Oreſtes, qui ſub Dioclet., & Maximian. paſſi in Armenia ſunt, eorumque memoria celebris

mi viri, hinc Mazochius (43), inde Aſſemanus paene exhauſerunt, ad ritum quod ſpectat Eccleſiaſticum, fixum illud eſſe debet (44), neque in Sicilia, neque in Brutiis, neque in

bris eſt in Menologio Baſilii Porphyrogeniti ad diem 13. Decembris, & in Menaeis Graecor. & in Martyrol. Romano. In Ephemeridibus tamen Ruthenicis neſcio qua de cauſſa Eugenius deſit. Vide Aſſeman. Kalend. Eccl. Univerſ. tom.5. fol.463. Hinc illud M. rer repetitum, haud numerum fortaſſis, ſed multitudinem tantum indicat Major Cryptographia in illis ἡϛ, quae non tam meô, quam aliorum me peritiorum judiciô, αὐτὸν lego. Ceterum ex hoc lapide, inluſtrari quoque inductus ille Graecorum ritus poteſt, non ſcribendi modo, ſed ſcalpendi etiam cum ſpiritibus, accentibuſque, de quibus Montfauconius Paleograph. fol. 257. & ſeqq., Mazoch. ad tabb. Heracl diatrib. 3. fol.127. & ſeq. Monet autem Cl. Maffeius Muſei Veron. fol. 363. lapidem Ravennatem, quem idem Montfauconius adfert in Diario fol 98., ita etiam ſculptum eſſe; putatque ante medium ſaeculi 7. ſpiritus & accentus hujuſmodi nedum in ſaxo ullo, ſed neque in membranis reperiri. Antiquiorem certe ſaeculô nonô Codicem non adfert Montfauconius. Verum ad lapides quod adtinet confer laud. Mazoch. Nos enim non id modo agimus. Hoc dumtaxat ſub excurſionis finem monemus, nec etiam ſi in Bruttiis lapides graeci temporum Chriſtianorum, vel Chriſtiani etiam reperirentur, de more rituve graeco aliquid poſſe concludi. Nam reliquiae eſſe poterant veteris moris, atque Graeciſmi, vel ad Graecos pertinuiſſe in Bruttiis commorantes. Vel in ipſis Romae arenariis graeci lapides eruuntur. Contra vero, frequentia tot marmorum latinorum, linguam moreſque latinos Bruttiis fuiſſe impoſitos ſatis demonſtrat. Porro nec a lapidibus Graecis medii aevi ritum graecum illius aetatis unice concludimus.

(43) Mazoch. diſſert. hiſtoric. critic. de *Cathedr. Eccl. Neapol. ſemper unicae variis diverſ. tempore vicib.* Neapol. 1752. Aſſeman. de reb. Neapol. & Sicul. tom.4. cap.2. per tot. Romae 1753.

(44) Etenim omittenda heic videtur illa, quae ad rem non eſt, quaeſtio quâ linguâ Apoſtoli ſacra myſteria celebrarint Non adhuc eâ aetate inducta rituum diverſitas. Ceterum ſi verum eſt id, quod principii loco ſtatuit Card. Bona 1. Rer. Liturg. cap. 5. n. 4. a Martene ſecutus 1. de ritib. cap. 3. art. 2, non adhuc inductis liturgiis ac ritibus, Apoſtolos eorumque ſucceſſores eô idiomate in ſingulis regionibus celebraſſe, quod tunc commune illis, ac vernaculum erat: ſequitur profecto & in Bruttiis latine myſteria peregiſſe, quod communis tunc eſſet eaſ his populis lingua. Inde etiam concludit doctiſſ. Card. Romae, & in toto occidente Apoſtolos, primoſque Evangelii auctores latinâ linguâ celebraſſe, quod communis toti Occidenti illa eſſet, ut poſt illum egregie oſtendit Lebrunius tom.14. art.1. docetque Benedictus XIV. de ſacr. Miſſae ſect. 1. cap. 6. §. 1. Porro ſi in Africa adhuc 4. ſaeculo ita communis erat lingua latina, ut S. Auguſtinus linguae Punicae peritos vix invenire potuerit; quid de Sicilia & Bruttiis in Italia, & Romae vicinioribus adhuc primô ſeculô, & florentibus rebus Romanis dices? Confer ejus epiſtol. 84. alias 242. ad Novatum, ſed & epiſtol. 209. al 261. ad Caeleſtin. PP., potiſſimum vero ſermon. 167. alias 24. de verb. Apoſtoli, in quo ad populum latine loquens, ita quidem habet: *Proverbium notum eſt Punicum, quod quidem latine vobis dicam, quia Punice non omnes noſtis. Punicum enim proverbium eſt antiquum. Nummum quaerit peſtilentia: duos illi da, & ducat ſe.* Quod ſpectat vero acta nonnulla MM., quae graece in Sicilia, vel Bruttiis ſcripta dicuntur, praeter quam quod oſtendere prius oporteret, quô tempore, & a quibus, & ubi ſcripta ſint (nam longe plurima poſt

Digitized by Google

in veteri Calabria ante octavum ſaeculum, adhibitum umquam fuiſſe graecanicum. In hanc etiam ſententiam, poſt prima ſaltem Chriſtianae Religionis tempora deſcendere tandem ex rerum evidentia, volens nolens, coactus eſt Cl. vir Pompilius (45) Rodatà: qui tamen, dum ingenui Scriptoris Canonici de Johanne (46) quaedam in eam rem argumenta infirma eſſe contendit, videre plane diſſimulavit, ex uſu dumtaxat linguae graecae, quam in hiſce regionibus primâ Eccleſiae aetate viguiſſe putat, adhibitam quoque in liturgiis fuiſſe, nullô pactô recte convinci. Etenim in ea quoque hypotheſi., illius ritus adhibuiſſe craedendae ſunt novae Eccleſiae (47), a qua acceperunt. Porro Siculos Epiſcopos reprehendens S. Leo, quod Epiphaniae diem ex Graecorum ritu ad ſollemne baptiſmum adoptaſſent: *quam*, inquit (48), *culpam nullo modo potuiſſetis incidere, ſi unde conſecrationis honorem accèpiſtis, inde legem totius obſervantiae ſumeretis; & B. Petri Apoſtoli ſedes, quae vobis Sacerdotalis mater eſt dignitatis, eſſet Eccleſiaſticae Magiſtra rationis.* Sed palmarium eſt, quod ex epiſt. S.Gregorii ad Johannem (49) Epiſcopum Syracuſanum trahitur argumentum, quum inde Siculos Sacramentariô Gelaſianô uſos fuiſſe noſcamus. Nam quum illud Sanctus hic Pontifex reformaſſet (50), excitatum in Si-

poſt 8. ſaeculum ſunt exarata, cujuſmodi illa S. Stephani ſunt primi Regnorum Antiſtitis, de quibus aliquando dicam ex propoſito), neque tamen inde efficax duci argumentum poteſt, quum etiam Romae per ea tempora ſexcenti, vel ipſas res Romanas ſcripſerint graece, quamvis eorum Scriptorum aliqui neque Graeci homines eſſent. Donec etiam non demonſtretur graece in Synaxibus eorum temporum lecta fuiſſe, integrum ſemper manet latini ritus argumentum.

(45) Pompilius Rodatâ lib. 1. orig. Graec. Rit. in Ital. cap. 3. per tot. Romae 1758. Vide fol. 63., & ſeqq.

(46) Joh. de Joh. de divin. Siculor. off. cap. 4. 5. & 6. Panormi 1736. Vide a fol. 23. ad ſeqq.

(47) *Quis enim neſciat, aut non advertat, id quod a Principe Apoſtolorum Petro Romanae Eccleſiae traditum eſt, ac nunc uſque cuſtoditur, ab omnibus debere ſervari, nec ſuperduci, aut introduci aliquid, quod auctoritatem non habeat, aut aliunde accipere videatur exemplum? Praeſertim quum ſit manifeſtum in omnem Italiam, Gallias, Hiſpaniam, atque Siciliam, inſulaſque adjacentes, nullum inſtituiſſe Eccleſias, niſi eos quos venerabilis Apoſtolus Petrus, aut ejus ſucceſſores conſtituerint Sacerdotes.* Verba ſunt haec S. Innocent. I. in epiſt. ad Decentium quae eſt 25. edit. Conſtant. fol. 856.

(48) S. Leo epiſt. 16 alias 4. n 1.

(49) Confer integram epiſt. 12. lib. 9. ind. 12. alias 64. lib. 7.

(50) De reformatione Sacramentarii Gelaſiani a S. Gregorio facta vide Joh. Diacon. in illius vita lib. 2. cap. 12., & Celebrem Hadriani I. epiſtolam ad Carol. M.

cilia murmur audivit, quaſi plura ex Cpolitanae Eccleſiae ritibus acceperit, quam impugnatô Patriarchae Oecumenici titulô, comprimere ſtuduerat. Quibus equidem querimoniis, dum obviam it S. Gregorius, & nihil ab ea Eccleſia accepiſſe oſtendit, & de ritu veſtium Subdiaconorum agens, ita porro interrogat Siculos: *Nam veſtrae Eccleſiae numquid traditionem a Graecis acceperunt? unde habent ergo hodie, ut Subdiaconi lineis in tunicis procedant, niſi quia hoc a Matre ſua Romana Eccleſia perceperunt* (51)?

VI. Si haec autem in Sicilia, ubi frequentior Graecorum Sedes, quid in Bruttiis putes, veterique Calabria? Teſtis quoad primos diſertiſſima eſt celeberrima illa Gelaſii Papae (52) Decretalis epiſtola ad Epiſcopos, non per Siciliam modo, ſed & per Lucaniam, & Bruttios conſtitutos, cujus XXVIII. capita nonniſi ritus, moreſque Romanae Eccleſiae continent; quorum aliquos intermiſſos, datis etiam deinde ad Bonifacium Reginum Epiſcopum litteris (53), S. Gregorius ſervari praecepit. Quinimo in veteri Calabria, & Apulia, quae diu dominationis viciſſitudinem paſſae fuerant, nonniſi ſaeculô X. juſſus eſt a Polyeucto Patriarcha (54) Cpolitano Petrus hu-

(51) Addi hoc loco poſſent & epiſt. 44. al. 42. lib. 1. ad Petrum Subdiac. Siciliae de coelibatu Subdiaconorum ſervando, & 27. lib. 8. ind. 1. alias 28. lib. 7. de uſu Campagorum ſolis Diaconis Meſſanenſibus permiſſo, aliaeque multae, quae ritum omnino latinum ſatis indicant.

(52) Vide hanc epiſt. integram apud Labb. tom. 5. Conc. col. 312. aut Harduin. tom. 2. col. 928.

(53) Epiſt. 5. lib. 4. indict. 12. in qua a Subdiaconis Reginae Eccleſiae continentiam ſervandam praecipit, more Romanae Eccleſiae, quemadmodum de Siculis juſſerat.

(54) Haec ſcribo, quod putem Eccleſiam Hydruntinam, una cum ceteris Calabriae novae, atque Siciliae ſub Leone Iſauro a Patriarchatu Romano fuiſſe diſtractam. Cl. Aſſemannus de reb. Neapol. & Sicul. tom. 3. fol. 553. poſt Lucentium ad Ughell. in Hydruntinis, ejus ab Eccleſia Romana avulſionem ſub Nicephoro Phoca Imp. & Polyeucto Patriarcha, an. circiter 968. ex Luitprandi loco, quem referam adnot. ſequenti, figendam cenſet. Verum, niſi prius Hydruntum, Leone imperante ſub ejus poteſtate non fuiſſe demonſtraverit, tanti non ſunt quae adfert vir doctiſſimus, ut a mea opinione divertam. Quis enim ſibi perſuaſerit Leonem in Rom. Pont. populoſq. ſibi ſubjectos, ob cultum Sanctarum imaginum in Italia ſaevientem, reliquos ſuae ditionis in poſtremo hoc Italiae margine ad Patriarcham Cpolitanum traduxiſſe, ſolum Romano Pontifici reliquiſſe Epiſc. Hydruntinum? Et vero Hydruntum, & antea, & poſtea ſub Graecis fuiſſe ex Paullo Diacono conſtat laud. adnot. 7. qui Tarenti tantum, atque Brunduſii ab Langobardis adquiſitorum meminit, & ex Conſt. Porphyrogenit. de adminiſtr. Imper. cap. 27., qui Hydruntum & Callipolim ditionis Graecorum remanſiſſe tradit. Et fatetur quidem vir Cl. lib. 1. cap. 13. fol. 357. longe plures Civi-

hujus nominis III. Epiſcopus Hydruntinus, ut ritum omnino mutaret ; nec aliô potuit illiciô pertrahi , niſi adſertâ illi Metropoliticâ dignitate (55) , quam olim ſuae Sedi , honoris tantum cauſsâ , non reipsâ Graeci contulerant . Ut ut igitur , demtis Monachorum ritibus , de quibus nunc non

Civitates, quam eô loci Conſtantinus enumerat , ſive antea , ſive per eam aetatem Graecis in Italia ſuperfuiſſe. Quinimo doctiſſ. Peregrinius diſſert. de finib. Ducat. Benevent. ad Orient. cujus etiam verba ſupra retuli adnot. 9., eam quae cis Brunduſium , ac Tarentum eſt veteris Calabriae partem, Graecos nunquam amiſiſſe conſtanter docet. Nec exemplô Neapolis, Cajetae, vel Amalphis, quae propriis Ducibus, licet Graecis Auguſtis foederatis parebant, de Hydrunto ſimilia ſuſpicari licet ; quum Hydruntum , & Calabria nova una jam regio eſſent, ut ex translato Calabriae nomine, nec ipſe diffitetur, atque proprio Duce careret, & longe ab Romana Sede ſita fuerit. Ad haec vero, quis etiam crediderit Marcum illum Melodum Epiſcopum Hydruntinum ann. circiter 750., ſi Caveo hiſt. litter. tom. 1. fol. 344. fides , florentem , Canonum & Acoluthiarum, quae hodieque a Grecis recitantur, celebratiſſimum Auctorem , hominem fuiſſe Patriarchatus Romani ? Vel hoc unô titulô extra omne commercium tunc a Graecis ſepoſitus fuiſſet , qui omnia ſua exſibilaſſent . Vide de illo , que habet Allat. 1. de lib. Eccl. Graecor. pag. 75. Verum quum Nicephorus Calixt. apud eund. narret. ſuſcepiſſe illum Magni Sabati ſupplere Canonem *ex Sapientiſſimi Imperatoris Leonis mandato* , tardius ejus aetas ſub finem noni ſaeculi ponenda videtur, quamvis 8. ſecul. an.778. poſuerit Franc.de Aſte Archiep. Hydruntin. in memorabil. Eccl. ſuae tom.9. collection. ſcript. Ital. Burmanni p. 8. in fin. cum enormi tamen chronotaxeos lapſu , quod ſub eodem Imperatore poſuerit. Quocumque autem vixerit tempore , illud certum Eccleſiam Hydruntinam inter honorarias Archiepiſcopales occurrere in diatypoſibus, ac laterculis Patriarchatus Cpolitani , ante etiam Polyeucti tempora ut infra commodiori loco adnotabo . Quum vero ſaeculo X. feliciores admodum in Apulia fuerint res Graecorum tunc veri Metropolitici juris illecebrâ, tentatus ab Graecis fuit Epiſcopus Hydruntinus , ut in Epiſcopatibus veteris Lucaniae , vel Apuliae, qui ejus Eccleſiae addebantur , ritum mutaret . Sed omni prorſus effectu utrumque caruit . Nec enim illae Eccleſiae ritum umquam mutarunt, nec ipſe ſub Graecis , Metropolitanus evaſit.

(55) Narrat id Luitprandus facetus ille Cremonenſis Epiſcopus in celebri ſua legatione ab Othone I. ad Nicephorum Phocam , quam anno 968. peregit, ex qua rem circum ea tempora contigiſſe colligitur. Edita eſt a Baron.ann. laud. & a Murat. exactius tom.2.p.p. S. R. I. Ejus verba ſic habent n. 84. *Nicephorus cum omnibus Eccleſiis homo ſit impius , livore quô in nos abundat , Cpolitano Patriarchae praecepit , ut Hydruntinam Eccleſiam in Archiepiſcopatus honore dilatet ; nec permittat in omni Apulia ſeu Calabria latine amplius, ſed graece divina myſteria celebrari . Mercatores dicit fuiſſe praeteritos Papas ..... Scripſit itaque Polyeuctus Cpolitanus Patriarcha privilegium Hydruntino Epiſcopo , quatenus ſua auctoritate habeat licentiam Epiſcopos conſecrandi in Acerentia* (alias Acerentila) *Turcico, Gravina , Materia , Tricarico , qui ad conſecrationem Domini Apoſtolici pertinere videntur* . Ubi notanda illa verba , *ut in Archiepiſcopatus honore dilatet:* quae , longe antea Archiepiſcopatus honorem habuiſſe , mox vero ad Metropolitica jura dilatari ſatis innuunt. Epiſcopum tunc temporis Hydruntinum Petrum fuiſſe hujus nominis III. oſtendit Lucent. in adpendic. ad Ughell. in Epiſc. Hydrunt. n. 8. fol.55.

Digitized by Google

agimus, demus libenter cum doctiſſimo Viro Canonico de Johanne (56) peculiarem aliquam, ſive in Sicilia, ſive in Bruttiis, vel Calabria extitiſſe Eccleſiam, in qua graecâ linguâ, rituque, in potioribus maxime Urbibus, quae Sedes Praetorum, vel Militiae Ducum erant, pro Graecis iisdem ſacra fierent; (quod tamen nonniſi cum moderatione ab Aſſemanno (57) admittitur, ut adverſus Cl. Mazochii ſiſtema acrius opponatur) nihil tamen inde contra univerſalem propriumque regionum ritum recte concludi poſſe, probe quiſque ſatis intelligit.

VII. At vero, ut octavô ineunte ſaeculô ſub Graecorum imperio, jam novum Bruttiorum regio nomen accepit: ita & ſub eorum tyrannide ad alium traductae Patriarcham, novôque inſtitutô Metropolitanô ritum mutaverunt Eccleſiae noſtrae. Tunc primum apud nos Graecorum ritus, eorumque liturgiae (58), acoluthiaeque in ſacrificiis, ac divinis officiis perſolvendis in uſu eſſe coeperunt. Quum enim a Leone illo Iſauro Semi-Judaeo in ſanctiſſimos viros iconum cultores, ipſaſque etiam ſacras imagines adeo ſaevitum eſt, ut vel meminiſſe animus refugiat tot immanium ſub Chriſtiano Principe vaſtationum, & caedium; id ſane accidit, ut Italiae ſuperioris paene omnibus, quae ejus parebant imperio, regionibus ab illius obedientia ea de cauſſa deſciſcentibus, in vindictam ipſe vindicatarum ab Romano Pontifice imaginum, ac jam deperditae ditionis, latifundiis primum Romanae Eccleſiae, quae in Calabria, & Sicilia erant, in fiſcum redactis, Epiſcopatus quoque Orientalis Illyrici, Siciliae, atque Calabriae (quae ſolae intra Italiam illi poſtremo remanſerunt) ab Romani Pontificis *immediata* obedientia, ejuſque Patriarchatu abſtraxerit, ac Anaſtaſio Iconomacho Patriarchae Cpolitano in detruſi S. Germani locum ſuffecto, fecerit vecti-

(56) Johan. de Johan. de divin. Sicul: off. cap. 6. n. 4. fol. 44.

(57) Aſſeman. tom. 4. de reb. Neapolit., & ſicul. cap. 3. fol. 103.

(58) Harum Acoluthiarum, unam ex MSS. Bibliothecae Cryptoferratenſis in agro Tuſculano erutam, quâ noſtrae Eccleſiae eo tempore S. Stephanum primum Reginorum Antiſtitem III. Eid. Julias, Auctore Canonis Theodotô Monacô, proſequebantur: alteram ex CC. Vaticanis extractam cum Canone a S. Joſepho Hymnographo compoſito, quâ & ipſa Eccleſia Cpolitana eundem S. Epiſcopum celebrabat, penes me habeo, quas cum Synaxariis aliquando, Deo auſpice, in lucem proferam.

Digitized by Google

ſtigales. Quod autem conſtantes in orthodoxâ ſacrarum imaginum fide Siculi, Calabrique permanerent, eos quoque a ſuo Patriarcha divulſos, graviſſimâ capitatione, novôque vel ipſorum etiam infantium cenſu inſtitutô, tributis viritim tertiâ parte auctis, inſigni calamitate afflixit. Obvia ſunt haec ſive Theophanis chronica (59) volventi, ſive Hadriani I. PP. ad Conſtantinum (60), & Irenem epiſtolam, ſive ejuſdem Hadriani alteram (61) ad Carolum M., ſive demum illam

(59) Theophanes ad ann. Incarnat. ſecundum Alexandrinos 724. hoc eſt vulgaris epochae 732. *Imperator autem contra Papem, Romaeque, & Italiae deſertores inſaniens, & plene furiis invectus, claſſem ingentem adverſus eos miſit, & Manem Cibyrreotarum Ducem ei praefecit. Summum tamen dedecus, vanus ille Princeps retulit, claſſe in mari Adriatico naufragium paſsâ. Ex quo in furorem actus Dei ille hoſtis, Arabico ſenſu imbutus, auctiora Siculis & Calabris populis parte tertiâ tributa in ſingula hominum capita impoſuit. Patrimonia vero, quae dicuntur SS. & Coriphaeorum Apoſtolorum, qui in veteri Roma coluntur, tria nimirum cum medio auri talenta, eorum Eccleſiis ab antiquo aſſignata, & penſa, in publicum aerarium conferri juſſit. Inſpici inſuper, atque deſcribi maſculos infantes, qui naſcerentur, quemadmodum olim Pharao Hebraeorum pueros, mandavit: quod tamen neque ipſi ejus Doctores Arabes, in Chriſtianos Orientales admiſerunt*. Et heic quidem ad ſuperiora confirmanda obiter animadverte Hydruntum, & Callipolim ad patrimonia Romanae Eccleſiae in veteri Calabria pertinuiſſe, ut ex epiſtol. S. Gregor. 99.. & 100. lib. 9. exſerte diſcimus. Idem tentatum quoad patrimonia Campaniae, ut narrat Ubaldus Monachus in Theodoro Duce Neapolitano fol. 31. edit. Pratilli tom. 3. hiſt. Langobard., ſive a Leone, ſive a Conſtantino ejus filio. *Alphanus*, inquit, *Secretarius Domini Imperatoris venit Neapolim, & praecepit, quod non obediatur Domino Papae, neque tranſmittatur ei pecunia ſui redditus*. Sed omnia haec in irritum ceſſere tentamen.

(60) Refertur haec epiſt. act. 2. ſeptimae Synodi collect. Harduin. tom. 4. col. 94. *Porro & hoc veſtrum a Deo coronatum & piiſſimum poſcimus imperium, ut ſi veram & orthodoxam S. Catholicae Eccleſiae Romanae nitimini amplecti fidem, ſicut antiquitus ab orthodoxis Imperatoribus, ſeu a ceteris Chriſtianis fidelibus oblata, atque conceſſa ſunt patrimonia B. Petri Apoſtolorum Principis fautoris veſtri, in integrum nobis reſtituere dignemini, pro luminarium concinnationibus eidem Dei Eccleſiae, atque alimoniis pauperum. Immo & Conſecrationes Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, ſicut olitana conſtat traditio, noſtrae Dioeceſis exiſtentes penitus canonice S. Romanae reſtituantur Eccleſiae: ut nequaquam ſchiſma inter concordiam perſeverare valeat Sacerdotum, ſicut in sereniſſima veſtra juſſione exaratum eſt*.

(61) Extat apud Harduin. ibid. col. 819. *Nos vero pro eadem Synodo* (ſeptima) *nullum reſponſum hactenus eidem Imperatori reddidimus: metuentes ne ad eorum revertatur errorem. Dudum quippe quando eos pro ſacris imaginibus * erectione adhortati ſumus, ſimili modo & de Dioeceſi tam Archiepiſcoporum, quam Epiſcoporum S. Catholicae, & Apoſtolicae Romanae Eccleſiae, quae tunc cum patrimoniis noſtris abſtulerunt, quando ſacras imagines depoſuerunt, & nec reſponſum quodlibet exinde dederunt. Et in hoc oſtenditur, quod ex uno capitulo ab errore reverſis, * ex aliis duobus in eodem permaneant errore. Si enim ubique Chriſtianorum Eccleſiee canonice intactas ſuas poſſident* * ſic * ſic

Dioe-

illam Nicolai I. Pontificis (62) ad Michaëlem III. Imperatorem Graecorum. Inde propterea abſtractionis Dioeceſeon epocham incoepiſſe conſtanter obſervant, quotquot ſumma … rei

Dioeceſes, quanto amplius S. Catholica, & Apoſtolica Romana Eccleſia, quae eſt caput omnium Dei Eccleſiarum, ſua * ſic *Dioeceſi* * *videlicet Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, imo & patrimonia pro luminarium concinnatione, atque alimoniis pauperum irrefragabili jure & tenere, & poſſidere modis omnibus debet? Unde ſi veſtra annuerit a Deo protecta Regalis excellentia, eodem adhortamur impetu pro ſacris imaginibus in* * ſic *priſtino ſtatu erectione* * *gratiam agentes. Sed de Dioeceſi S. Noſtrae Romanae Eccleſiae tam Archiepiſcoporum, quam Epiſcoporum, ſeu de patrimoniis iterum increpantes commonemus, ut ſi noluerit ea S. Noſtrae Rom. Eccleſiae reſtituere, haereticum eum pro hujuſmodi erroris perſeverantia eſſe decernemus. Plus enim cupimus ſalutem animarum, & rectae fidei ſtabilitatem conſervare, quam hujuſmodi habitum mundi poſſidere.* Medicam manum deſiderat haec epiſtola, in qua queritur Hadrianus expoſtulationis ſuae nullam a Graecis habitam fuiſſe in 7. Synodum rationem, nec reſponſum ab Conſtantino, & Irene ea de re accepiſſe. Et jure quidem, nam ut teſtatur Anaſtaſius Bibliothecar., qui 7. Synodum e graeco in latinum vertit (tom. 4. Hard. fol. 94.) ea omnia quae in predicta epiſtola, ſive perſonam Tharaſii ex laico ad Patriarchatum evecti, ac titulum Oecumenici Patriarchae uſurpantis ſpectabant, ſive reſtitutionem Dioeceſeon ac patrimoniorum urgebant; nec a Graecis verſa ſunt nec in acta relata. *Ab hinc* inquit Anaſtaſius, *uſque ad finem hujus epiſtulae codex Graecus non habet. Graeci namque quia eodem tempore ex laicis fuerat Patriarcha, ne publice ab Apoſtolica ſede argui videretur, & adverſus eum, tamquam reprehenſione dignum, haereticis repugnandi occaſio praeberetur, ac per hoc Synodi utilitas excluderetur, ea quae ſive de non facienda laicorum promotione, ſive de ceterarum praeſumtionum redargutionibus ſubſequuntur, in Synodo hac, nec recitari, nec actis inſeri paſſi ſunt.* Quod diſpenſatorio pacis amore inquit Lupus diſſ. de 7. Sinodo cap. 11. Legati Apoſtolici diſſimularunt.

(62) Vide illam apud eund. Harduin. tom. 5. Concil. fol. 225. & 126. ſignatam 25. Septembris ind. 9., hoc eſt anno 860. *Haec brevi ſtilo traſcurrentes cum multa dicere quiviſſemus, veſtrae ſerenitati tranſcripſimus, quia Hadrianus SS. Praeſul Anteceſſor noſter multa de his in epiſtulis, quae hactenus apud Cpolitanam habentur Eccleſiam ſcribens contradidit, in quibus quidquid hujus rei neceſſitas coëgerit, habere poteſtis. Oportet enim veſtrum Imperiale decus, quod in omnibus Eccleſiaſticis utilitatibus vigere audivimus, ut antiquum morem, quem noſtra Eccleſia habuit, veſtris temporibus reſtaurare dignemini: quatenus vicem, quam noſtra ſedes per Epiſcopos veſtris in partibus conſtitutos habuit, videlicet Theſſalonicenſem, qui Romanae ſedis vicem per Epirum veterem, Epirumque novam, atque Illyricum, Macedoniam, Theſſaliam, Achajam, Daciam Ripenſem, Daciamque mediterraneam, Moeſiam, Dardaniam, Praevalim, B. Petro Apoſtolorum Principi contradicere nullus praeſumat, quae Anteceſſorum noſtrorum temporibus ſcilicet Damaſi, Siricii, Innocentii, Bonifacii, Caeleſtini, Sixti, Leonis, Hilari, Simplicii, Felicis, atque Hormiſdae ſanctorum Pontificum ſacris diſpoſitionibus regebantur (al. augebantur) Quorum denique inſtitutiones, ab eis illis in partibus deſtinatas, per noſtros miſſos, ut rei veritatem cognoſcere queatis, veſtrae Auguſtali potentiae dirigere curavimus. Praeterea Calabritanum patrimonium, & Siculum, quaeque noſtrae Eccleſiae conceſſa fuerunt, & ea poſſidenda obtinuit, & diſponendo per ſuos familiares regere ſtuduit, veſtris conceſſionibus reddantur: quoniam irrationabile eſt, ut Eccleſiarum poſſeſſio, unde luminaria,*

&

rei Eccleſiaſticae peritiâ, ac laude (63) poſtremis hiſce temporibus floruerunt. Et ad id quidem temporis referenda in Sicilia, atque Calabria Metropolitanorum erectio eſt. Quum enim Patriarcha Cpolitanus obſequentes harum regionum Epiſcopos tam longe diſſitos habere non poſſet, niſi politiam aliquam ſtabiliret; atque nonnullos ab ſe conſecratos, qui ceteros tenerent obſequiô, ſibi haberet addictiores: Syracuſanum in Sicilia, & Reginum in Calabria, urbium nempe civilium utrobique Metropoleon, ad gradum evexit Metropolitanorum. In ipſis autem paene faucibus urbis Romae, una & Sergium tentavit Epiſcopum Neapolitanum, quod Graeco Duci proprio haec urbs pareret. Narrat haec Johannes (64) Eccleſiae Neapolitanae Diaconus, qui quamvis ſub quo Imperatore, & a quo Patriarcha ſollicitatus Sergius fuerit nentiquam ediſſerat, tempora tamen Leonis ſatis congruunt; quum Conſtantino Copronymo ejus filio, vix tribus annis Sergius ſupervixerit.

VIII. Nec audiendi (65) qui ad Photii tempora abſtractio-

& concinnationes Eccleſiae Dei fieri debent, terrenâ quilibet poteſtate ſubtrahantur; ſed domus Dei reſtituta meritum redditoris multiplicent, & ſuſcipientis votum ſpiritalis deſiderii lucris exerceatur. Inter haec, & ſuperius dicta volumus, ut conſecratio Syracuſano Archiepiſcopo noſtra a Sede impendatur, ut traditio ab Apoſtolis inſtituta nullatenus noſtris temporibus violetur.

(63) Allat. lib. 2. de perpet. Eccl. conſenſ. cap. 3. §. 7. fol. 536. edit. Colon. Agrip. 1648. Marca t. concord. cap. 1. n. 4., & in reſponſ. ad Lucam Holſten. n. 3. Baluz. in ſupplem. ad lib. 5. Concord. cap. 29. n. 11. Lupus in Symbol. Nicaen. cap. 6., quo in loco ab Leonis Iſauri temporibus ea de cauſſa ritus Graeci admiſſionem colligit in Provinciis Italiae illi ſubjectis, & in ſchol. ad can. 6. Sardicenſ. tom. 1. opp. & diſſert. de 7. Synod. cap. 8. tom. 3. opp. Natal. Alexand. hiſt. Eccl. ſaecul. 4. cap. 5. art. 3. & ſaecul. 11. diſſert. 4. §. 2. Pagius ſenior ad an. 730. n. 11. Junior in Greg. 2. n. 40. Le Quien Orient. Chriſtian. tom. 1. cap. 14. n. 2. fol. 96. Orlend. orb. ſacr. & prophan. tom. 1. lib. 6. cap. 8. n. 4. & 5. Murat. in Annalib. ad an. 730., & 733. Joh. de Joh. diſſ. 2. in C. diplom. Sicil., & de divin. Sicul. off. cap. 8. Aſſeman. de reb. Neapolit. & Sicul. tom. 3. cap. 6. & 8. Rodataus lib. 1. orig. rit. Graec. in Ital. cap. 4. n. 16.

(64) Joh. Diacon. Neapolit. in vit. Sergii Epiſcopi Neapol. XXVII. tom. 1. p. 2. S. R. I. *Hic dum a Graecorum Pontifice Archiepiſcopatum nanciſceretur, ab Antiſtite Romano correptus veniam impetravit*. Lege Muratorii adnotat. in hunc locum. Confer. & quae infra fol. 309. de Paulli Epiſcopi conſecratione, imperante Copronymô, idem Joh. narrat; *quem*, inquit, *a Romano Pontifice conſecratum propter Graecorum connexionem, noluerunt recipere concives ſui*.

(65) In hanc ſententiam deſcendit Cantelius Hiſtor. Metropolitan. urb. tom. 1. p. 3. diſſert. 5. cap. 3. ubi rem ab ovo non repetiit, ſed a Siculorum commercio cum Graecis, quibus parebant, & ad quos poſt invaſam ab Saracenis Si-

ſtionem Siciliae, vel Calabriae a Patriarchatu Romano referendam cenſent, iis ducti momentis, quod Romani Pontifices, qui ante Photii tempora floruerunt, Hadrianus, ac Nicolaus (*66*), quorum unus in VII., alter paullo ante VIII. Synodum Dioeceſeon Romanae Eccleſiae reſtitutionem urſerunt, Calabriae quidem reddendae nunquam; Siciliae vero ſecundus dumtaxat fecerit mentionem, propterea quia, ut putant, Gregorium Asbeſtam paullo ante Photius ad Metropoliticam in Sicilia dignitatem evexerat. Neque enim antiquiorem harum regionum abſtractionis, quam in vulgata Leonis Sapientis novella poſt octavae Synodi tempora veſtigia reperiri autumant. Quinimmo, quod nos urgere potiſſimum videtur, quum Nicolaus ipſe Dioeceſeon reſtitutionem expoſtulat, ſingulas dum ſingillatim exprimit, nihil e Calabria, niſi *Calabritanum* dumtaxat *S. Petri patrimonium*, e Sicilia vero Syracuſani Archiepiſcopi conſecrationem expoſcit. Verum, ut compendiô dicam, fatendum ingenue eſt Scriptores Graecos Theophanem, Zonaram, Cedrenum, Glycam, & quoſcumque Leonis Iſauri res ſcripto mandarunt, abſtractionis quarumlibet Dioeceſeon neutiquam meminiſſe; quum tamen veriſſimum ſit, ut in epiſtola ſua Hadrianus loquitur, *tunc cum patrimoniis Romanae Eccleſiae fuiſſe ſublatas; quando*

Siciliam confugerant; atque ex commenticia Imperii diviſione inter Carol. M., & Graecos Auguſtos facta, Siculos ad Cpolitanum Patriarch. tranſiſſe arbitratus, fruſtra Antonini Amici, Pirri, & Piccoli ſententias conciliare conatus eſt. Ex iſtis porro digitum in rem intendiſſe Amicus videtur in diſſert. de *antiq. urbis Syracuſarum Archiepiſcopatu*, in qua tametſi ante 8. ſaeculum eam dignitatem huic urbi leviſſimis conjecturis vindicare conetur, jure tamen ad tempora 7. Synod. praecedentia, Siciliae ad Graecum Patriarcham defectionem retulit. Pirrus autem, ut maculam hanc, ut vocat, quam Siciliae injuſte putat inuri, eluat totus eſt in diſquiſit. 1. de Patriarch. Sicil. tom. 1. Sicil. ſacr., ſolumque §. 7. Photianis temporibus larvatum quemdam admittit Syracuſanum Archiepiſcopatum. Placatior tamen videtur in Notitia Syracuſ. n. 47. §. 5. Haud nimis ab 8. Synod. temporib. abludit Albert. Piccolus diſſ. de antiq. jur. Eccl. Sicul. P. P. cap. 24. tom. 1. collect. Burmann. Praeiverat huic Card. Baron. ad ann. 854. num. 8. ubi in cauſſa Gregorii Syracuſani obſervat, tunc temporis, eo quod ſub juribus Imperatorum Orientalium Sicilia eſſet, primas ſibi cauſſas vindicaſſe Epiſcopum Cpolitanum. Verum ad Photiana tempora Siciliae, atque Calabriae diſtractionem figendam eſſe etiam noviſſime voluit Cl. Zavarronus Epiſc. Tricaric. in adnot. ad Bullam Godani fol. 20. & ſeqq.

(*66*) Vide loca mox relat. adnot. *60*, & *61*.

do (Graeci) *ſacras imagines depoſuerunt*. Porro quis crediderit Leonem illum rugientem, ac in Gregorios II., & III. actum in rabiem, qui Patrimonia Romanae Eccleſiae in Calabria, & Sicilia exſiſtentia in fiſcum redegit, juriſdictioni ejus, quam ab toto Orientali Illyrico ademerat, heic parſiſſe? Id diſſimularunt Scriptores Graeci, Eccleſiae Cpolitanae praejudiciis occupati, perinde ac ſi jure propriô Dioeceſes illas amplitudinem, ac majeſtatem throni Cpolitani poſſidere deceret, novam Romam veteri ſaepe comparantes. Quod autem Hadrianus Siciliae, aut Calabriae non meminerit ad rem non eſt; quum is neque de aliis Orientalis Illyrici Eccleſiis verbum habeat; ſed Dioeceſes illas S. Romanae Eccleſiae eſſe reſtituendas obtendat, quas tunc abſtulerant Graeci, quum bellum ſacris imaginibus excitarunt. Solus Nicolaus, quum fere ſingulas enumeraſſet, ad Calabra, & Sicula divertitur Patrimonia, ac poſtremò Syracuſani Archiepiſcopi conſecrationem Eccleſiae Romanae reddendam urget. Cur autem de Calabriae Eccleſiis ſiluerit, aut ſaltem Reginum Archiepiſcopum ſimul non addiderit Syracuſano, licet obſcurum ſit, neque niſi conjecturis ſit locus: adeo tamen graviſſima ſunt momenta, per eam aetatem & ante, ut Siciliam, ita & Calabriam Byzantino ſubditam fuiſſe Patriarchae, ut abnutivum hoc argumentum, nullum prorſus hôc locô pondus exſerere, aut robur habere poſſit.

IX. Quod equidem ut ordine, ac ratione demonſtrem, illud primum fundamenti loco ſtatuo, quod idoneus, atque integer teſtis ſcribit Hadrianus Papa, abſtractas tunc a Graecis fuiſſe Dioeceſes, quum ſacras imagines abſtulerunt. Immane autem illud in ſacras iconas bellum Leonem Iſaurum excitaſſe, eaſque primum abſtuliſſe adeo compertum eſt, ut lateat neminem. Conſectarium proinde abſolutum videtur, ut is qui ea de cauſſa, quemadmodum Theophanes narrat, patrimonia Siciliae & Calabriae a Romana Eccleſia abſtulit, harum quoque regionum Epiſcopatus ab eadem avulſerit, & qui temporalia demſit, eôdem odiô ductus, ſpiritualibus non pepercerit. Tum vero maxime, quod quum Campanum ſi-

Digitized by Google

militer (67) patrimonium eidem Eccleſiae, fruſtra licet, non amplius pendi juſſit, Metropoliticô etiam illiciô Neapolitanum Epiſcopum pertentari fecit, ut eô pactô ceteros illius Ducatus a Romano Patriarcha divelleret. Non eſt hujus loci illud inveſtigare profundius, quotô haec acciderint Leonis annô. Ea nihilominus veriſimilior opinio eſt, quae ſe Theophanis auctoritate tuetur, in cujus Chronologia, quae ſupra retulimus inſani illius Imperatoris conatus, ac deliramenta annô Incarnationis Alexandrino IↃCCXXIV. Leonis XIV. referuntur, qui Epochae vulgaris (68) annus IↃCCXXXII. Gregorii III. Romani Pontificis II. eſſe videtur. Verum non haec conjecturis agimus. Ubi enim ex eo tempore Siciliae, & Calabriae Epiſcopos ſub duriſſimo Iconoclaſtarum jugo gementes, Antiſtiti Cpolitano veluti Patriarchae per vim, ac tyrannidem obedire coactos eſſe, eoſque oeconomiâ uſos, ſalvâ ſemper orthodoxiâ, & ſanctarum praeſertim imaginum cultu, paruiſſe oſtendam, jam ſupra omnem fidem res eſt. Porro Syracuſanum, ac Reginum Epiſcopos tunc temporis ad Metropoliticam dignitatem evectos, eique Patriarchae factos fuiſſe vectigales ſi demonſtravero, ſponte cetera ſequentur. De primo itaque ex antiquis illius Eccleſiae laterculis a Schobare, & Pirro ex MS. C. membranaceo editis, ſatis hoc quod dixi conſtare poteſt. Marcianus (69) enim Theodoſii III. in Cathedra Syracuſana ſucceſſor, inter Epiſcopos XLV. ipsâ prope Leonis aetate florens, in eo

cara-

(67) Confer adnot. 59, & 64.

(68) Sane ut Pagius ipſe docet in differt. de Period. Graec-Rom. n. 38. Alexandrini ad an. 1. Imperat. Diocletiani Aeram vulgarem ſeptem annis decurtarunt. Theophanem autem ab ann. vulg. Epoch. 609. ad an. uſq: 693. unius etiam anni prochroniſmum admiſiſſe; adeoque non ſeptem, ſed octo annos illi addendos eſſe ad vulgarem annum inter haec tempora inveniendum docet Pagius ipſe ad eos annos. Verum quum ad finem uſque Imperii Conſtantini Copronymi Leonis Iſauri filii, hunc Theophanis calculum perdurare putaverint Henſchenius in exegeſi ad Chronographiam S. Theophanis cap. 3. n. 10. tom. 3. Martii, ejuſque collega Papebrochius in conatu hiſtoric. critic. Summ. Pont. in Conſtantino PP., annus ſaltem vulgaris 732. ille quo de agimus erit.

(69) Vide Chriſtophor. Schobar in Catalog. Epiſcopor. Syracuſan. & Pirrum in Not. Syracuſ. in Marciano II. fol. 609. edit. Venet. Hunc Codicem, quem jam igne abſumtum deflet Joh. de Joh. de divin. Sicul. off. cap. 8. vidiſſe ſe; ac prae manibus habuiſſe teſtantur Cajetan. in Iſagoge ad hiſtor. Sicul. cap. 42. n. 11. & Pirrus in Not. Syracuſ. in Eulalio fol. 600.

catalogo non Romae conſecratus, ſed a tribus Epiſcopis Syracuſis dicitur. Profectò ſingularius nihil in hoc Epiſcopo ab Catalogi illius Auctore notari poterat (70) quam veteris mutatio moris. Non enim Graeci, quos Metropolitas deſignarunt, ut conſecrationem acciperent, ſtatim Cpolim ſe conferre coëgerunt; ſed hôc etiam blandimentô, ut in eadem acciperent Urbe, divertere ab Romana Sede curarunt. Qui poſt eum, alterô Theodoſiô interpoſitô, floruit Stephanus II. inter Epiſcopos XLVII., nobiliſſimô (71) Archiepiſcopi Siciliæ titulô in VII. Synodo decoratur. *Coepiſſe ſub eo Eccleſiam Syracuſanam graece pſallere, quum antea latine caneret*, teſtis eſt membranaceus idem (72) Syracuſanae Eccleſiae Codex:

(70) Inde enim jure ea de cauſſa Marciani aetatem poſt Leonis Iſauri tempora colligit Cl. Aſſeman. tom. 4. de reb. Neapol., & Sicul. cap. 2. fol. 100.

(71) In VII. Synod. act. 4. pag. 978. edit. Labb. & 270. edit. Harduin. Galaton ita ſubſcribit. *Galaton exiguus Presbyter, & ex perſona Archiepiſcopi Siciliae libenter omnia quae praeſcripta ſunt ſuſcipiens, ſubſcripſi*. Hic idem eſt de quo act. 1. pag. 686. cit. edit. Labb. cum qua concordat Harduin. in conſeſſu dicitur: *Conveniente &c. Conſtantinô Epiſcopô Regii, & Galatone Presbytero, & locum retinente Stephani (alias Chriſtophori) Epiſcopi Syracuſani*. Mirum eſt quam vexent hanc, ceteraſque Galatonis hujus ſubſcriptiones Pirrus in Not. Syrac. n. 47. & Piccolos de antiq. jur. Eccl. Sicul. p. 2. cap. 8., qui ut a Syracuſis Archiepiſcopalem dignitatem abjudicent, corruptis uſi CC. veterum editionum, Galatonem Vicarium potius volunt Archiepiſcopi Regini, quem Siciliae Archiepiſcopum nuncupari permittunt, eo quod Calabriae nomen cum Sicilia per eam aetatem confunderetur. Et re quidem vera act. 2. pag. 786. legitur *Galatus Presbyter, & ex perſona Sanctiſſimi Epiſcopi Regii*. Quamvis autem illud admittamus per ea tempora Calabriae nomen cum Sicilia confundi coepiſſe, quod ea ſub uno regimine Praetoris Siciliae regeretur, ut ſupra monuimus adnot. 18. eaque cauſſa fuerit cur etiam in hac Synodo act. 7. *Theodorus Epiſcopus Taurianae Siculorum Inſulae* nuncupetur; nihilominus ſint ſua cuique. Actione I. hujus Synodi interfuere & Conſtantinus Archiepiſcopus Reginus, & Galaton in locum Syracuſani. Ille ergo Vicariô non egebat. Sic & act. 7. uterque ſubſcribit. *Conſtans* (alias Conſtantinus) *indignus Epiſcopus Regii. Galaton indignus Presbyter, & ex perſona Stephani Epiſcopi Syracuſani*. Corruptus eſt ergo locus actionis 2., ſicut & act. 1. in editione Binnii. Nec admittenda conjectura quod utriuſque vices Epiſcopi ad act. uſq. 6. geſſerit, donec Conſtantinus Reginus advenerit; nam & adfuit Conſtantinus act. 1., ipſe autem tantum unius in actis perſonam gerit. An vero act. 1. & 7. vices Archiepiſcopi Syracuſani geſſerit, 2. & 3. Regini intermediô abſentis tempore? Uno correctô C. mendô, tot Maeandris non indigemus.

(72) Hunc catalogi locum, inverſis temere adverbiis, ut ubi *graece*, ibi *latine*, & ubi *latine*, ibi *graece* legerent deſcripſerunt Schobar, & Maurolycus, quod vidit quidem Pirrus in not. Syrac. fol. 612. ſed unde hauſerint neſcire ſe dicens, ad catalogum non adtendit. At monuerat jam Cajetan. loc. mox laud. ita eſſe legendum, quod vero congruit. Vide Joh. de Joh. loc. cit. fol. 53.

Digitized by Google

dex. Gregorium Asbeſtam, qui diu poſt ea tempora vixit, quique Cpoli Photium conſecravit (nam intermediis caremus Epiſcopis) eâ dignitate fuiſſe exornatum, tam compertum eſt, quam notiſſimae quae ſub Photio evenere tragoediae. Archiepiſcopi Syracuſani conſecrationem ad ſe pertinere expoſtulabat per ea tempora (73) Nicolaus I. Gregoriô tandem ab Ignatio depoſitô Theodorum ab eo in Eccleſiae Syracuſanae Metropolitam ſuccenturiatum fuiſſe, ex epiſtola altera ejuſdem Nicolai ad Michaëlem Auguſtum conſtat, in qua illum diſerte (74) *Archiepiſcopi ex parte Ignatii* titulô cohoneſtat. Quamobrem in Diatypoſi Leoni Sapienti adtributa, Syracuſae unicum in Sicilia principem locum obtinuerunt; ut etiam aetate Rogerii Regis ſcribens Nilus Doxopatrius (75) Archimandrita Schiſmaticus, veteres ſequens laterculos, haud injuriâ ſcripſit, quamvis jamdiu illae hâc dignitate non exornarentur, ſed aliae in Sicilia ſedes.

X. Reginum quoque Praeſulem ſub Leone Iſauro ad Metropoliticam evectum fuiſſe dignitatem, ex utriſque actis S. Leonis Epiſcopi Catanenſis ab Octavio Cajetano editis (76) oſtendi facile poteſt, ubi iſtius aetas invicte prius ſtatuatur. Porro Leonem hunc, Catanenſem jam Eccleſiam moderantem, ab Leone, & Conſtantino Impp., auditâ prodigiorum ejus famâ, Cpolim fuiſſe arceſſitum, ex utriſque ejus actis habemus. Quum tria autem horum Imperatorum paria in Graecorum faſtis occurrant, illos nihilominus fuiſſe Leonem Conſtantini Copronymi filium, & Conſtantinum Porphyrogenne-

(73) Vide ſupra adnot. 62.

(74) In epiſt. apud Labb. tom. 9. Concil. col. 1324. *Mittantur etiam de parte Ignatii Archiepiſcopi quidam Antonius Cyzici, Baſilius Theſſalonicae, Conſtantinus Lariſſae, Theodorus Syracuſanorum, Metrophanes Smirnae, & Paullus Epiſcopus Ponti Heracliae. Hegumeni autem &c.*

(75) Nilus fol. 248. edit. inter varia ſacra Moindi tom. 1. *Sicilia autem univerſa unum Metropolitam habet Syracuſanum: reliquae vero Siciliae Eccleſiae Syracuſani erant Epiſcopatus, etiam ipſe * Panormus & Thermae, & * ſic Cephaludium, & reliquae*: De Nilo infra.

(76) Oct. Cajet. tom. 2. SS. Sicul. fol. 5. & ſeqq. Sequuntur etiam tertia vita ab Graeco Auctore jambis ſcripta ante ann. 800., & Hymnus S. Joſephi in S. Leonis laudem. Bolland. ad diem 20. Februar. primam dumtaxat vitam, quam ex Sicilia habuit, edidit, additis, quae ex Menaeis Graecorum, & Anthologio Arcudii collegit.

netam invicem imperantes, acta S. Leonis priora recenſens putavit Bollandus, potius quam Leonem Iſaurum, & Conſtantinum Copronymum, ut Cajetanus exiſtimaverat, quod rem noſtram aeque alias confirmaret. Quod enim ad Leonem Sapientem adtinet, ejuſque filium Conſtantinum, ſub eis haud vixiſſe S. Leonem perſpicuum eſt, tum quod ab Saracenis jam (77) tunc occupata Sicilia eſſet, quum vero maxime, quod Scriptorem habeat actorum ejus, ſive potius Encomiaſten, qui ante VII. Synodum (78) vixiſſe ſe, palam profitetur. Ad haec vero, & canone ab alterutro S. Joſepho Hymnographo compoſitô in Graecorum Acoluthiis laudatur, quorum (79) prior annô IↃCCCXLIV., poſterior, eôdem Leone Sapiente imperante, mortem obiit. Quum igitur ad priora paria recurrendum ſit, id, ut Auguſti illi antiquiores excludantur, facere viſum Bollando eſt, quod S. Jacobus Catanenſis Epiſcopus in perſecutione SS. imaginum martyrium ſubiiſſe Theodorus Studita, & Menologia teſtentur. Contigiſſe autem oportuit Leone Iſaurô, aut Copronymô ejus filiô imperantibus, quum interim Sabinum in ea ſede Leoni ἀμέσως praeiviſſe, ex hujus prioribus actis noſcamus. At non vidit tunc vir doctiſſimus, quot dubiis obnoxia ſit hujus S. Jacobi ſedes Catanenſis, immo & quivis Epiſcopatus, quae deinde ſocii ejus quum de illo (80) ſuô locô agerent, excitarunt. Ceterum, eſto, ut Bollandus putat, quod inde etiam adſumptus calculus,

(77) Siciliam a Saracenis invaſam fuiſſe anno 827. demonſtrat Pagius ad eum ann. Vide etiam Caruſum in epitom. rer. Saracenicar. tom. I. Biblioth. Sicul. fol. 87, & 92. Praeter Syracuſas, quæ anno 878., & Tauromenium, quae anno 908., ſi fides Chronico Saracenico Siculo, imperante Leone Sapiente cecidit, reliquae Urbes ante ea tempora in Saracenorum poteſtate fere omnes erant. Vide ſupra adnot. 21. & infra cap. 13.

(78) Conſtat id ex ejus verbis in I. vit. apud Cajet., & Bolland. ubi ſic ait. *Fidemque integram juxta ſacras ſex Synodos firmis animis conſervantes*. Non ergo tunc niſi ſex Synodi habitae erant, inquit Bollandus. Sane an VII. repudiaſſet?

(79) De duobus S. Joſephis Hymnographis, utroque pro imaginum confeſſione clariſſimo; eorumque aetate vide Papebroch. ad diem 3. Aprilis, & Allat. in diatriba de Simeonum ſcriptis pag. 97. Plura & ego alibi, quum de Canone in S. Stephanum primum Reginorum Præſulem compoſito, Deo dante, agam.

(80) Vide Bollandiſtas ad diem 21. Martii; quinimmo & tempus etiam ipſius martyrii, in dubio ponunt, an ſub Leone Armeno iconomachiam reſuſcitante collocandum ſit.

ius, ſecundis actis S. Leonis, quae ipſe non vidit, mirifice congruat. Satius itaque dixerimus, ceſſatâ jam Iconomachorum rabie, a Leone Copronymi filio Cpolim accitum fuiſſe S. Leonem. Ille enim Conſtantinum filium ſuum adhuc puerum (81) ab Imperii Proceribus rogatus, ipſâ magnâ Paſchatis Dominicâ, annô IϽCCLXXVI. in ſceptri conſortium adſcivit: obiit autem quartô inde annô, menſe Septembri anni IϽCCLXXX. Ante hunc igitur annum Catanenſis Epiſcopus erat S. Leo, atque ante annum IϽCCLXXXVII. in quo Theodorus ſeptimae praeſens Synodo illam occupat Cathedram, obiiſſe oportuit. Atqui illum aetatis ſuae annô XXIII. ad Cyrillum Reginum Antiſtitem Ravennâ adventaſſe *quum* (82) *hic apud urbem, quae Regium nuncupatur, Principalis ſortitus eſſet ſublimitatem Cathedrae* ex alterius vitae S. Leonis Auctore liquet, qui Cyrillum etiam in adauctae dignitatis indicium, emphaticô titulô, Patriarcham adpellat. Pro more ſcilicet ſuorum temporum, quô id nominis ab latinis hominibus Metropolitanis, qui plures ſub ſe Epiſcopatus haberent, adtribuebatur.

XI. Auctorem iſtum, qui hanc alteram vitam ex graeco, ut ipſemet teſtatur in prologo, in latinum ſermonem vertit, a ſe tamen auctam, ac floribus ſuorum temporum deturpatam, Monachum fuiſſe battariſmi morbô laborantem nos (83) Cajetanus docet, qui MS. C. Syracuſanum, ſchedaſque Reginas prae manibus habuit. Poſt ejectos autem a Sicilia Saracenos vixiſſe putat, quod in eodem prologo, trium linguarum, graecae ex qua verſa, latinae in quam translata, & vulgaris, quae Interpretis aevô in uſu erat, injecerit mentionem. Sed tanti non eſt haec conjectura, ut ſaeculo XII. in quo ab Northmannis e Sicilia penitus ejecti ſunt Saraceni, hominem certo ſtatuat. Vulgaris cujuſdam linguae uſum in Italia fuiſſe antiquiorem, plura apud Muratorium (84) demonſtrant, in ea diſſertatione, quae de linguae Italicae origine eſt. Illum propterea & ſub Langobardis

(81) Vide Baron. ad ann. 776. ex Theophane, & Pagium ibid. n. 1.

(82) Confer acta apud Cajet. tom. 2. SS. Sicul. fol. 13.

(83) In adnot. in haec acta fol. 9. n. 1.

(84) Murat. differt. 32. antiq. med. aevi.

dis vixiſſe ſuſpicari poſſumus, quum praeſertim rerum Imperii Graeci, ejuſque Politiae omnino jejunum ſe prodat, & Conſules inducat, Proconſuleſque, homo adfectans videri doctus, qui ne quidem nominum illorum apud Romanos vim, ac poteſtatem fortaſſe adſequebatur. Eôdem pactô vocem quoque adhibuiſſe Patriarchae, ubi in textu graeco Metropolitani, vel Archiepiſcopi nomen occurrebat, haud temere conjicio. Quum enim noſſet ſub Gothis potiſſimum ita appellatos ab Caſſiodorio fuiſſe Metropolitas, cujus equidem ſtilum, dicendique rationem, quamvis interpretem agere debuiſſet, *κακοζηλεῖν perverſe imitari* videtur; eô quoque ſenſu hanc vocem tumidus uſurpavit. *Ex Gothis*, inquit Card. Baronius (85), *ejuſmodi vocis uſus emerſit, ut Archiepiſcopi in Occidente, Patriarchae etiam dici coeperint*. Spatia itaque, ut liber, coarctantes, a XXIII. aetatis S. Leonis anno ad obitum ejus, qui ante annum IↃCCLXXXVII., ut oſtendimus, evenerit neceſſe eſt; ubi plus minus LX. vitae annos illi conceſſeris, jam annum habes Chriſti circiter IↃCCXLIX., quô Leo primum Regium adpulit, ac Cyrillum Metropoliticô honore (86) ful-

(85) De uſurpata a Caſſiodorio, aliiſque temporum ſequiorum Patriarchae voce ad Metropolitanos deſignandos vide Card. Baron. ad ann. 533. n. 26. & ad an. 570. n. 10. & Marca differt. de Primatibus n. 20. Apud Caſſiod. 9. variar. epiſt. 15., quae eſt Athalarici ad Joh. PP. II. Senatus conſultum ejuſdem Regis ad univerſos Metropolitanos legitur, in quo ſaepe Patriarchae vocantur. Sic S.Gregorius Turon. 5. hiſt. Francor. cap. 20. Patriarcham vocat S. Nicetium Archiepiſc. Lugdunenſem, qui ut Marca obſervat ſoli Provinciae Lugdunenſi tunc praeſidebat. In Conc. quoque Matiſconenſi 2. anno 585. celebrato Priſcus Lugdunenſis Epiſcopus hoc nomine in principio donatur, qui tamen & can. ult. Metropolitanus dicitur. Similia de Archiepiſcopo Bituricenſi apud eundem Marcam, quamvis erectô a Carolo M. Regnô Aquitanicô deinde revera Primas evaſerit. Vide etiam Nat Alex. hiſt. Eccl. ſaecul.9. & 10. cap. 5. art. 1. §. 1. Ab hoc antiquo in Italia more Patriarchae nomen inditum Epiſcopo Aquileenſi, qui purus, putuſque Metropolitanus erat, quod notiſſimum ſchiſma diu continuavit, ſedeſque Apoſtolica tandem bono pacis admiſit.

(86) Monendum hôc loco quam turpiter errarint quotquot hactenus Catalogos Eccleſiæ Reginae ordinaſſe vidi, dum Cyrilli aetatem longe anteverterint, decepti S.Gregorii PP. epiſtolis nonnullis, ad Leonem Epiſcopum Syracuſanum, quas ad alterum Leonem anno circiter IↃLXXXIX. in ea ſede florentem pertinere neceſſe eſt. Pirrus, & Catalogi Eccleſiæ Catanenſis ſatis diſtinguunt. Quid autem dicendum de Hieronymo Baſcape Oratorii Neapolitani Presbytero, qui in Ephemeridibus ſacris ad diem 20. Februarii tom.2. Neapoli 1689. fol.424. Cyrillum Regii Lepidi in Aemilia Epiſcopum cenſuit, & S. Gregorii aetate Leonem, eadem ductus ratione

fulgentem invenit, ſeu *Principalis ſortitum ſublimitatem Cathedrae*. *Diu* autem deinde *multumque virtutis ejus gratiam, & ſtrenuitatis ejus acta* diſcuſſiſſe Cyrillum Biographus narrat, donec illum in Presbyterum ordinavit, atque Reginae Eccleſiae ſive Protopapam, ſive Oeconomum conſtitutum, tandem a Catanenſibus electum, illis in Epiſcopum conſecrarit; *ſacratumque cum multa populorum regionis utriuſque frequentia Catanam Pontificatum initurum* tranſmiſerit. Perſpicua haec ſunt, niſi unum quod objicias praeſentirem, phraſi nimirum ſuorum temporum uſum fuiſſe hunc Monachum, propterea quod, eâ aetate ſcriberet, quâ Reginus Praeſul Metropoliticâ jam dignitate frueretur, ut in ſexcentis hujuſmodi actorum conſarcinatoribus inſolens non eſſe jamdiu viri (87) critici monuerunt. Verum duo ſunt, unde nil tale adhibuiſſe hunc Scriptorem putem. Primum quod tempora ſatis conveniant, ex quo patrimoniorum, ac Dioeceſeων abſtractionem moliri Iſaurus ille Imperator coeperat: alterum vero, quod quâ ratione Siciliae Epiſcopum conſecrare Cyrillus, Romano Metropolitae una cum illo ſubjectus potuerit, plane non videam. Epiſcoporum quippe (88) Inſulae illius conſecrationes ad Romanum Pontificem, tamquam ad proprium Metropolitanum ad ea uſque tempora pertinebant. Receptiſſimi in utraque Eccleſia erant Nicaeni de hoc jure (89) Metropolitarum

locavit? Vidi ego & inſulſum catalogum antiquiorum Epiſcoporum Regii Lepidi, Parmae, excuſore Mario Vigna anno 1645. editum, qui & ipſum S. Leonem Paſtorem facit Regii Lepidi ſub annum 488. ad 522. inde Catanam translatum Juſtini Imperatoris aetate, atque illi ſucceſſiſſe Sabinum tradit, qui etiam inde anno 524. Epiſcopus Catanenſis fuit. Vah putida mendacia, & anachroniſmos!

(87) Mos hic in Scriptoribus medii aevi in vitis praeſertim SS. deſcribendis frequens adeo eſt, ut ab exemplis ſit ſuperſedendum. Saepe de illo ſocii Bollandiani. Plura inde colligunt indicia recentioris aetatis Tillemont, Baillet, aliique viri critici.

(88) Vide epiſt. Pelagii 1. ad Cethegum Patricium de ordinatione Catanenſis, & Syracuſani Epiſcopi apud Labb. tom. 6. Concil. colum. 484. Item Pelagii 2. ad Eucarpum Epiſ. Meſſanenſ. relat. Can. 17. diſt. 62. & ejuſdem ad Clerum Catanenſ. de ordinatione Elpidii apud eundem Labbè ibid. col. 540. & S. Gregor. lib. 1. epiſt. 18. & lib. 4. ep. 24. alias 48., & lib. 5. indict. 13. ep. 17. alias 18. lib. 4., & ejuſdem plures alias.

(89) Can. Nicaen. 4., & 6. Innocent. 1. in epiſt. ad Vitricium Epiſcopum Rothomagenſem apud Couſtant fol. 748. *Extra conſcientiam Metropolitani Epiſcopi, nullus audeat ordinare .... Hoc enim & in Nicaena Synodo conſtitutum eſt* &c. Vide & alteram Siricii epiſt. prius datam ad Anyſium Epiſcopum Theſſalonicenſ. fol. 642. Item Gelaſii 1. ad Epiſc. Dardaniae, cujus fragmenta refert Gratian. can. 6. diſt. 64.

rum canones, & notiſſima diſciplina ad Saeculum uſque XI.; fere nuſquam immutata. Niſi ergo ad innovata per Graecos recurras, aqua heic haerebit. Aut nondum plene ſtatuti Provinciarum limites, & confinia, uſuſque Epicheiâ aliqua Cyrillus eſt; aut Orientale Siciliae latus Catanam uſque, tamquam Eccleſiae ſuae proximius, ſibi Cyrillus adjudicabat; aut tandem conſenſu Metropolitani, & Epiſcoporum Siciliae, quod ex Regina Eccleſia Leo adſumeretur, res peracta eſt. Nullas certe in ea Romani Pontificis partes invenies, ſed, utcumque geſta res fuerit, ejus in Siciliam, ac Bruttios Metropolitico juri vulnus immane.

XII. Hinc certiſſime evenit, ut quum ante Leonis Iſauri tempora Epiſcopi Siciliae, & Bruttiorum utramque in Romanis Synodis facerent paginam; inde tamen in conventibus Romanis numquam compareant: contra vero in Conciliis Cpolitanis pars magnâ ſint. Conſtabunt haec, Synodos V. & VI. Saeculô Romae coactas (90), cum eis, quae a VII. Sae-

(90) Vide Synodos Romanas apud Harduin. tom. 1., & 3. Conc. ſub Hilaro anno 465. ſub Symmacho anno 499. 501. 502. 503. 504. ſub Martino anno 649. ſub S. Gregorio ann. 594. & 595., & 610. ſub Agathone ann. 679., ejuſque Synodicam ad 6. Synodum, in quibus paſſim Siciliae, ac Bruttiorum Epiſcopi praeſentes leguntur. At contra, in eis quae ſubſequuntur, neque unus amplius eorum comparet. In Synodo dumtaxat ſub Zacharia Papa ann. 743. Anderamus Biſuntianus, & Anfridus, ſeu Anfredus, alias Rophredus *Cuſentinus* occurrunt. Sane Anderamum hunc, ſive uti apud Labb., legitur, Anderanum, fuiſſe Biſuniani Epiſcopum dubitari vix poteſt. Anfredus quidem apud Baronium ad eum an. n. 25. Tarentinus vocatur; ſed C. vetuſtiſſimus Caſſinenſis Langobardicis litteris exaratus apud addent. ad Ughell. ita habet. *Anfridus Coſentias.* Verum nihil inde concludi, adverſus ea quae ſtatuimus, poteſt; quoniam ſuperioris Calabriae pars potior ad Langobardos pertinebat. Unde dixit Eghinardus deinde in vita Caroli M., hunc obtinuiſſe *Italiam totam ab Auguſta Praetoria uſque ad Calabriam inferiorem, in qua Graecorum, ac Beneventanorum conſtat eſſe confinia.* Et Hadrianus I. Epiſt. 90. C. Carolini ſcripſit Adalgiſum adceſſiſſe *ad Miſſos Imperatoris in partibus Calabriae juxta confinium Ducatus Beneventani.* Deſcribit haec confinia Peregrin. diſſ. ſaepe laud. de finib. Ducat. Benevent. ad orient. Ad Conſentiam autem quod ſpectat, conſtat ex Capitulari Radelchiſi Principis Beneventi, quô pactum diviſionis Principatus Beneventani firmavit, cum Siconulpho Principe Salerni anno 851., eam jamdiu fuiſſe juris illorum. Ita ibi fol. 216. tom. 3. edit. Pratilli. *In parte veſtra ſint iſta Gaſtaldata .... Tarentum, Latinianum, Caſſanum, Cuſentia, Lainus, Lucania, Conſia, &c.* De Conſentia, & Biſuniano etiam deinde Chronic. Cavenſe ad an. 806. fol. 404. tom. 4. edit. Pratilli. *Interim Graeci, cum Saracenis fines Principatus (Salernitani) invadunt in Calabria, nempe in Cuſentia, Beſinianu, Latinianu, & Ruſſianu uſque Potentiam.* Quo ex loco pater

culo deinceps ſunt convocatae, animô adtentô, & a praejudiciis vacuô exacte comparanti; praeſertim vero, ubi deinde VII. Oecumenicae Synodi anno IↃCCLXXXVII. Cpoli celebratae (91) acta percurrerit. In ea ſcilicet nulli, praeter primarum Sedium, & Archiepiſcopi Sardiniae Legatos, Romani Patriarchatus Epiſcopi leguntur, quique in Synodica ad VI. Concilium Romanae Agathonis Synodo olim interfuerunt, heic praeſentes occurrunt. Toti pariter in ampliſſimo conventu illo Epiſcopi Siciliae; & Calabriae ſunt, qui actione

II.

Urbes haſce, ut in confinibus frequenter accidit, vices aliquando ſubiiſſe, earumque propterea Epiſcpatus diatypoſibus ſuis Graecos inſcripſiſſe, quod ſemel adeptos, amiſiſſe poſtea piaculum fuerit. At & ante annum 920. juris omnino latini erat Iſelgrimus Epiſcopus *Cuſentinus*, qui in Chronic. S. Vincentii de Vulturno lib. 4. tom. 1. par. 2. S.R.J. cum Godelberto illius Monaſterii Abb. commutationes quaſdam feciſſe legitur. Quinimmo & Martoranum ſemper juris fuiſſe Langobardorum, ſatis indicat Cavenſis Chronici Auctor ad an. 913., quae cauſſa eſt cur ejus Epiſcopi ſemper in Conc. Romanis poſt haec tempora occurrant, nunquam autem ſignati in Graecorum Tacticis inveniantur. Sic Domnus Marturanenſis in Conc. Romano ſub Paullo I. an. 761. apud Baron. Theodoſius in Conc. Rom. an. 826. Theodorus in conſimili ann. 853. Florius ibidem anno 896. Johannes item anno 964. Martinus in Conc. Ravennae an. 967., aliique; quos haud me latet Georgium in antiquitatib. Eccleſiae Setinae ad Marturianum Tuſciae Civitatem transferre. Sed quum Urbis iſtius in Tuſcia vix ſemel, aut bis in antiquitatibus medii aevi mentio ſit. nec aliunde Epiſcopalem fuiſſe conſtet, rectius ad Marturanum Calabriae Civitatem, una cum aliis antiquioribus pertinere dices. Sane locus ille *Manturianum* vocatur in litteris quibuſdam Ludovici I. Imp. apud Antonium Maſſa lib. 1. de Faliſcis, ejuſque ſub Manturani nomine, mentio etiam occurrit in privilegio Henrici Imperatoris edito ab Harduino tom. 6. Conc. col. 799. quô Benedicto PP. patrimonia Romanae Eccleſiae confirmantur. Quamobrem Cl. hic Auctor quos Epiſcopos Manturianenſes inſcriptos in CC. reperit, huic Urbi, quos autem Manturianenſes, Calabriae Urbi adſcripſit in indice. Sed de hac re nos alibi.

(91) Epiſcopi Siciliae, & Calabriae juris Graecorum in 7. Synodo hi leguntur. *Epiphanius Diaconus Eccleſiae Catanae Siculorum Provinciae, Locumtenens Thomae Archiepiſcopi Sardiniae. Conſtantinus Epiſcopus Regii. Theodorus Catanae. Johannes Tauromenii. Galato Presbiter, & Vicarius Stephani Epiſcopi Syracuſani. Gaudioſus Meſſanae. Theodorus Panormi. Stephanus Bibonis. Conſtans Leontinae. Theodorus Taurianae. Chriſtophorus Adriaces, ſive S. Cyriacae. Baſilius Liparenſium. Theotimus Crotonis. Baſilius Neſſiorum ſive Inſulae. Conſtans Carinae. Theophanes Lilybaei. Johannes Trocaleos. Theodorus Tropaeorum. Sergius Nicoterenſium*. Vide acta apud Harduin. tom. 4. Concil. Omnes demtô Epiphaniô, homine Siculô, qui vices Archiepiſcopi Calaritani Romani Patriarchatus gerebat, decem & octo ſunt. Confer cum Synodica Agathonis, cujus Epiſcopos ad Bruttios quod adtinet ſupra retulimus adnot. 13. Provinciae autem Siciliae ſubſcribunt ibi: *Theodoſius Syracuſanus. Johannes Thermitanus. Johannes Mylanus. Petrus Tauromenitanus. Julianus Catanenſis. Georgius Trioclitanus. Georgius Agrigentinus.*

II. Hadriani Romani Pont. epiſtolae ſubſcribentes, Tharaſium Cpolitanum Epiſcopum, & *univerſalem Patriarcham*, & *ſuum* eſſe fatentur. Illum quoque *ſummum*, & *univerſalem* Patriarcham Epiphanius Diaconus Cataneníis: *almum* & *oecumenicum Patriarcham* Theodorus Catanae Epiſcopus, vocant. Sed ea prae ceteris notanda, quam adhibuit Johannes Epiſcopus Tauromitanus ſubſcriptio, quamque reliqui ſtatim Siciliae, & Bruttiorum Epiſcopi adoptarunt (92): *Quum, velut divinus Orthodoxiae terminus ſint litterae, quae ab Hadriano Papa ſenioris Romae ad pios Imperatores, nec non ad Tharaſium univerſalem Patriarcham noſtrum miſſae ſunt, ita profiteor ſuſcipiens ſacras iconas, ſecundum antiquam traditionem Eccleſiae Catholicae: eas vero; qui ita non ſapiunt anathematizo*. Quum autem, formulâ non mutatâ, eô quoque pactô ſubſcripſerint *αμίτως Gaudioſus Epiſcopus Meſſanae, Theodorus Panormi, Stephanus Bibonenſis, Conſtantinus Leontinae, Theodorus Taurianae, Chriſtophorus S. Cyriacae, Theotimus Crotonenſium, Theodorus Tropaeorum, Sergius Nicoterenſium, & Galato* ex perſona ſive Regini, ſive Syracuſani Archiepiſcopi, qui omnes ad Siciliam, Bruttioſque pertinebant, jam ii non Oecumenicum modo, ſed & ſuum faſſi ſunt Patriarcham Tharaſium. Quis vero haec ab Epiſcopis Patriarchatus Romani prolata crediderit? Fruſtra Pirrus honoris, & adſentationis ergô in tam ſacro, & honorabili conſeſſu dicta fuiſſe vellet: nemini certe perſuaſerit. Quod ſi plura hinc expiſcari haud levibus conjecturis velimus, obſervandum identidem eſt Conſtantinum Reginum Epiſcopum (93), tum actione I. conſediſſe inter Metropolitas, quum VII. inter eoſdem ultimô quamvis locô, & cum recens creatis, ſubſcripſiſſe, certiſſimô ſuae dignitatis indiciô. Quod argumentum licet ob perturbatam, quae ſaepe

(92) Vide fol. 110. & ſeq. tom. 4. Harduini.

(93) Conſedit enim act. 1. inter Manuelem Hadrianopolis, & Nicetam Gothiae Epiſcopos, quorum primus Metropolita; alter honorarius Archiepiſcopus erat, ut ex Diatypoſi Leonis Sapientis conſtat. Subſcribit autem in fine inter Metropolitas Smyrnae, & Patrarum, quarum Epiſcopus non ſecus ac Reginus ad Metropoliticam erectus eſt dignitatem, poſtquam avulſus a Patriarchatu Romano eſt, ut in ejuſdem Diatypoſis fine legitur, de qua cap. ſeq.

in priſcis occurrit actis ſubſcribendi rationem, haud uſquequaque ſit invictiſſimum; ubi autem, ut heic, tot aliis fulcitur auxiliis, ac circumſtantiis, maximam vim exſerit efficacitatis. In hac enim Synodo ſuô quique ordine, ac gradu, & deſcribuntur, & ſubſcribunt Metropolitani. Quinimmo ad Autocephali etiam Archiepiſcopi honorem evectum jam fuiſſe Epiſcopum Catanenſem, quum hoc Concilium celebraretur, haud temere arbitror, dum & quam gerit in eo perſonam, & honoris iſtius cauſſam invicem jungo. Theodorus quippe Epiſcopus Catanenſis, & poſt ultimum Metropolitanum locatur, & ante omnes Siciliae, & Bruttiorum Epiſcopos, quos tamquam veteris Romae exuvias primô locô ſubſcribere Graeci permiſerunt. Tum vero quum Syracuſanus abeſſet, nec niſi vicariô nomine pro eo Galatus Presbyter interveniſſet, quoties ſuam expromere ſententiam Epiſcopi Siciliae voluerunt, aut ſolus ipſe loquitur (94), aut ſemper a capite eſt intercedentium. Adſerit autem Nilus Doxopatrius Catanenſem Sedem Archiepiſcopali honore propter S. Leonem fuiſſe donatam (95), adeoque, aut ipſo vivente, aut paullo poſt, ex his quae animadvertimus, luculenter conjicimus.

XIII. Temporibus deinde utramque Synodum inter, ab anno IↃCCLXXXVII. ad IↃCCCLXIX. labentibus, eandem in Calabria, ac Sicilia perſeveraſſe Eccleſiarum politiam tam clarum eſt, quam nihil ultra. Acta ipſa Synodi VIII. & famoſae de Sede Patriarchali inter Ignatium, & Photium controverſiae, rei, quam inluſtramus, ſplendidiſſimum lumen offundunt: In hoc quippe, Oecumenico licet Concilio, demtis Legatis Romanis, ac Sedium Orientalium Vicariis, non alios interfuiſſe Epiſcopos, quam qui ex Patriarchatu Cpolitano a veris ante Photium Patriarchis, puta Methodio, vel Ignatio conſecrati fuerant, extra inſanabile cavillandi cacoëthen eſt: ipſa nos docent acta, docet teſtis oculatus Anaſtaſius. Nam actioni

(94) Vide act. 1., & 2. Ibi frequentiſſime: *Theodorus Deo amabilis Epiſcopus Catanae, & qui cum eo ſunt Epiſcopi Siciliae.*

(95) Nilus editus a Stephano le Moyne inter varia ſacra tom. 1. fol. 249. *Sed & Catana ipſa antiquitus quum eſſet Epiſcopatus, propter S. Leonem ejuſdem Epiſcopum ab Impp. ad Archiepiſcopatum evecta eſt.* Sed de hoc Nili opuſculo cap. ſeq.

ni primae, qui conſtantes a partibus Ignatii, Epiſcopi ſteterant; ſummô recepti elogiô dumtaxat interfuere: reliqui vero nonniſi prius ad poenitentiam admiſſi, in reliquis Actionibus recepti ſunt. *Non te ſcandelizet*, inquit Anaſtaſius (96) quum de ſubſcriptionibus agit hujus Synodi, *ſubſcribentium paucitas, quia dum Photius diu* (ideſt XI.annis) *tyrannidem exercuiſſet, & pene omnes a piis deceſſoribus ſuis ſacratos depoſuiſſet, & in loca eorum fautores ſuos tantummodo provexiſſet, quorum nullus in hac Synodo eſt receptus: iſti ſoli ex priorum Patriarcharum conſecratione ſuperſtites* (legunt alii CC. *ſuſceptibiles*) *ſunt inventi. Verum quot quot ſub Nicolao, & Hadriano ſummis Pontificibus Epiſcopi fuerunt*, (abſentes ſcilicet) *hujus Synodi ſenſui conſenſerunt*. Porro duobus non plures ſupra centum fuere, qui intervenerant: additis autem & primarum Sedium Legatis, centum & novem. Quapropter nonniſi contradicendi prurigine, non rei veritate ducuntur, qui ante Photii tempora Romano Patriarchatui obnoxios adhuc fuiſſe Siciliae, ac Bruttiorum Epiſcopos, Photium autem abſtractionem incoeptaſſe contendunt; quum ex hoc loco manifeſtum ſit, quotquot ex Sicilia, atque Calabria illi Synodo interfuere Epiſcopos, ex Patriarchatu Cpolitano fuiſſe, quoniam vel a Methodio, qui Ignatium praeceſſerat, vel ab Ignatio ipſo conſecrati erant, aut a Metropolitis, qui ab eis conſecrationem acceperant. Interfuere autem e Sicilia, *Nicetas Cephaludii*, *Antonius Aleſii*, *Gregorius Meſinae*, & *Euthymius Catanae*, qui Metropolitae titulô paſſim in actis diſtinguitur. Ex Calabria vero *Nicephorus Crotonis*, *Georgius S. Cyriacae*, *Demetrius Scyllacii*, *Leontius Regii*, *Paullus Taurianae*. Et actione quidem I. inter XII. Epiſcopos, qui in dira illa Photii perſecutione ab Ignatio non receſſerunt; propterea que ſine libelli ab Hadriano praeſcripti ſubſcriptione admitti in Synodum debuerant; e Sicilia Nicetas Cephaludii, & Antonius Aleſii, e Calabria autem Nicephorus Crotonis Epiſcopi dumtaxat recenſentur; atque ob duratam in rebus ad-

(96) Anaſtaſius in notis ad ſubſcriptiones 8. Synod. a ſe verſae apud Harduin. act. 10.

adverſis, juſtitiae cauſſâ, conſtantiam, beatiſſimi praedicantur. An vero Epiſcopos non ſibi ſubjectos, Photius quod illius electioni non adhaeſiſſent, caede, ſiti, fame vexaſſet? Secundum haec autem, Actione II. inter Epiſcopos quoque a Methodio, vel Ignatio conſecratos, ſed qui a Photii partibus ſteterant, atque cum epitimio praeviâ libelli ſubſcriptione recepti ſunt, Euthymius eſt Epiſcopus Catanae, Photii olim Symmiſta celeberrimus, cujus proſtat hodieque ad illum epiſtola (97). Similiter & in progreſſu advenientes Epiſcopi a Methodio, vel Ignatio ordinati, qui Photio adhaeſerant, eadem ſub formula (98) recipiuntur, quos inter Siciliae, & Calabriae reliquos, qui interfuerunt, recenſebis. Excluſos leges Theophilum (99) Amorienſem, & famoſum illum Zachariam Epiſcopum Taurominitanum, cujus ſedes a Photio vulgo creditur in Autocephalum etiam Archiepiſcopatum erecta, quorum conſecratio, ut ipſi fatebantur, ex Methôdio erat; propterea quod libellis ſubſcribere, atque divelli a Photio noluerint, quemadmodum in poſtrema Actione una cum Photio Gregorius Syracuſanus eadem de cauſſa ejectus eſt, qui etiam a Methodio conſecrationem acceperat. Vocantur interim duo iſti in ea Synodo *Pſeudo-Epiſcopi*, quod a Photio intruſo, atque latrone Gregorius Nicaeam, Zacharias vero, qui una cum Amorienſi ejus legatione ad Nicolaum Papam functus erat, Chalcedonem ad Metropoliticas Sedes tranſlati erant. Et hanc ego cauſſam fuiſſe reor, cur in hujus Synodi ſubſcriptionibus Epiſcopi Calabriae, atque Siciliae, qui primi ſubſcripſerant in VII. Synodo in ultimum rejecti ſint locum, quod ob potentiam Gregorii Syracuſani, cujus artibus ad Photium traducti erant, valde in hoc Concilio ſuſpecti fuerint;

& non-

(97) Edita a Pirro eſt, relataque a Johan. de Johan. C. diplom. Sicil. fol. 329.

(98) Nicetas in vita Ignatii apud Harduin. tom. 5. col. 987. *Poſtero die* (ſc. act. 2.) *Sacerdotes & Antiſtites omnes, qui a Methodio, & Ignatio SS. Patriarchis conſecrati erant, artibuſque, & inſi liis ad Photii communionem abrepti erant, libellis poenitentiae porrectis cum lacrymis ſupplices ad S. Synodi pedes procubuerunt; & deprecatu Imperatoris, quod vim paſſi eſſent, de ſententia Legatorum Pontificis Romani veniâ dignati, praeſcriptum ſibi epitimium, ſeu poenam ſuſceperunt: perindeque ac alii inculpati Epiſcoporum Sedem locumque receperunt.*

(99) Vide Anaſtaſium in notis ad 8. Synod. tom. 5. Harduini col. 949.

& nonniſi ultimô locô, ii qui ſubſcripſerint, Nicephorô demtô, ad poenitentiam venerint: adeoque in poſtremo quoque margine ſubſcribere ſe debuerint, ne quidem Leontio Epiſcopo Regino, eô, quo ad ſuos ſeducendos abuſus erat, Metropoliticô honore in poenam permiſsô.

XIV. Sed ut aſſumtam ſemel diſputationem concludam, quae alia tantarum in Eccleſia Graeca turbarum cauſſa fuerat, niſi judicium, quod vix in Patriarcham adſcitus, inſtituere ſe velle ſignificavit Ignatius, in Gregorium Asbeſtam Epiſcopum Syracuſanum, quod plane inſtituere neutiquam potuiſſet, niſi ſui juris Sicilia eſſet? *Quum eſſet Patriarcha conſecrandus*, ait (100) Nicetas, *Gregorium ne initiationi ſuae intereſſet admonuit, donec per ocium cauſſa ipſius diligenter cognoſceretur*. Nec vero ex iis quae paullo ante Nicetas narrat, Asbeſtam jam tunc fuiſſe exauctoratum credas. Quae enim ibi habet, per prolepſim quamdam antepoſita ſunt, ut quali homini Photius confidebat, oſtenderet. Rem uti ſuo ordine geſta fuit Nicolaus Papa I. exponit epiſtolâ ejus IX. (101) in qua Ignatium etiam Gregorii Patriarcham, a quo fuit exauctoratus, appellat, ſupremumque tantum judicium Romanae Sedi fuiſſe reſervatum oſtendit. Depoſitum enim ſcribit *ab Ignatio, & a Synodo, quae ſub ipſo erat*. Incaſſum itaque torquentur, ut in tanto rerum lumine, ab conſtantiſſimis hiſce facti rebus eloquentiae phaleris quibusdam ſe extricent.

Pir-

(100) Nicetas mox laud. adnot. 98. ibidem colum. 962. latina.

(101) Nonô locô refertur haec epiſtola, quae eſt ad Michaëlem Imperat. ab Hardnino tom. 5. col. 184. *Qui olim* (Gregorius) *ſicut ipſi ſcitis a fratre, & comminiſtro noſtro Ignatio, & a Synodo quae ſub ipſo erat depoſitus eſt: & ut Apoſtolica Sedes in cujus damnatione conſentiret, ab ipſo Conſacerdote noſtro poſtulata eſt. Sed deceſſores mei beatae memoriae Leo, ac Benedictus, Sedis Apoſtolicae moderamina ſervantes, noluerunt ſic unam partem audire, ut alteri parti nihil penitus reſervarent. Unius quippe mediator non eſt. Quamobrem interim depoſitio ejus a Sede Apoſtolica non ſuſcepta, remanſit infirma. Quumque idem Gregorius per legatum ſuae partis Zachariam nomine, Sedem agnoviſſet Apoſtolicam, in ſua depoſitione nullatenus conſenſiſſe, non gratias egit, nec a coeptis in jam dictum fratrem noſtrum ſaevientibus contumeliis conquievit. Sed benignitate Dei, & patientia Sedis Apoſtolicae in ſuperbiam abutens, in ipſum videlicet Ignatium Patriarcham ſuum redivivа jacula impietatis irreverenter exacuit, & eô ſuperſtite Neophytum in Cpolitanam Eccleſiam conſecravit ..... uſus eſt Sedis Apoſtolicae bonitate in malignitatem, & beneficium in Patris ſui convertit exitium.*

Pirrus, ac Piccolus ſuperſtitioſi in hac parte Siciliae defenſores, quum ante illos Amicus ex vero decreverit, & poſtremo Canonicus de Johanne rem ſincere inluſtraverit. Unum denique ſupereſt, quod addam, ut capiti imponam coronidem, patere denique in Pſeudo-Synodo Photiana, quam deinde anno IↃCCCLXXIX. ad Photium poſt Ignatii mortem reſtituendum celebratam, tamquam Octavam Oecumenicam Graeci Schiſmatici venerantur, non modo nihil ad Dioeceſeon abſtractionem quod ſpectat, innovatum; ſed quum ignavi illi, ac Photio venditi Apoſtolicae Sedis Legati de illarum reſtitutione injeciſſent quaeſtionem, hoc retuliſſe (102) reſponſum: *Quod quum non in unius moris imperium redactae ſint Sedes Pontificales, differatur ea quaeſtio. Et Synodus dixit. Omnes ſic diximus. Nam ad diſtinguendas Diaeceſes congregata eſt haec Synodus*. Aderant tunc in ea Synodo ex nova, vetereque Calabria inter Metropolitanos conſidentes (103) *Leo Regii*, & *Marcus Hydruntis*; inter Epiſcopos autem *Demetrius Scyllacii*: ex Sicilia vero nulli (104) quod Gregorius jam Nicaenus, & Zacharias jam Chalcedonenſis Epiſcopi inter Bithyniae Me-

(102) Vide hanc Synod. ab Harduin. tom. 6. part. 1. fol. 214. integre editam act. 2.

(103) Adiſis initium etiam actionis 1. ubi omnes convenientes Metropolitae, & Epiſcopi deſcribuntur. Hic Leo Regii, an idem ac Leontius fuerit octavae Synodo praeſens, ex nominum ſimilitudine dubitari poteſt. Verum in textu graeco Leontii alii, ab aliis Leonibus ſatis diſtinguuntur. Marcum autem Hydruntis eundem fuiſſe ac Marcum illum Melodum, de quo ſupra egimus adnot. 54. contendenti facile permittimus. Hinc & habes, quam ante Polyeucti tempora Sedes Hydruntina ab ceteris diſtingueretur.

(104) Philippus enim Meſſenae, qui ibidem occurrit, ad Meſſenem potius Provinciae Europae, quae inter autocephalas ſedes in Graecorum notitiis recenſetur, meô quidem judiciô, pertinet, quod inter Metropolitas collocetur. Id recte conjecit Piccolus de nonnullis agens, quae vidit Graecorum laterculis part. 1. de antiq. jur. Eccl. Sicul. cap. 25. injuriâ a Pirro reprehenſus in Not. Meſſanenſ. fol. 380. edit. Venet. Vide antiquior. Notitiam editam apud Goar ad Calcem Codini, de qua cap. ſeq. Ibi diſerte inter Archiepiſcopos honorarios occurrunt n. 66. *In Provincia Europae. Dirizipaerorum, ſive Meſſeneſ.*, & nu. 73. *In Provincia Piſidiae. Neapoleos*. Ut extra dubium ſit, neque de Meſſana Siciliae, neque de Neapoli Campaniae intelligenda eſſe Graecorum latercula. Simili modo Stephanus *Bareos*, qui in hac Pſeudo-Synodo Photiana occurrit, non ad Barim Apuliae, ſed Helleſponti ſub Cyzico pertinet, quo & Paullus Bareos in octava Synodo, & Eutychianus Bareos in Conc. Chalcedonenſi, & Domninus in Epiſtola Synodi Cyzicenae ad Leonem Imperatorem, etiam pertinebant. Vide Le Quien Orient. Chriſt. tom. 1. pag. 1048., & Carol. a S. Paullo in adpendice pag. 34.

Metropolitas ſederent, ſoluſque *Samuel Liparorum* ex Epiſcopis Siciliae Metropolitano ſubjectis interfuiſſe legitur. Et quamvis ad Bulgariam quod adtinebat, potiſſimum inter Johannem VIII., ac S. Ignatium verſatam fuiſſe quaeſtionem, ad hanc deinde Synodum delatam, conſtet: idcirco tamen de ea acrius contentio efferbuerat, quod regio illa nedum abſtracta olim ſub Leone Iſauro fuerat, ſed novâ Evangelii praedicatione ab Romanis recuperata, per ſummam iterum injuſtitiam raperetur a Graecis. Bulgari (105) enim, gens pagana, quum Daciam utramque, Praevalim, Dardaniam, ac Moeſiam ſuperiorem, diſtractas olim regiones a Patriarchatu Romano, victis indigenis, occupaſſent, miſſis eô ab Nicolao I. fidei praeconibus, ad Chriſtianam religionem converſi fuerant; ſed a Graecis adquiſiti ſemel juris tenaciſſimis, atque ab ipſo S.Ignatio, qui jura Eccleſiae ſuae tueri ſe arbitrabatur, expulſis inde Sacerdotibus latinis, iterum invadebantur. Si autem haec de Bulgaria Graeci; quam caras, obſtrictaſque ſibi Calabriam, atque Siciliam, ſpoliô numquam, & uſurpatione intermiſſis, tunc temporis habuerint, tute ipſe putato. Nam & quum Siciliam fere totam poſtea Saraceni invaſiſſent; dein vero una cum Calabria adepti ſibi fuerint Northmanni Principes, ac utriuſque Epiſcopatus antiquo ſuo, ac legitimo Patriarchae reſtituerint; Graeci nihilo ſecius Epiſcopatus ejuſmodi de ſanctis ſemel laterculis ſuis numquam demere voluerunt.

(105) Lege hac de re Natal. Alex. diſſ. 4. in ſaecul. 9. & 10. §. 23. plene differentem.

Digitized by Google

CAPUT XI.

Excurſionis proſecutio. Eccleſiarum Calabriae, atque Siciliae antiquior abſtractio ex Diatypoſibus Eccleſiae Cpolitanae confirmatur. Earum quaenam vetuſtior? Qui Epiſcopatus Metropolitanis Siciliae, & Calabriae, & quo tempore addicti fuerint, & de novo S. Severinae Metropolitano ab Graecis erecto. Regium primam in Regno Neapolitano Metropolis Eccleſiaſticae dignitatem obtinuiſſe concluditur.

I. EX huc uſque, compendiô licet, expoſitis, ſatis, arbitror, convinci quis poteſt, ex Calabriae, quae eandem ac Sicilia ſortem patiebatur, ſilentio in epiſtola Nicolai, nullum ponderis alicujus confici argumentum poſſe, quod tantopere fruſtra nuper extollebat Illuſtriſſimus (1) Zavarronus. Nam & ſimili modo Anaſtaſius in praefatione hiſtorica ad VIII. Synodum, cui praeſens fuit, abs ſe in latinum converſam, quô locô Hadrianum Pontificem adloquens, abſtractarum Dioeceſeon narrationem (2) inſtituit, neque Siciliae meminit; quum tamen eô tempore ab Romano Patriarchatu fuiſſe divulſam, dubitet nemo. In his enim, quae ex conditione facti pendent, ut vel hypercriticus ille argumenti negativi defenſor (3) Launojus docet, ubi in omnem penitus ſubjectam materiam abnutiva ratio non quadrat, probabilitatis ſaepius habet nihil. Scilicet, quemadmodum nos erudit incomparabilis ille alius rei criticae Magiſter Mabillonius (4), non omnes tantum,

(1) In adnot. ad Bullam Godani Archiep. Acheruntini fol. 20.

(2) Apud Harduin. tom. 5. laud. *Nam tota Dardania, Theſſalia, Dacia, & utraque Epirus, atque ceterae regiones juxta Iſtrum fluvium Apoſtolicae Sedis veſtrae moderamine antiquitus praecipue regebantur, & diſponebantur. Sed poſtquam Impp. Romanorum, qui nunc Graecorum appellantur, variorum fautores vel incentores effecti errorum &c. & paene omnia jura diſponendarum Dioeceſeon auferunt ..... quia juxta ſe ſitae videbantur, uſurpant, & Cpolitanae Dioeceſi nequiter adplicant.* Neque id factum ab Anaſtaſio dicas, quod praerepta tunc ab Agarenis Sicilia eſſet. An & non ſub Nicolao, qui an. 858. Pontificatum iniit? Nondum certe ſub hoc Syracuſae ceciderant. At neque ſub Anaſtaſio an. 870. ab VI. Synodo redeunte. Vide ſupr. adnot. 77.

(3) Launoj. in epiſt. nuncuparoria differt. de auctoritare negantis argumenti ad Ill. Abb. Caeſarem Eſtraeum Pariſ. 1662. Vide quae inter illum, & Joh. Bapt. Thierſium in exercitat. adverſus Launoji differtationem diſputantur. Confer Honorar. a S.M. tom. 1. animadverſ. in regul. Critic. diſſ. 3. arr. 2. & Langlet in methodo hiſtor. cap. 19. can. 5.

(4) Mabillonius in aureo libro de ſtudiis monaſtic. p. 2. cap. 13. pag. 296. edit. Pariſ.

tum, quos de re ſiluiſſe perhibemus, Auctores legiſſe, ut illa vim exſerat, neceſſe eſt; verum etiam certos nos eſſe, nullum periiſſe Scriptorum per ea tempora viventium opus: quinimmo aliquô ſaltem modô exploratum habere, eorum nihil, quae in diſceptationem cadunt, Auctorum, qui ejus aetatis ſuperſunt, fugiſſe diligentiam. Quam ergo in tanta, & rerum, & factorum hiſtoriae illius temporis luce vim habebit? Cur de Calabria ſiluerit Nicolaus inveſtigare ſuperfluum eſt. Ipsô tamen ſilente, cetera quae narravimus ſatis clamant.

II. Quod illam vero ſpectat Throno Cpolitano ſubjectarum ſedium diatypoſim, Leoni Sapienti a Leunclavio, Miraeo, aliiſque adtributam; ea neque Leonis Sapientis eſt, neque porro Armeni (5). Nam tot additamentis, atque mantiſſis a conſtitutionibus ſequiorum Impp. ad aetatem uſque Iſaaci Angeli excerptis, interpolata eſt; ut centonem certe exhibeat ab Graecis Nomocanonum Interpretibus conſarcinatum, quem Leoni Sapienti, praeclari inter illos nominis Auguſto, tamquam primaevo diſpoſitionis Auctori, falſo adſcripſerunt: Leoni autem Iſaurico potius adſcribere debuiſſent. Diverſis plane collatis diatypoſeos ejuſmodi CC. (6) a Carolo Vialarto, a Gretzero, a Beveregio, a Goario, a Scheltratio, a Medonio, a Bandurio, & nuper ab Aſſemanno vulgatis, evidentiſſimum fit, illam paſſim ab Impp., qui praetensô quôdam jure epiſtemonarchiae tantum ſibi adrogabant, auctam fuiſſe, atque mutatam; (7) eamque poſtremo Andro-

 nicum

(5) Leonis Armeni putavit eſſe Allat. de perpet. conſenſ. pag. 426., ubi illam ad an. retulit 813., eumque videtur ſecutus Auctor hiſt. civil. Regni noſtri lib. 6. cap. 7. §. 2. fol. 421. nov. edit. At Miraeus not. orb. Chriſt. lib. 1. cap. 10. Gretzer. ad Codin. pag. 113. edit. 1625. Leunclavius, aliique: nuper autem & Canonicus de Johanne C. diplom. pag. 341., & 421. Leoni Sapienti adtribuerunt.

(6) Carolus a S. Paullo, & reliqui ſupra laudati cap. 3. adnot. 8., quibus adde Bandurium tom. 1. antiq. Cpolitanar. fol. 236. edit. Pariſ.

(7) Interpolationis hujuſmodi veſtigia in ipſo diſpoſitionis corpore edit. Leunclavianae notantur. Nam pag. 91. ubi ſub Epheſino de Epiſcopatu Hypaeporum primô loco agitur, margini additur. *Honorem Metropolitani accepit ab Imperatore Domino Iſaacio Angelo*. Similiter ſub Heracleenſi ad Epiſcopatum Madytorum. *Is honorem Metropolis adeptus eſt*. At poſtea in corpore ſcholia multa. Sic pag. 93. ſub Tyanenſi de Epiſcopo Cybiſtrorum: *Honor Archiepiſcopatus ei conceſſus eſt ſub Conſtantino Sanctiſſimo, & univerſali Patriarcha* & pag. 97. ad Sedem 26. ſub Sylaeano, ſive Pergenſi ad Epiſcopatum Attaliae: *Attalia facta eſt Me-*

nicum Palaeologum Ecthesi illâ suâ invertisse totam. Qui primus verus illius Auctor, incertum. Goariana quidem, cujus unam dumtaxat partem, ob corruptum nimis, in quem inciderat, Codicem, vulgarat Vialartus (8), ſed integram deinde ex alio C.Regio recentiori Goarius exhibuit, ſub Leone Philoſopho, & Photio Patriarcha (9) anno IↃↃCIↃCCCXCI., hoc eſt vulgaris epochae IↃCCCLXXXIII. confecta legitur. Verum tametſi illam ceteris omnibus eſſe antiquiorem fatear: quippe quod ſimplicior ſit, nec tot Metropolitarum, & Autocephalorum Epiſcoporum farragine plena, propiuſque ad ſeptimi, octavique ſaeculi Eccleſiaſticam Graecorum politiam accedat, ab Leone tamen Sapiente, Photioque nullatenus factam puto. Illô enim annô Baſilius Macedo Leonis Pater, qui Sedi Cpolitanae Photium reſtituerat, Imperii clavum regebat; & quamvis filios in Imperii conſortium jam adſciviſſet, ejus tamen nomine potiſſimum ſignari oporteret. Ad haec vero, tunc Leo inſidiis Theodori Santabareni jam appetitus, atque Imperiali dignitate a Patre, quod in inſidiarum ſuſpicionem ab improbo illo homine adductus fuerit, exutus, in vinculis ſub tetro carcere gemebat. Annô nimirum IↃCCCLXXIX. quô ſollemniter reſtitutus eſt Photius, Leonem purpurâ ſpoliatum (10), atque in cuſtodiam detruſum fuiſſe; nec in Patris gratiam, Imperiique conſortium, niſi paullo ante Baſilii mortem, quae ſub initium accidit anni IↃCCCLXXXVI., rediiſſe conſtat. Cum Photio autem, neque antea, porro, neque poſtea ullam Leonem excoluiſſe amicitiam, (licet & ali-

Metropolis anno 6592. (hoc eſt 1084.) *ſub Euſtratio Sanctiſſimo Patriarcha per Imperatorem Dominum Alexium Comnenum*. Ibidem ſub Corinthio de Epiſcopatu Argi. *Argivus factus eſt Metropolitanus ſub Imperio Iſaaci Angeli anno* 6697. (hoc eſt 1189.) Deinde ſub Patrenſi. *Epiſcopatus Lacedaemoniae Metropolis honorem adeptus eſt ab Imperatore Domino Alexio Comneno ſub Domino Euſtratio Patriarcha anno* 6590. (hoc eſt 1082.) Item ſub Rhodienſi throno 39. *Parus & Naxia ſunt unitae, redactaeque in Metropolim menſe Majo ind. V. anno* 6591. (id eſt Chriſti 1083.) vide infra adnot. 36.

(8) Carol. a S. Paull. in appendice pag. 32. & ſeq.

(9) Η Παροῦσα ἔκθεσις ἐγεγόνει ἐν ἔτει ϛτζα. Ἐπὶ τῆς βασιλείας Κυρίου Λέοντος τοῦ Σοφοῦ καὶ Φωτίου Πατριάρχου. *Haec praeſens expoſitio facta eſt anno* 6391. *ſub Imperio Domini Leonis Sapientis, & ſub Patriarcha Photio.*

(10) Vide Baronium ad ann. 879. n. 75. & ad ann. 886. n. 2. haec tempora ex Zonara, & Curopalate recte calculantem.

aliquando habuerit Praeceptorem), propterea quod praecipuus illius ſymmyſta Santabarenus eſſet, ex Graecorum identidem hiſtoriis diſcimus. Quamobrem vix ad Imperium annô mox relatô evectus, *miſit*, ut Leo Grammaticus (11) narrat, *qui ambone Eccleſiae conſcensô, & cauſſis in Photium lectis, thronô illum ſe abdicare coëgerunt, & in Armeniacorum Monaſterium Bordi dictum detruſerunt*.

III. Quum igitur ſub Leone Philoſopho, ac Photio diſpoſitio iſthaec condi omnino non potuerit, ut antiquiorem eſſe conjectem, valde impellit me ejuſdem editio altera, quam ex C. Bibliothecae Bodlejanae integriorem quidem, ac pleriſque in locis correctiorem, ſed fruſtra in odium Romanae Eccleſiae, extulit (12) Beveregius. In illa enimvero nulla eſt Leonis, aut Photii mentio, ſed duo injecta ſunt mnemoſyna, quae, ſi recte conjicio, primum ejus Auctorem multo vetuſtiorem indicant Leone Sapiente. Scilicet in Provincia alterius Armeniae, in qua Metropolis *Dademon* notatur, at in C. Regio *Hermetuſarum Metropolis*, & apud Goar *Philichne Choſanorum*, hoc mnemoſynon interjectum legitur. *Regio ſub eodem climate dicta Jalimbanum, unde ortum habuit Baſilius, qui praeſentem librum elaboravit*. Tum poſtremô locô, quo Provinciam Cypri autocephalam ponit, ubi ſub Conſtantia Metropoli, Lapithi VIII. numerô meminit, hoc alterum ſtatim addit. *Lapithus quâ natus eſt Georgius Cyprius, qui librum ſcripſit, ex quo haec ſcripta ſunt*. Haec plane oſtendunt Baſilium quemdam Armenum fuiſſe, qui Codicem, ex quo eruta illa diſpoſitio eſt, ſcripſerit: tranſcripſiſſe autem ex alio, qui a Georgio Cyprio, aut ſcriptus olim, aut compoſitus fuerat. Contra ac Scheltratius (13) inde deduxit, dum notitiam hanc a Baſilio Armeno Photii tempore confectam, & a Georgio cuidam libro inſertam, Graeculum aliquem tranſcripſiſſe arbitratus eſt. Etenim Baſilius ille, quicumque fue-

(11) Refert Pagius Leonis verba ad an. 886. n. 4.

(12) Guilielmus Beveregius in not. ad can. 36. Trullan.

(13) Scheltrat. Sacrum Conc. Antioch. reſtitutum. Antuerpiae 1681. diſſ. 4. de Canonib. Antiochen. can. 9. ſeu cap. 13. art. 9. fol. 418. & ſeqq.

fuerit Armenus homo, ſe *praeſentem librum*, Codicem nimirum illum in quo proſtat, elaboraſſe: Georgium autem Cyprium auctorem, aut Calligraphum ſaltem fuiſſe libri, unde tranſcripſerit, diſerte fatetur. Si conjectationibus igitur locus heic aliquis eſſe poteſt, quum de Georgio (14) illo Cyprio annô IϽCLXXIV. jam Patriarcha Cpolitano mentio in hoc laterculo eſſe nequeat, quod nulla tunc adhuc Dioeceſeωn invaſio eſſet; ſuſpicari porro liceret, de Georgio altero Cyprio ſermonem hôc locô eſſe, cujus aeque ac Johannis Manzuri, ſeu Damaſceni, pro ſacris imaginibus zelum, atque conſtantiam laudat orthodoxa refutatio Pſeudo-Synodi Caiphaicae ſub Conſtantino Copronymo celebratae, quae una cum actis Conciliabuli illius actioni VII. Synodi ſextae Oecumenicae (15) inſerta eſt. Sentio quod objicias, inveriſimile omnino eſſe Notitiam hanc efformaſſe, aut adprobaſſe ſaltem hominem Orthodoxum, inſignemque Graecae Eccleſiae Confeſſorem. At vero hanc Dioeceſeωn poſſeſſionem Graecos ipſos Orthodoxos inter adiaphora habuiſſe conſtat; quum nec in VII. Synodo, partem illam epiſtolae Hadriani I. ubi de illarum reſtitutione agebatur (16) e latino in graecum verti permiſerint, ne pax Eccleſiae turbaretur; nec ipſe S. Ignatius beneficiô Romanae Eccleſiae in ſuam Cathedram reſtitutus, ut adepta ſemel Eccleſiae ſuae jura tueretur, Bulgariam ſibi retinere ſit veritus. Ceterum aeque facile eſt ſuſpicari, quaecumque in ea thronorum Diatypoſi ſchiſma ſapiunt (non pauca enim occurrunt) additamenta omnia eſſe Baſilii, qui Codicem illum ſcripſit, ex quo edidit Bevegius: Georgium autem ipſum purum, putumque Sedium ordinem deſcripſiſſe. Quod equidem in tranſcriptis Graecorum libris

(14) Georgius hic Cyprius ex Syncello, & Scevophilace, Patriarcha creatus anno 678. ſextae Synodo interfuit.

(15) Vide action. 7. hujus Synodi oecum., in qua in eis qui ſub finem lecti ſunt tomis, tomo 6. continetur. Eundem Georgium, & laudari ab ipſa VII. Synodo in fauſtis ejuſdem 7. act. adclamationibus una cum Joh. Damaſceno putat Chriſtian. Lup. differt. de VII. Synodi cap. 12. act. 7. Nam quamvis cum Johanne, Gregorii nomen legatur, Georgium reponendum exiſtimat.

(16) Vide quae ſuperiori capit. diximus adnot. 61.

libris novum, aut rarum eſſe nemo ibit inficias (17). Verum, utcumque res ſe ſe habuerit, illud certe veriſimilitudine non vacat, Graecos hanc Diatypoſim a Leone Iſauro primitus incoeptam, quoniam primo illius Auctori ob nominis infamiam adſcribere verebantur, Leoni alteri, pſeudo-cognomine in epigraphe adpoſitô, paſſim adſcribere maluiſſe.

IV. Sed ad illa, quae de Siciliae, & Calabriae abſtractione longe ante VIII. Synodi tempora hactenus diximus evidentius confirmanda, illud quoque obſervandum eſt, in hac antiquiori notitia, ſub Metropolitano Syracuſarum immanem recenſeri Epiſcopatuum Siciliae, & adjacentium Aeoliarum, aliarumque inſularum turbam; pauciores autem ſub Metropolitano Regino novae Calabriae Eccleſias; quod nimirum primis illis temporibus tota Imperio Cpolitano Sicilia ſubeſſet, non autem Calabria, cujus quota pars a Langobardis detinebatur. De abſtractis enim Provinciis agens, ſic porro habet. *Sunt vero a Romana Dioeceſi avulſi, qui nunc throno Cpolitano ſubjacent Metropolitae, & eis ſubjecti Epiſcopi Theſſalonicenſis, Syracuſanus, Corinthiacus, Reginus, Nicopolitanus, Athenienſis, Patrenſis, Novopatrenſis. Iſti Synodo Cpolitanae adjuncti ſunt, propterea quod Papa veteris Romae ſub gentibus poſitus eſt. Ab Orientali pariter Dioeceſi ſejunctus eſt Seuleciae Iſaurienſis Praeſul, ipſeque una cum ſubjectis ſibi viginti quatuor Epiſcopis ſub Cpolitano agit.* Nempe honeſtandi latrocinia Eccleſiae ſuae fictas cauſſas comminiſcitur Graecus homo, eô potius adludens, quod Romani Pontifices cum Francis Principibus, quos Ethnicorum nomine deſignat, foedus inierant (18); ſed quod ad retundendam Iconoclaſtarum

rum

(17) Haec quae de celebri illo Georgio Cyprio, quod hanc diatypoſim ſpectat, conjecimus, quocumque probabilitatis gradu velit, habeat Lector. Nam & de aliquo alio Georgio Cyprio ſatis ignoto imprudentiſſime Graeculum illum loqui potuiſſe videmus.

(18) Nilus quoque Doxopatrius edit. Le Moyne cit. fol. 249. *Adnexae*, inquit, *Siciliae, Calabriae, Sanctaeque Severinae ſedes Throno Cpolitano, a Romano avulſae, quum Barbari, deprehenſo Papa, Romam ſpolium factam in proprios uſos converterunt.* Hem ut loquitur ſchiſmaticus hic ſycophanta! Nunquam tam liber Papa fuit, quam quum avulſio iſthaec evenit. Tunc enim Romani Pontifices, populis, excuſsô Haereticorum Auguſtorum jugô, ſponte ſeſe dedentibus, Romani Ducatus adepti ſunt ditionem. Addit infra fol. 150. *Quum univerſae Longobardiae Ducatus,*

quae

rum Imperatorum tyrannidem pangere coacti ſint, diſſimulans.* Hoc autem cum Francis foedus, vel ſub ipſo Leone Iſauro S. Gregorium II. iciſſe communis fuit Graecorum (19) opinio; in quam, licet an vera ſit diſputent noſtri (20), ſecundum tamen ea tempora ictum fuiſſe compertum eſt. Deinde Leonem Iſaurum primum fuiſſe avulſionis auctorem poſtrema quoque verba ſatis indicant, quum patriam ejus regionem ab Antiochena etiam Dioeceſi divulſam, & iconomacham voluerit, & Anaſtaſio ſuo vectigalem. Non Romanum enim Patriarcham dumtaxat, ſed praeter Germanum Byzantinum, omnes tres alios furenti in ſacras imagines Leoni reſtitiſſe, ex hiſtoriae (21) illorum temporum monumentis noſcimus. Sed pergit Auctor diſpoſitionis, atque Siciliae Epiſcopatus hôc pactô deſcribit. *Inſula Siciliae I.* (22) *Siracuſae II.*

quae vetus Hellas erat ſub Imperatore eſſet Cpolitano, Papa vero, ſub aliis Gentibus vivebat, propterea Patriarcha Eccleſias obtinebat. Vide ut ſimilem cauſſam mentitur graecae fidei homo.

(19) Zonaras tom. 3. Annal. in Leone Iſauro. *Qua de cauſa Gregorius, qui tum Romae veteris Eccleſiam gubernabat, repudiatâ ſocietate Praeſulis novae Romae, nec non eorum qui illum ſequerentur, illos una cum Imperatore Synodico anathemate obſtrinxit, & vectigalia, quae ad id uſque tempus pendebantur, inhibuit, ictô cum Francis foedere.* Cedren. ad ann. 13. Leonis Iſauri. *Gregorius Apoſtolicus vir, & Petri Apoſtolorum Coryphaei adſeſſor... a Leone ob ejus impietatem defecit, & pactô cum Francis ictô, tributa Leoni denegavit.*

(20) Vide Card. Baron. ad ann. 730. n. 4. Bellarmin. lib. 5. de Rom. Pontifice cap. 8. Blancum de poteſt. Eccl. tom. 1. lib. 2. §. 16. a fol. 379. ad ſeq. Contra vero Graecos hac in re falſos eſſe tuentur Natal. Alex. diſſ. 1. in hiſt. Eccl. ſaecul. 8. tom. 6. edit. Lucenſ. fol. 92. Dupin diſſ. 7. de antiq. eccl. diſciplin. cap. 3. §. 2. fol. 508. & ſeqq. Colon. Agripp. 1691. Boſſuet defenſ. Cleri Gallicani tom. 1. p. 1. lib. 2. cap. 12. & ſeq. ad 17. fol. 213. edit. Amſtelodami 1745. Pagius uterque ſenior, ad an. 730. n. 8. Junior in Gregor. 2. n. 37.

(21) Theophan. apud. Baron. an. 730. n. 3. *Gregorius Leonem per epiſtolas, quae multis ſunt notae, redarguit. Sed & Johannes* (de Damaſceno loqui videtur) *hunc cum Orientalibus Epiſcopis anathematibus ſubdidit.* Orientales hoſce Epiſcopos fuiſſe potiſſimum tres Patriarchas, Coſmam Alexandrinum, Theodorum Antiochenum, & Theodorum alterum Hieroſolymitanum nos docet epiſtola, quam Hadrianus PP. ad Carolum M. pro Nicaena Synodo ſcripſit.

(22) Haec Urbium Siciliae, & vicinarum inſularum nomina, comparatis duabus hujus Notitiae editionib. graecis Goarii, & Beveregii, atque graeco textu Nili Doxopatrii, qui fol. 258. edit. cit. ipſiſſima repetit, ita ſanavimus, ut veram locorum appellationem extunderemus. Corruptiſſima enim occurrunt. Priores XIV. Urbes Siciliae ſunt notiſſimae, praeter Carinam, quam *Hyccara* antiquorum putant, de qua nos alibi plura dicturi ſumus, dum de unita, ut volunt, quadam Carinenſi Eccleſia Reginae ab S. Gregor. epiſt. 10. al. 12. lib. 6. ind. 14. agemus. Reli-

II. Catana III. Tauromenium IV. Meſſana V. Cephaludium VI. Thermae VII. Panormus VIII. Lilybaeum IX. Triocala X. Agringentum XI. Tyndarium XII. Carina XIII. Leontini XIV. Alaeſa, ſive Haleſa XV. Gaulos XVI. Melita XVII. Lipara XVIII. Vulcanus, ſive Vulcania XIX. Didyme XX. Uſtica XXI. Aenaria XXII. Baſiludium. Calabriae autem in hunc modum. Ἐπαρχία Καλαβρίας. Ῥήγιον. Λουκρης. Σκυλακίας. Κοτρόνων. Κωνςαντεία. Τροπαίων. Ταυρίανα. Βιβώνου. Quae ex graecis corruptis ſic reſtituimus. *Provincia Calabriae. Regium. Locri. Scylaceum. Croto. Conſtantia. Tropaea. Tauriana. Vibo.* Conſtantia autem heic Conſentia eſt, quo nomine (23) ab inferioris aevi Graecis conſtanter vocata eſt. Illam vero heic poſitam ſuſpicor (24), quod fortaſſe primis illis abſtractionis temporibus, juris adhuc Graecorum eſſet. Nec proinde a laterculis, quod inconcuſſi apud illos moris eſt, umquam poſtea abſtulerunt. Nullum itaque heic veſtigium, ſive Catanae in Sicilia, ſive Hydrunti in Calabria veteri inter autocephalas; nec porro S. Severinae in nova inter Metropoles; quod aeque hanc diatypoſim antiquiorem admodum eſſe Leone Sapiente confirmat.

uſque ad XX. inſulae circum Siciliam ſunt, quas omnes Epiſcopatus habuiſſe diſceſis ab hoc Graeculo. Nam praeter Melitae, & Liparae Epiſcoporum, nullibi aliorum veſtigium. Gaudos, ut in omnibus hiſce tribus legitur, in Gaulon vertendum cenſuimus, quod ea vera lectio ſit nominis inſulae ſupra Siciliam; & prope Melitam, quum Gaudos ad Cretam ſit. XXI. loco ubi duo CC. *σπαρίας* exhibent, corruptiſſime autem Nilus Tenarium, quod oppidum Laconiae eſt, Aenariam inſulam eſſe reſtituendam vidimus, quamvis in Cumano ſinu poſitam, & a Sicilia tam longe diſſitam, quam, ut numerum augeret Graeculus, addidit. Baſiludium tandem inter Aeolias Heracleotem inſulam, a Latinis Herculis nuncupatam, ad Liparae Occidentem ſitam putamus, quam Baſiluzum etiamnum vocari teſtatur Vir Cl. Vitus Amicus in Lexic. topograph. Siculo tom. 3. litt. B.

(23) Ita nimirum ſemper ſcribitur in notitiis omnibus editis a Leunclavio, Carolo a S. Paullo, Goario, Schelstratio, Beveregio, Banduro, Aſſemanno. Sic & Nilus Doxopatrius, qui ſub Rogerio Rege ſcribebat fol. 248. edit. cit. *Calabria quoque unum Metropolitam Reginum habet: reliquas vero Eccleſias Epiſcopatus ſibi vindicabat: Taurianam, in qua S. Fantini monaſterium eſt: Vibonem cujus locum occupavit Miletum:* ἢ Κωνςάντιαν, ἢ νῦν Κωνσεντίαν λεγομένην. *Conſtantiam, quae nunc Conſentia dicitur, & reliquas omnes Calabriae ſubjectas.* Quamobrem Cajetanus tom. 2. SS. Sicul. fol. 25. adnot. 25. & Pinius ad diem 17. Auguſti, locum Biographi S. Eliae Ennenſis, ubi ait Brachimum, ſive Abrahamum Afrum Regem Tauromenio Regium debacchantem tranſmiſiſſe, *atque illinc Conſtantiam*, ubi interiit, vexare non debuiſſent.

(24) Vide quae ſupra diximus de Conſentia ad Langobardos pertinente cap. praeced. adnot. 90.

V. At in hujus notitia, quam ad MSS. CC. Regiae Bibliothecae recognitam (25) edidit Goar, jam non ſeptem, ſed undecim Epiſcopi, ſubditi Regino leguntur. Additi enim ſunt Epiſcopi δ. ὁ Ρουσιάνου. ζ. ὁ Ἀμαντείας. ι. ὁ Νικοτέρων. ια. ὁ Κασσάνου. *IV. locô, Ruſſiani. VII. Amantiae. X. Nicoterenſium. XI. Caſſani.* Vulgata tamen a Leunclavio (26), ſive illae etiam quas ex variis CC. Vaticanis extulit Aſſemanus, tredecim omnino exhibent. In Sede nimirum Metropolitica XXXII., earum quae throno ſubduntur Cpolitano, quô locô Metropolita Calabriae, ſive Regienſis ponitur, ſic porro habet. λβ. τῷ Ῥηγίου, ἤτοι τῷ Καλαβρίας. α. ὁ Βιβώνης. β. ὁ Ταυριάνης. γ. ὁ Λοκρίδος. δ. ὁ Ρυσιάνου. ε. ὁ Σκυλακίου. ϛ. ὁ Τροπαίου. ζ. ὁ Ἀμαντείας. η. ὁ Κρωτώνης. Θ. ὁ Κωνσταντίας, ι. ὁ Νικοτέρων. ια. ὁ Βισυνιάνου. ιβ. ὁ Νεοκάστρου, ιγ. ὁ Κασάνου, *XXXII. Regienſi ſive Calabriae ſubduntur Epiſcopi I. Vibonis II. Taurianae III. Locrorum IV. Ruſiani V. Scylacei VI. Tropaeae VII. Amanteae VIII. Crotonis IX. Conſtantiae X. Nicoterenſium XI. Biſuniani XII. Neocaſtri XIII. Caſani.* Sic & in Sede XLV. leges. *Catanenſi qui ſubſit nullus eſt thronus.* In XLIX. autem hoc modo. ΜΘ. τῷ Ἁγίας Σεβηριανῆς Καλαυρίας. α. ὁ Ευρύατων. β. ὁ. Ἀχεραντείας. γ. ὁ Καλλιπόλεος. δ. ὁ τῶν Αἰσύλων, ε. ὁ τοῦ Παλαιοκάστρου. *XLIX. throno S. Severianae Calabriae ſubduntur I. Euriatenſis II. Acerantinus III. Callipolitanus. IV. Aiſylorum V. Veteris Caſtri.* In primo Epiſcopatus nomine mendum heic cubare, ei qui ſacrae Geographiae harum regionum peritus fuerit, in oculos ſtatim incurrit. Fuerunt tamen docti viri, qui in primo nomine Uritanum, in quarto deinde, quod incorruptum eſt, Alexanum in veteri Calabria Epiſcopatus viderunt: Sed ego (27) ſphal-

(25) Edidit Goar ad calcem Codini 4. loco.

(26) Leuncl. Cod. Jur. Orient. fol. 88., & ſeqq. Aſſeman. ex C. Vatic. graeco 162. tom. 3. de reb. Neapol. fol. 489. & ex C. Vatic. 1185. ibid. fol. 494. quamvis in 1. Regium 30. in 2. vero 31. apud. Leunclavium autem 32. loco ponatur. Sed locus 31. Ecthesi Andronici, de qua poſtea, examuſſim reſpondet.

(27) Quamvis enim demus Alexanum in extrema Hydruntina lingua ſitum ad Graecos pertinuiſſe (ſi tamen eo tempore erat); tamen Epiſcopalem Urbem fuiſſe, nec aliunde conſtat, nec ejus nomen cum eo Aiſylorum, quod heic legitur aliquam analogiam habet: maximam vero cum *Eſula*, ſeu *Iſola*, unde *Inſula*. Hinc Berretta in tab. med. aevi n. 146. *Eſula Graecis Aſyla, eſt Iſola Epiſcopalis*

ſphalma ab amanuenſibus de Epiſcopatibus poſtremae hujus Italiae orae non ſatis inſtructis ſemel commiſſum, conſtanter retentum eſſe arbitror. Primô ſane locô, nexus cujuſdam litterarum, qui obrepſit, mutatione *ὁ Καρύατον Caryatenſis* legendum. Et quidem in editione Goariana jam ſuperius laudata ſolo K. abrasô *Αρύατον* occurrit. Hic enim Epiſcopatus, unitus Geruntino, quem Acerantinum improprie hic Auctor appellat, hodieque S. Severinae Metropolitae, quem *S. Severianae* Graeci dixerunt, ſubjectus proſtat. Aiſylorum autem Epiſcopatus, idem ac Inſulanus eſt (28), unde ei mediô aevô factum nomen. Paleocaſtri, ſeu Caſtri veteris cujuſnam hic Auctor meminerit, quis divinabit? Nam circum Palaeocaſtra ſunt plurima (29), quibus ſua ſarta tecta ſint jura. Deinde

 in

palis, de qua Lexicographi. Et jure quidem. En ut Nilus loquitur pag. 248. edit. cit. *Erat & S. Severina Metropolis habens & ipſa ſub ſe varios Epiſcopatus Callipolim, Aſyla, Acherontiam, & reliquas: & ſunt haec deſcriptae in Tacticis Nomocanonis ſub Throno Cpolitano.* Uria autem inter Tarentum, & Brunduſium poſita, licet Epiſcopalis eſſet, non fuit certe juris Graecorum, niſi poſtquam Tarentum, Brunduſium, ac alias Apuliae Civitates ſaeculô nonô ſpirante, & decimô ineunte recuperarunt. Quod dumtaxat inter Callipolim, & Hydruntum ad promontorium uſque Japygium excurrit ſemper juris eorum manſit. Et de Callipoli quidem Porphyrogenit. cap. 27. de adminiſtr. imperii diſerte meminit. Vide adnot. 54. cap. ſuperioris. Subjici tunc Severinati Metropolitano potuiſſe haud inficias imus. Verum ut ab Uria Euryatenſem derives, textus etiam correctione opus eſt. Cur ergo non eam potius adhibes, quae Epiſcopatum Cariatenſem indicet adhuc hodie Severinati Archiepiſcopo ſuffraganeum, & in nova Calabria exſiſtentem? At inquies & Callipolim ſubdidere, quam hodie non habet. Hoc video. Sed de Callipoli nullum dubium. Cur autem Severinati potius, quam Hydruntino ſubdiderint, ipſi videant, Nam & Crotonienſem Epiſcopatum, inter S. Severinam, & Inſulam poſitum, & Caſſanenſem item tam longe remotum, ſi aliquando tamen poſſederunt, Regino Suffraganeos voluere.

(28) Gabriel Barrius, qui in eo quem ſcripſit de ſitu Calabriae libro omnia locorum nomina latinâ civitate donare voluit, pagum quemdam inter Allium, & Semirim poſitum Aſyliam vocat lib. 4. cap. 1. quod defenſaculum ſignificare, ſcilicet ab Aſylo, putat. Sed loci nomen *Sellia* eſt. Aſyla Graecorum, Eſula dubio procul eſt, hodie *Iſola*, ut in ſuper. adnot.

(29) Tria poſſent Caſtra de hoc Epiſcopatu contendere. Primum Policaſtrum in mari infero ad ſinum Laum, quod nomen a Palaeocaſtro factum, ut Marius Niger 7. in Geograph. monet. Deinde ejuſdem nominis caſtrum ad Silae radices in ipſa Severinate Dioeceſi poſitum. Poſtremo vetus Caulonia, Locros inter & Cocinthum promuntorium, quae Caſtrum vetus hodie vulgo appellatur. Primum quidem hodieque Epiſcopalis Urbs eſt; ſed quum ex epiſtola Alfani Archiepiſcopi Salernitani reſtitutorum in ea fuiſſe a Paſcali II. anno 1099. Epiſcopatum Buxentinum cognoſcamus, eam Urbem mediô aevô Epiſcopalem fuiſſe haud certo ſcimus. Vide Ughell. in Policaſtrenſibus, & Cl. Antonin.

Lu-

in throno LV. habet hôc pactô. *Hydruntino ſimiliter* (ut ſupra de Euchaïtenſi , Amaſtridis , & Chonenſi) *qui ſubſit nullus eſt thronus*. Poſtremo extra ordinem. *Sub Syracuſano*, inquit, *Siciliae I. Tauromenitanus II. Meſſanenſis III. Agringentinus IV. Cronienſis V. Lilybaei VI. Drepani VII. Panormi VIII. Thermarum IX. Cephaludii X. Aleſae XI. Tyndarii XII. Melitae XIII. Liparenſis* (30). In hac itaque Leonina , ut vocatur , diſpoſitione , Reginam ſedem inter Metropolitanas , quae Patriarchae Byzantino ſubdebantur , locum XXXII. occupare jam vides, quamvis in aliis CC. XXXI. , & XXX. habuiſſe legatur . At vero XXXI. propriam illius fuiſſe Sedem ; nec niſi ex interpolatione , additâ XXX. loco Cretâ , in Leonina conſtitutione ad XXXII. evaſiſſe (31) ex Synodali

Lucaniae ſuae diſc. 10. fol.417. Multo autem minus aliquod alibi de duobus reliquis, Epiſcopatus veſtigium. An S. Leonis Epiſcopalem ſub S. Severina Urbem a Saracenis exciſam hoc nomine vocarunt Graeci ? Eundem eſſe ac illum, qui in vita S. Nili vocatur Epiſcopus Caſtri, nullus dubito. Vide infra adnot. 39. Arnaldi quoque Epiſcopi *Palecaſtren.* mentio eſt in electione Petri Epiſcopi Scylaceni anno 1100. in diplomate apud Ughell. in Syllacenſ. n. 8. Interim ea mihi animum vexat ſuſpicio, ut de *Belcaſtro* heic eſſe ſermonem putem, quod Geneocaſtrum adpellatum lego in plurimis Romanis Epiſcopatuum notitiis ſequiorum temporum editis a Carolo a S. Paullo in Parergo ad Geograph. ſacr. , & a Schelſtratio tom. 2. antiqu. illuſtrat. in adpendice ; ejuſque Epiſcopatum , ut hodie eſt Severinati ſupponunt. Vide illam Caeleſtini III. tempore editam ex C. Vatican. 145. & alteram ex C. Regiae Bibliothecae , & tertiam ex C. Thoanaeo apud primum. Apud ſecundum vero notitiam Eccleſiarum orbis , & urbis ſcriptam ab Epiſcopo Catharenſi ex CC. Vaticanis 2933. , & 3986. eductam. Omnes enim iſtos circum S. Severinam Epiſcopatus, praeter Crotonienſem, decurtatis aliorum Paraeciis Graecos erexiſſe, ut Severinatem Metropolitanum crearent , ſuamque in Italia augerent familiam , extra dubium mihi eſt, ut alio tempore , auſpice Deo, plenius ediſſeram.

(30) Ex hac Diatypoſi duos novos in Siciliae inſula Epiſcopatus diſces, Cronienſem , & Drepanenſem, tres autem non amplius memoratos Triocalitanum , Leontinum , & Carinenſem. Drepanum urbs notiſſima. Cronii tamen urbem , neque fictam , neque pictam , neque ſcriptam umquam vidiſſe ſe ſcribit Piccolus p. 1. de antiq. jur. Eccl. Sicul. cap. 5. Sed egregie poſt Cluver. Sicil. antiq. lib. 2. cap. 13. Cronium oppidum in Sicilia fuiſſe oſtendit Jac. Philippus Orvillius in Siculis ſuis p. 1. cap. 5. fol. 84. Amſtelaedami 1764.

(31) Vide ſupra adnot. 26. Apud Leunclavium lib. 3. Cod. Orient. fol. 243. inter ſententias Synodales , & ſanctiones Patriarcharum Cpolitanorum ; interque illas ignotorum Patriarcharum haec ponitur primo loco. *Sanctio SS. Domini Patriarchae de ſeſſionis ordine Metropolitanorum , & Archiepiſcoporum , ut in Chartophylacio deſcribuntur*. Non differt a Leonina , niſi quod 30. throno Creta , quae fuerat etiam a Patriarchatu Romano abſciſſa , dematur , nec uſquam compareat. Incertum illum Patriarcham Anaſtaſium ſuſpicatur Cl. Aſſeman. tom.

dali illa incerti Patriarchae ſanctione ab eodem etiam Leunclavio edita, cui & Andronici Palaeologi Ecthesis (32) reſpondet, plane conſtat. Etenim & in illa, obſcuri quidem temporis, XXXI. loco ponitur: & in hac nova diſpoſitione, quam annô CIↃCCXCII. Graeci, jam longe antea excisis in Italia eorum rebus ediderunt, Reginum Metropolitam a XXXI. Sede ad XXXVIII. translatum hoc modo leges. Λη. ὁ Καλαβρίας, καὶ αὐτὴ θρόνος οὖσα λα. Εἰς λη. ὑπεβιβάσθη. *Trigeſima octava Metropolis Calabriae. Et ipſa thronus exiſtens trigeſimus primus, ad trigeſimum octavum ſubjecta eſt.* Sic etiam de reliquis (33) ab eorum loco, non ut in Leunclaviana vulgata, ſed ut in illa incerti Patriarchae ſtabant, identidem dimotis. Hinc perſpicuum eſt, plures idcirco progreſſu temporis Regino ſubjectos fuiſſe Epiſcopatus, novumque in Calabria, cujus tamen Metropolitani titulô ſolus Reginus fruebatur, erectum fuiſſe Metropolitanum; quod, ut Graecorum res in Sicilia ſaeculo IX., & X., auctis Saracenis, peſſum iverant; ita in Calabria minutâ dominatione Langobardorum, magis florere coeperint, quemadmodum, ex involuta licet illorum temporum hiſtoria, liquere poteſt. Cur autem extra ordinem Siciliae Metropolitanum poſuerint, quamvis deinde Catanenſem non Metropolitanam reverâ, ſed autocephalam, ſede conſtituerit XLIV., illud eſt, quod me ha-

tom. 3. cit. fol. 510. Imperatorem autem, cujus in exordio etiam ſine nomine fit mentio, Leonem Iſaurum. Sed qua ratione plane non video, quum ſupra fol. 499. Leoninam ipſam vulgatam Diatypoſim utroque Leone recentiorem jure demonſtret; haec autem ſanctio illi, praeterquam in Sede 30. omnino cohaereat. Niſi forte relictâ dumtaxat praefatione, deletiſque ex fraude Graeca nominibus, quoad reliqua etiam interpolatam velit.

(32) Prodiit haec Ecthesis primum inter opera Balſamonis, ſed mutila, ac dimidiata. Integram exhibuit graeco-latin. Gretzerus ad Codini calcem Pariſ. 1625. Recudit Goar in ſaepe laud. edit. Codin. fol. 402. poſtremo & Aſſeman. cit. fol. [illegible]4. ex CC. Vaticanis. In edit. Gretzeriana edita profertur anno 6800. hoc eſt vulgari 1292. quod diſerte eruitur ex Phranze lib. 3. cap. 24. ubi de Monembaſia a Sede 34. ad 10. elevata agit, quamvis falſa narret; eo quod Monembaſia, quum ad Corinthi Metropolim pertineret, ad 34. ſedem ab Andronico Palaeologo ſeniore evecta fuit, a juniore fortaſſe, ut ipſe innuit, aucta.

(33) Sic num. 57. *Catana ex 44. loco ad 57. deſcendit*. & num. 61. *Sancta Severiana poſt locum 48. ad 61. devecta eſt*. Num. 66. *Hydrus ex 54. ad 66. devenit*. Ubi ut vides loca ex quibus dimoventur, non ex Leoniana, ſed ab ſanctione incerti Patriarchae, in qua, ob demtam ab 30. ſede Cretam, unô numerô praecedunt, deſumuntur.

Digitized by Google

haſtenus neſcire fateor. Mirum quoque & adjacentium illam Inſularum farraginem contra fixum ſemel Graecorum morem, ſub Syracuſano non amplius reperiri, quod alii viderint.

VI. Ex collatis autem invicem iſtiuſmodi Diatypoſibus, atque ex tradito mox thronorum ordine, cognoſci facile poreſt, Regium primam in Calabria ad Metropoliticam dignitatem evectam fuiſſe, una, ut puto, cum Syracuſis in Sicilia: mox vero Catanam, aut S. Leonis aevô, aut paullo poſt obtinuiſſe autocephaliam. Inde vero tardius S. Severinam, opus omnino Graecorum, in Epiſcopatus ab eis recens erectos, unô (34) demtô Callipolitanô, jura vere Metropolitica adeptam eſſe, ideoque thronô XLVIII. locatam. Omnium poſtremam Hydruntum in Calabria veteri (35) Archiepiſcopalem dumtaxat honorem ha-

(34) Etenim Callipolim Epiſcopalem fuiſſe aetate adhuc S. Gregorii ex ejus epiſt. conſtat 46. lib. 1. Joh. Epiſc. Callipolitan. inſcripta, & ex epiſt. 100. lib. 9. Sabiniano Epiſc. Callipolitano, aliiſque monumentis.

(35) Non evectam ad hunc gradum Hydruntum fuiſſe ſub Patriarcha Polyeucto anno circiter 968. jam ſuperius adnot. 54. cap. 10. demonſtraſſe nobis videmur. Illud heic addimus minime quoque veritati conſentaneum videri, quod Cl. Aſſeman. tom. 3. de reb. Neap. cap. 10. fol. 554. ſubdit, Hydruntinum Antiſtitem ſub Cpolitano non diu perduraſſe. Etenim quum ab ipſo Dioeceſeon abſtractionis initio haec urbs ſub Graecis fuerit, ſemel abducta ad aetatem uſque Northmannorum Byzantino Patriarchae ſubjecta permanſit. Anno 1028. Nicetas Metropolita Hydruntinus (jam enim hoc titulo poſt Polyeucti tempora donatus fuerat) praeſens legitur Synodicae conſtitutioni Patriarchae Alexii Studitae *de diverſis cauſſis ad univerſas Metropoles, & Archiepiſcopatus pertinentibus* in C. Orient. tom. 1. *fol.* 256., quae data eſt menſe Januario indict. 11. anno 6536. Sub finem quoque ejuſdem anni Nicolaus Hydruntinus alteri interfuit ejuſdem Alexii Conſtitutioni, *de iis qui per donationem Monaſteria conſequuntur ibid. fol.* 250. quae ſignata eſt menſe Novembri ejuſdem indict. & anni; quo ſecundô locô indictionis mendum parum peritum Amanuenſem commiſiſſe ſuſpicor. Scilicet quum eundem vidiſſet annum, eandem ſignari indictionem oportuiſſe putavit, quum tamen ex indict. Cpolitanae initio jam menſe Novembri in curſu eſſet 12. Conjicere hinc licet, defuncto Cpoli Niceta, ibi & electum, & ordinatum Nicolaum fuiſſe. Nec porro video, qui ex apparitione S. Benedicti Petro Epiſcopo Hydruntino ad fugam Abbatis Caſſinenſis Cpolim impediendam, annô illô 1022. Hydruntinum Epiſcopum Patriarchae Romano morem geſſiſſe Vir clariſ. colligat. In titulum dumtaxat tunc temporis Hydruntinos Epiſcopos Cpoli fuiſſe creatos fruſtra repones, quum ejuſmodi tunc crearentur Epiſcopi, quum in propria Urbe reſidere hoſtium violentiâ vetarentur. At Hydruntum juris Graecorum erat. Video in alia conſtitut. Patriarchae Siſinnii *ne duo fratres accipiant duas conſobrinas* die 21. Februar. indict. 10. anno 6505. hoc eſt Chriſti 997. ſignata, & Leonem Catanae, & Baſilium S. Severinae Metropolitas. De Catanenſi, ab Saracenis Catanâ tunc occupatâ, ſuſpicari id poteris, at non certe de S. Severinae Archiepiſcopo, cujus Urbs tunc Grae-

habuiſſe, poſitamque idcirco in Sede LIV. Leunclavianam quoque Diatypoſim, ut ibi jacet, Leoni Sapienti tribui omnino non poſſe, ſed ſcholiis, quibus ad annum uſque CIↃCLXXXIX. quô Iſaacus Angelus imperabat (36) repleta eſt, ſemper fuiſſe interpolatam. Adeo vero Calabriae primum Metropolitanum Reginum Graeci plurimi fecerunt, ut quamvis ei Exarchiam non conceſſerint (titulum (37) ſcili-

cet

Graecis parebat. Eôdem igitur pactô de Hydrunto dicendum. Non haec tamen ſcribimus, quod quot quot Urbes X., vel XI. ſaecul. Graeci in Apulia recuperarunt, eas Cpolitano ſubdidiſſe credamus; quemadmodum de Trano, quam cum Trajanopoli Thraciae, & de Bario, quam cum Berrhoea Macedoniae, turpi lapſu confudit, Auctor hiſtoriae civil. putavit lib. 6. cap. 7. fol. 226. ult. edit. Quamvis enim plura Johannem Tranenſem Epiſcopum, hominem, & graecae indolis, & ſchiſmaticae ſaeculô XI. molitum fuiſſe videamus, is tamen à Nicolao II. anno 1059. in Conc. Melphitano depoſitus fuit. Vide Baron., & Pagium ad an. 1053. num. 12. Quinimmo contra arbitramur Graecos in eis Urbibus, quas in Apulia recuperabant, oeconomiâ quâdam proceſſiſſe, ne Romani Pontifices prae ceteris in ea revindicanda illis obſtaculo eſſent, quamvis quaecumque olim occupaverant, mordicus retinerent, ut conſtat adhuc ex epiſt. 7. S. Leonis IX. ad Conſtant. Monomach.

(36) Vide ſuperius obſervata adnot. 5. Eadem obſervat Cl. Aſſeman. de reb. Neapol., & Sicul. tom. 3. cap. 9. fol. 409. & ſeqq., qui omiſſis prioribus illis marginalibus notis, ex ſcholiis hinc inde in ejuſdem Diatypoſeos corpore ſparſis, illam ut jacet, ſaltem ante an. 1089. non fuiſſe factam colligit. Eruit hoc ut puto, ex mnemoſyno illo pag. 97. edit. Leunclavianae. *Argivus factus eſt Metropolitanus ſub Imperio Iſaaci Angeli anno* IↃↃCIↃIↃXCVII. qui anno 1089. reſpondet. At numerale, quod heic cubat mendum, Cl. viri animo non eſt obverſatum. Nam & paullo ſupra dixerat Attaliam Metropolim ſub Alexio Comneno factam fuiſſe anno IↃↃCIↃIↃXCII., qui Chriſti reſpondet 1084., quo quidem Alexius Comnenus imperabat, ad annum uſq. 1118. imperium moderatus. Quei ergo annus 1089. Iſaaco Angelo reſpondere poterat? Reſpondet ſane annus 1189., quô extinctis jam Comnenis in Andronico Tyranno, jam Iſaacus ab anno 1185. imperium capeſſiverat. Lapſus Librarii in anno eſt 6597., quem additò in Romanis numeris uno C. quod omiſit, 6697. ſcribere debuiſſet. Sic & illum Alexii Comneni in Attalia Ↄ in C mutatô nec recte editum obſervabis. Quamvis autem reponi facile poſſe intelligamus, ſcholia illa Leonis diatypoſi ab ſequioris aevi auctore fuiſſe adſuta, quod utique haud imus inficias; quid tamen, quod Urbes illae, quibus ſub Metropolibus ſuis addita ſcholia illa ſunt, deinde inter Metropoles infra ſuô recenſentur locô, non in Leunclaviana modo editione, aliiſque Leoninae diſpoſitionis CC. ſed in illa etiam incerti Patriarchae? Nam inter ipſas Metropoles n. 78. vel 79. ſecundum varias editiones ob Cretae ab n. 30. eraſionem, locatur Lacedaemonia. N. 79. vel 80. Naxia. N. 80. vel 81. Attalia. Diſpoſitionis igitur ipſius corpus interpolatum eſſe perſpicuum eſt.

(37) Tria Exarchorum genera apud Graecos diſtinguenda. Primum eâ voce quae Ducem, & Principem ſignificat, olim qui pluribus Provinciis, ſeu potius integrae ſecundum Imperii diviſionem Dioeceſi praeeſſent Epiſcopi deſignati ſunt, confuſaque quodammodo cum Patriarchae voce videtur

tur

cet ſine re illô aevô ſequiori); inter Hypertimos tamen voluerint, hoc eſt inter Metropolitas honoratiores. Quamobrem in eo Graecorum Catalogo, quem Gretzerus, & Goarius vulgarunt, recudit autem ex C. Vaticano Aſſemannus, cujus titulus (38) eſt. *De ordine thronorum Metropolitanorum, quinam ex illis dicantur Exarchi, & Hypertimi, & qui Hypertimi tantum*: inter XXXIII. Metropolitas Exarchi titulum poſt tres primores illos Caeſareenſem, Epheſinum, & Heracleenſem habentes, locô XXVIII., ſine tamen Exarchia, inter Hypertimos recenſetur hôc pactô. Κη. ὁ Ῥηγίυ, ὃς καὶ Καλαβρίας λέγεται,

ἐξαιρ-

tur, quamvis haec tribus dumtaxat majoribus Epiſcopis adtribueretur. Ejuſmodi praeter tres Patriarchas Romanum, Alexandrinum, & Antiochenum, fuiſſe tres illos Exarchos Aſianae, Ponticae, & Thraciae Dioeceſeon Epheſinum, Caeſarienſem, & Heracleenſem, priuſquam ab novo Patriarchatu Cpolitano devorarentur, communior eſt doctorum opinio, quae adſtruit Exarchos trium illarum Dioeceſeon, dignitate quidem inferiores, ſed auctoritate, & poteſtate Patriarchis aequales, eaque propter illorum Dioeceſes idcirco autocephalas nuncupatas fuiſſe, quod neutiquam a Patriarchis penderent, ſed a proprio regerentur Exarcha. Hanc receptam eruditorum ſententiam quae ex can. 2. Cpolitani I. diſerte eruitur, in dubium nuper revocavit Blancus de Polit. Eccl. lib. 2. cap. 1. §. 3. fol. 34. & ſeq. tom. 2., cui praeiverat Carol. a S. Paullo in praeliminarib. ad lib. 2. Geograph. ſacr. Verum vide quae habent Marca in diſſert. de inſtitut. Patriarch. Cpolitani, & lib. 1. Concord. cap. 3. Thomaſſin. p. 1. diſcipl. lib. 1. cap. 3. n. 12., & cap. 17. per tot. & p. 2. lib. 2. cap. 7. Natal. Alex. hiſt. eccl. ſaecul. 4. cap. 5. art. 2. Allar. de conſenſ. utriuſq. Eccl. lib. 1. cap. 8. Lupus in ſchol. ad can. 2. Cpolit. 1. Morin. lib. 1. exercit. cap. 15. Sirmundus in Propemptico cap. 3. Dupin diſſ. 1. de antiq. Eccl. diſcipl. §. 4. & 11. Hallier de Hierarchia lib. 4. ſect. 4. cap. 2. art. 2. Pagius ad an. 37. n. 9., & infiniti. Alterum Exarchorum genus purum, putumque honorarium eſt, & ad recentiora dumtaxat pertinet Graecorum tempora, in quibus Epiſcopis quibuſdam collatum id nomen urbium plurium Provinciarum principum, tametſi non dioeceſi, ſed ſoli Provinciae praeſiderent; honoris, & praecedentiae cauſsâ. Qua tamen in re nec ita conſtantes fuere, ut etiam alicui Metropolitano Urbis non plurium Provinciarum capitis, conceſſum non ſit. Huc pertinet Catalogus, cujus heic meminimus. De tertia ſpecie Exarchorum diximus ſupra cap. 7. adnot. 28. De hiſce poſtremis Exarchis, qui poteſtatem habebant Eccleſias, & Monaſteria luſtrandi, ac viſitandi, quae praeſertim a Patriarcha, per diverſas ditionis ejus Provincias Patriarchali Stauropegiô exempta erant, & locorum Epiſcopis non ſubdebantur, ut de aliis ſuperius indicatis, vide Le Quien Orient. Chriſtiani tom. 1. cap. 19. col. 151.

(38) Extat poſt Ecthеſim Andronici apud Gretzerum ad Calcem Codini fol. 124., & Goarium ibid. pag. 406. edit. cit. Aſſeman. de reb. Neapol. tom. 3. cap. 9. fol. 526. Neſcio qua ratione factum, ut poſt erectum S. Severinae Metropolitam, Exarchi titulum Regino non contulerint Graeci; aut cur inter 36. Exarchos ſolum Reginum numerarint, tamquam dumtaxat Hypertimum. An fortaſſe quia quum editus ille Catalogus eſt, qui Ectheſeos Andronici eſſe videtur adpendix, Reginus non amplius ditionis Graecorum erat? An vero quia Exarchus erat ſine Exarchia? Hujuſmodi erant & ceteri.

ἐξαρχίαν οὐκ ἔχει. XXVIII. *Reginus qui & Calabriae adpellatur, Exarchiam non habet*. Quo ſit ut jure Metropolitanus Calabriae ἁπλῶς nuncupetur, ejuſque Sedes non Regina (39), ſed Calabriae paſſim in Diatypoſibus inſcribatur. Confirmat haec Nilus Archimandrita cognomento Doxopatrius, Siculus certe, aut Calaber homo, qui ſaeculô adhuc XII. in eo quod de V. Patriarchalibus thronis ad Rogerium Siciliae Regem ſcripſit opuſculo, & Graecorum caenodoxiam, & ſchiſma ſervabat. Tametſi enim duos in Calabria Metropolitas adgnoſceret, unum tamen cum Calabriae titulo Metropolitanum adpellat. *Sicilia* (40), inquit, *& Calabria ſe Cpolitano ſup-*

 po-

(39) Sic paſſim ſedes Regina vocatur in diſpoſit. Leonina n. 32. in incerti Patriachae ſanctione n. 31. in C. Vatican. apud Aſſeman. cit. tom. 3. fol. 482. Ita etiam in Leonina apud Leunclavium infra in adſignandis Suffraganeis throno 32. *Regii, ſive Calabriae*. Et apud Goar throno 31. *In Provincia Calabriae, ſeu Regii*. Haud aliter in Ecthesi Andronici laudata. Contra vero infra: *S. Severinae Calabriae*. Quamobrem nullus dubito, quin Theophilactus ille *Metropolita Calabriae*, cujus meminit Auctor vitae S. Nili junioris, Archiepiſcopus Reginus fuerit: praeſertim quum infra Metropolitae S. Severinae diſtincte ingerat mentionem, quum de converſione Eupraxii Calabriae Praefecti agit. *Aderat*, inquit, *ibi tunc temporis Metropolita S. Severinae*; & paullo poſt. *Praeſente Metropolitâ Stephano cum Epiſcopo Caſtri, & Praepoſitis Monaſteriorum non paucis*. Quamvis enim de rebus diverſò tempore actis loquatur, unum tamen ab altero ſatis diſtinguit. Vide fragmenta vitae apud Baron. ad an. 976. n. 2. & 8.

(40) Edidit Nili hujus Doxopatrii, ſeu ut alii ſcribunt Doxapatrii fragmenta paſſim Allat. in oper de perpetua conſ. Eccl. Orient., & Occid. Notitiam quoque Sedium Scheltratius tom. 2. antiq. inluſtrat. not. 19. & Pagius ad an. 37. n. 10. ſed integrum tractatum de Patriarchalib. thronis graec-latin. in lucem extulit Stephanus Le Moyne Leydenſis in Sylloge varior. ſacr. tom. 1. Lugduni Batav. 1685. ex C. recentiſſimo hoc pacto in fine ſignato. *Explicit hoc opus 23. Martii 1611. Salvatoris Noſtri J.C. in Johanninis manu Chriſtuduli filii Demetrii Michaëlii*. Ex hac edit. fol. 248. & ſeq. locum laudavimus. Circa autem Nili aetatem, hujuſque compoſiti tractatus tempus, neſcio quâ ratione falſi ſint Allat. cit. pag. 15 Scheltrat. ibid., & Caveus tom. 1. hiſt. litterar. pag. 422. annum 1043. adnotantes, quâ aetate nec Rogerius Comes Siciliam viderat, nec Rogerius Rex natus fuerat. Ex ipſo tractatus titulo annum colligere facile erat. Sic ibi *Συνεγράφη δὲ ἔτει ςχνα. Ἰνδικτιῶνος ς. Conſcriptus autem anno 6651. indict. 6.* qui annus eſt Chriſti 1143. Arbitror itaque alicujus numeri lapſum ſemel commiſſum oſcitantes traxiſſe reliquos. Lapſu prioribus pejore, errorem corrigere tentat Orlendius ad calc. tom. 1. notitia 7. Rogerium Regem cum Rogerio Comite confundens. Oudin. tom. 2. col. 1181. hunc Nilum eundem ac Nicolaum cognomento Doxopatrem Notarium Eccleſiae Cpolitanae Protoproedrum Syncellorum, ac Nomophylacem, cujus nonnulla MSS. opera in Bibliothecis proſtant, eſſe putat. Nomocanonis ab hoc interpretati in Bibliotheca S. Baſilii Romae exſiſtentis meminit Montfauconius diar. Italici fol. 217. At eundem eſſe, quo de heic agimus, nedum ille non oſten-

dit

poſuerunt, & S. Severina, quae & Nicopolis dicitur. Sicilia autem univerſa unum Metropolitanum habet. Syracuſanum..... Calabria quoque unum Metropolitam Reginum..... Erat autem & S. Severina Metropolis habens ſub ſe varios Epiſcopatus.... Adnexae itaque Siciliae, Calabriae, Sanctaeque Severinae Sedes Throno Cpolitano, a Romana avulſae, quum Barbari deprehensô Papâ Romam ſpolium factam in proprios uſus converterunt. Latebat nempe ſchiſmaticum hunc tricarum miſcellionem, S. Severinam non Metropolitanam modo, ſed & Epiſcopatum ab Graecis ipſis fuiſſe factam, ac ideo numquam avulſam, proindeque ſoli Regino conveniſſe Metropolitani Calabriae nomen. Rectius ad prima illa tempora adludens, Chronicon illud Trium Tabernarum impoſturarum colluviem (41) exorſus eſt Rogerius Canonicus Cathacenſis. *Per illud tempus, quum tota Calabria, & Lucania Provincia, Cpolitano ſubdita erat imperio, omnes Eccleſiae, & Epiſcopatus ipſius Provinciae Metropolitanae Reginae Eccleſiae ſubiacebant. Metropolitanus vero Regii per vim ac dominationem Graecorum a Cpo-*

dit, ſed diverſum omnino eſſe, & tituli & res demonſtrant. Hic Nilus eſt, ille Nicolaus, hic Archimandrita, ille Diaconus inter Eccleſiae Cpolitanae Exacatacoelos (nam Nomophylax ex illis ut plurimum erat), hic juſſu Rogerii Regis in Calabria, ut videtur, vel Sicilia, ille juſſu Johannis Comneni Imperatoris Cpoli ſcribit, qui annô ipsô 1143. occubuit. An prius Cpoli exocatacoelus, & Protoproedrus Protoſyncellorum, & poſtea in Calabria, vel Sicilia Archimandrita? Ex uno Doxopatris cognomento nihil certi extundi poteſt. Sed haec alii viderint. Illud certum hunc Nilum primam ſcriptionem ſuam ad Rogerium Regem Panormô dediſſe, ut ex ejus praefatione liquet; ſecundum autem fuſiorem ex alio, ſed Siciliae, vel Calabriae loco. Quiſquis ille fuerit, non certe Patriae gloria, ſed opprobrium fuiſſe videtur. Adeo futilis, & ignariſſimus, niſi forte quod vero ſimilius puto, mendax homo eſt, ut vel legere pudeat, quae miſcet Monachus ſchiſmaticus. Sed aurum ex ſtercore colligimus. Vide quot ἀσπάτα in oculos ceteroqui omnium doctorum incurrentia obſervat in eo Cl. Aſſeman. cit. cap. 10. tom. 3., & tom. 4. cap. 6. n. 21. & ſeqq. fol. 197.

(41) Dignum patellâ operculum. Hujus Chronici initium ita reſtituimus ex quibuſdam MSS. ejuſdem fragmentis, quae penes nos habemus cum Chronico ab Ughello tom. 9. in Cathacenſib. edito comparatis. Ipſiſſimum eſſe id Chronicon non levis vexat animum ſuſpicio, ac ſcripturam illam quam in Monaſterio S. Mariae de Peſaca Ord. S. Baſilii in agro Tabernenſi aetate ſua proſtantem laudavit Barrius lib. 3. cap. 6. Quae enim ibi de commenticio Epiſcopatu Bulſanenſi narrat, in hoc Chronico continentur. In Bibliothecam ſiquidem Vaticanam n. 4936. ex illa Card. Sirleti, qui plurimos Calabriae CC. collegit, translatum eſt. Vice vel judicium, quod de illo Ughellus ipſe extulit col. 357. & ſeq. vir alias naris non tam emunctae. Profecto glaucoma ab oculis excutiant neceſſe eſt, qui impoſturam non vident.

Digitized by Google

a Cpolitano Patriarcha conſecrationem habebat. Et ut facilius hoc credatur Caſſanenſis Eccleſia, quae Caput videtur eſſe omnium Eccleſiarum Lucaniae, Graecorum veteri auctoritate, uſque in praeſentem diem ipſi Reginae Metropoli debitam perſolvit obedientiam. Non haec autem tranſcribimus, quod duo haec opuſcula ſplendidis referta mendaciis titivilitio minus habenda eſſe ignoremus; ſed quia tot nugis quas agunt, ea quoque quae ex veris Graecorum monumentis hauſta ſunt, ut fabulis ſuis baſim ſtruerent, miſcuiſſe comperimus.

VII. Quae quum ita ſint mirum ſane videri debet, qui doctiſſimus Vir, & non ſine laudis praeconio nominandus Franciſcus Maria Pratillus in ſua de origine Metropolitica Eccleſiae Capuanae diſſertatione (42) Reginum Archiepiſcopum honorariis dumtaxat Metropolitanis, a Graecis in Regno noſtro erectis adcenſuerit, ſolôque titulô Archiepiſcopi fuiſſe donatum putarit, cujuſmodi Archiepiſcoporum ſine ſubjectis ſibi Epiſcopis inventionem ad Alexium Comnenum ex Balſamone refert. Totus, ut puto, in Langobardicis rebus vir eruditiſſimus, aut omiſit evolvere graecas, aut nullius eſſe ponderis arbitratus eſt: cujus equidem judicii ſui proferre debuiſſet argumenta, quae diſcutienda venerabundus exciperem. Profecto Archiepiſcoporum genus illud, quibus nulli ſubderentur Epiſcopi, Graecorum fuiſſe inventum diffitetur nemo; ſed eorum initia ad tempora pertinere Alexii Comneni, qui anno CIƆLXXXI. imperium capeſſivit, Viro Magno excidiſſe noluerim. Ad Imperatores quidem eorum ori-

(42) In diſſert. Neapoli edita 1758. ubi fol. 9. & 10. ibi. *Conciosiacoſachè i Greci della mezza età introduſſero i Metropolitani onorarj, o ſieno Arciveſcovi Titolari (de' quali ne ſono non pochi eſempj, e ſpecialmente nel noſtro Regno di Napoli dopo l' eſpulſione de' Goti) quali erano ordinati dal Patriarca di Cpoli. Se vogliamo preſtar fede a Balſamone, fureno tali coſe inventate, e promoſſe dall' Imperador Aleſſio Comneno. Onde avvenne dipoi la vana pretenzione d' alcune Chieſe del noſtro Regno d' eſſere ſtate erette, ed inalzate all' onor ſublime di Metropoli ſin dal VII., e VIII. ſecolo del Signore, perciocchè taluno de' loro Veſcovi trovaſi talvolta in qualche antica Scrittura magnificato col titolo d' Arciveſcovo. Ciò ſi vede pur troppo chiaro ne' Veſcovi di Reggio nelle Calabrie dagli antichi tempi appellati Arciveſcovi; e pure non conſeguì quella Chieſa l' onore di Metropolia, che ſul fine del ſecolo XI. nel quale l' ottenne altresì Coſenza, & Roſſano.* Reliqua quae etiam obſervatione indigerent, omitto. Vide quo magnos viros patriae amor aliquando tranſverſum agit! Utinam ego non in eundem impingam lapidem.

go referenda eſt; at ex eo tempore, in quo Valentinianus (43) & Valens Nicaenae in Bythinia Civitati; Theodoſius deinde Junior Beryto in Phoenicia, Metropoleωn praerogativam contulere. Quoniam enim Urbium illarum Epiſcopi inde fimbrias dilatare, veraque ſibi jura in nonnullos Provinciae Epiſcopos ultro adrogare coeperunt, controverſiis ad Chalcedonenſe Concilium deductis, res, ut erat, ad purum, putumque honorem, ſine veri Metropolitae praejudicio, redacta eſt: uti omnino ſimilem Epiſcopo Chalcedonenſi in S. Euphemiae, Conciliique in ejus Eccleſia celebrati memoriam, illius Concilii Patres citra ullam Metropolitani Nicomedienſis in eadem Bythinia diminutionem, contulerunt. Ex eo autem tempore Orientales Auguſti paullatim, ambitioni illi Epiſcoporum in eodem Chalcedonenſi Synodo proſcriptae, aperte faventes, jus illud veras Eccleſiaſticas Metropoles conſtituendi, aut meros dumtaxat tribuendi ſine ſubjectis Epiſcopis honores Metropoliticos, ita paſſim uſurparunt, ut rem vel ipſi teſtentur tituli laterculorum Eccleſiae Cpolitanae, eorumve praefationes. Donec tandem Alexius Comnenus (44), re antea millies peracta,

(43) Vide actiones 4. 6. & 13. Concilii Chalcedon. & can 12. ejuſdem Conc. & l. unic. Theodoſii C. de Metropoli Beryto lib. 11. tit. 21. Quinimmo veras Eccleſiaſticas Metropoles conſtituere etiam voluit Valens, quum ad vexandum S. Baſilium, Cappadociam conſtitutô nova Metropoli Tyanorum diſpeſcere tentavit, ut Nazianzen. orat. 20., quae in S. Baſilii laudem eſt, narrat. Quod & fecit deinde Juſtinianus novella 11. quâ Amidam patriam ſuam nomine Juſtinianae primae decoratam, in ampliſſimam Metropolim, & Exarchiam evexit. His Archiepiſcopis autocephalis, & honorariis pleniſſimae ſunt quot quot hactenus in lucem elatae ſunt Cpolitanae Eccleſiae, ſediumque ei ſubjectarum, ſive ab Impp. ſive a Patriarchis conſtitutae, quas ſupra laudavimus Diatypoſes, quarum certe plurimae Alexii Comneni aetatem longe excedunt.

(44) Balſamon in can. 17. Chalcedon. in 38. Trullan., & 16. Carthagienſ. Vide etiam quae ex eodem relata ſunt a Leunclavio in C. Juris orient. lib. 2. pag. 130. & ſeq., & Zonaram in can. 12. Chalced. Confer Petrum de Marca lib. 2. Coucord. cap. 8. n. 4. & ſeqq. Thomaſſinum par. 1. diſcipl. lib. 2. cap. 43. n. 10. & ſeqq. Morin. Exercit. Eccl. 10., & de Sacr. Ordin. p. 2. not. 154. ad ordinat. Graecor. Le Quien Orient. Chriſtiani tom. 1. cap. 18. per totum, ubi num. 8. *Succeſſores illius* (nempe Juſtiniani) *poſteriori aevo ab Iconomachico, deincepſque penes ſe tantum eſſe, & non penes Patriarchas, earumque Synodos voluerunt poteſtatem ullas Eccleſiaſticas Provincias inſtituendi, & Epiſcopatus in Metropoles quos luberet augendi: id quod demum certa lege pronunciatum eſt ab Alexio Comneno in Cpolitana Synodo anno O. C. 6595. Chriſti 1087. in cauſſa novorum Metropolitanorum Baſilaei in Thracia, & Madytorum in Galatia.* Vide reliqua. Adeo frequens ante Alexii tempora abuſus ille erat, voluntate Imperatorum, aut cri-

Digitized by Google

acta, in adſentatorio quodam Concilio Cpolitano Bullam illam auream extulit a Balſamone laudatam, quâ inſtituendarum Metropoleon, & Epiſcopatuum, dummodo ambitu non extorquerentur, jus penes Principes eſſe decrevit: *Eccleſiaſque, edictô Regiô honoratas a thrôno Cpolitano in poſterum electiones accepturas; nec in eas qui ante Metropolitae erant, quidquam juris ſibi vindicaturos*. Etenim antea ab antiquis eorum Metropolitanis honorarios hoſce Archiepiſcopos ordinationem accepiſſe, ac ab Alexio primum ab illorum conſecratione fuiſſe exemtos, cum Morino, ſi lubet, fatemur. At non Alexius ergo, autocephalos, ut vocarunt, Archiepiſcopos inſtituit; quod equidem ſi verum eſſet, ſpe quoque inter illos Reginum adnumerandi fruſtraremur, quod jam Alexii aevô, non Graecis, ſed Northmannis Calabria pareret. At qui trecentis, & quod excedit annis ante Alexium, non honorariô modo titulô, ſed vere Metropoliticô, & cum ſuffragantibus ſibi Epiſcopis ſeptem primum, mox XI. poſtremo XIII. ad ampliſſimum, verumque Metropolitani gradum evectum fuiſſe Epiſcopum Reginum, quae hactenus ex Graecorum monumentis deduximus, meridianâ clarius (45) luce demonſtrant:

erigendi Metropoles, aut Epiſcopatus a Metropolibus ablatos ad Archiepiſcopatus gradum evehendi, ut Nicolaus Patriarcha ad ipſum Alexium ea de re epiſtolam ſcripſerit a Leunclav. in Codicem cit. relatam lib. 2. pag. 271 quô tum ſacris canonibus, quum Imperialib. legibus id fas non eſſe demonſtrat. Vel paullo ante Alexii tempora Romanum Diogenem Nazianzum ejuſque ſedem Metropoliticâ dignitate, atque privilegiis auxiſſe, obſervat ex Scylitze ibidem Lequienus. Hinc vides ſuorum Praedeceſſorum exempla Conciliabulô ſuô auctorari Alexium voluiſſe, eôque pactô can. 12. ac 17. Chalcedon. conciliare, imo eludere pertentaſſe, ut motu proprio, non ambitu provectiones hujuſmodi fierent; non ipſum autem fuiſſe, qui autocephalos hujuſmodi Archiepiſcopatus invenerit. Inde factum ut ſequiores Graeci Imperatores ſuos Epiſtemonarchas, hoc eſt Sapientum Principes conſtitutos, omnibus, demtô unô ſacrificandi miniſteriô adhuc ſacris rebus praeeſſe voluerint; qua de relegenda paraſitica illa adſentatio, ut vocat Gretzer. in proemio ad notitias poſt Codin. Demetrii Chomateni Archiep. Bulgariae in reſponſis ad Conſtantin. Cabaſilam Archiep. Dyrrachii tom. 1. Cod. orient. lib. 5. fol. 317.

(45) Demus tamen libenter, ſi velit, Cl. Viro Regium Archiepiſcopali honore, non Metropoliticô aliquando fuiſſe donatam; at certe non undecimô ſaeculô, ſed longe prius. Id eruere quis poſſet ex Notitia illa ab Carolo a S. Paul. in parergo ad Geograph. ſacr. 1. locô edita, atque a Goario recuſa, & ad CC. Vaticanos ab Aſſemanno exacta, in qua fol. 487. tom. 3. cit. inter autocephalas ſedes num. 45. occurrunt ἐπαρχία Σικελίας. Ὁ Κατάνης & n. 46. ἐπαρχία Καλαυρίας ὁ τοῦ Ῥηγίου. *Provincia Siciliae. Catana. Provincia Calabriae, Regii.*

ſtrant: ut non vanum proinde ſibi titulum adſumeret, nec cauſsâ certe caderet, ſi antiquiorem eſſe totius Regni Neapolitani Metropolitanum (46) contenderet.

VIII. An vero id jure, an injuriâ ab Impp. vel Patriarchis Cpolitanis factum fuerit, quid haec, rogo te, ad rhombum? Facti heic, non juris res agitur. An ergo Epocham Patriarchatus Cpolitani, & ſubjectarum illi magnarum trium Dioeceſewn ad tempora referre debemus Conc. Lateranenſis (47) IV., in quo primum, Romanae Sedis decretô, illa dignitas adſerta eſt Eccleſiae Byzantinae; & non ad Concilii Chalcedonenſis, imo Cpolitani primi aetatem, quod nihil in eis jure factum putetur? Patriarchatus igitur Aquileenſis a Benedicto XIV. nuper ſuppreſſi initia, non ad tempora Vigilii Papae, a quo ob adprobatam V. Synodum Epiſcopi Hi-

Regium. Nolo enim in hac notitia diſcutienda cuiquam nunc moroſum eſſe. Illa certe ad tempora Alexio Comneno multo vetuſtiora pertinet. Sic fortaſſe habebis Regium primo ſub Graecis autocephalam, quum adſertum adhuc jus in reliquos Epiſcopatus non haberet; mox ſeptem Eccleſiis praefuiſſe, deinde undecim, poſtremo tredecim. Ut ut res ſe ſe habuerit, non parum certe aequis rerum aeſtimatoribus videri debet, ſedem Reginam inter 80. Metropoles Eccleſiaſticas Cpolitano Patriarchae ſubjectas Sedem obtinuiſſe trigeſimam primam: amiſſam adhuc a Graecis, retinuiſſe inter 112. locum 38. in Ecthesi Androniciana, ac inter 36. Exarchos, & Hypertimos gradum adhuc 31. occupaſſe.

(46) Aequior in nos Orlendius in praefat. ad volum. 3. Orbis ſacr., & prophan. part. 2. ſeu ad tom. 4. ubi ſic ait. *Primus ex veteri Provincia Romana creatus Metropolita fuit Reginus: quam tamen dignitatem, nec ante VII. ſaeculum, nec legitimâ Romani Pontificis auctoritate habuit, ſed vi Imperatoris Iconoclaſtae, & Catholicae fidei hoſtis: tametſi poſtea pulſis ex Calabria, & Bruttia Graecis, ubi eae Provinciae Patriarchatui Romano redditae fuerunt, Reginus Antiſtes Metropolitae decus, quod contra jus a Graecis nactus erat, conſenſu Apoſtolicae Sedis legitime deinceps retinuerit. Praeter Regium nulla altera Campaniae, Samnii, Lucaniae, Apuliae Civitas ante ſaeculum X. Metropoleos jure donata fuerat.* Fugit illi hoc loco S. Severina, quae etiam fortaſſe ante ſaeculum decimum id juris obtinuit, quamvis revera erectionis ejus tempus obſcurum. Concinit hic Auctor p. 2. lib. 4. cap. 38. ſeu tom. 4. fol. 2157. *Sedes Archiepiſcopalis Regina poſt Mediolanenſem, Aquileenſem, & Ravennatem antiquior reliquis habetur: quamquam prima ejus origo ab illegitima prodierit poteſtate; ut proinde ſi legitimum jus ſpectemus abs dubio Reginae ſunt praeferenda Beneventana, & Capuana Metropoles.* Haud gratum quidem Cl. Pratillo objeci Scriptorem, qui p. 2. lib. 4. cap. 20. una cum Georgio in diſſert. epiſtolari ad Card. Imperialem Romae edita an. 1725. de Epochâ Metropolitica Capuanae Eccleſiae ante Beneventanam, palinodiam cecinit. At ibi magno numine impellente loquebatur: heic ſolâ veritatis luce irradiante.

(47) Sane can. 5. Lateran. 4. prima ſanctio eſſe videtur Eccleſiae Romanae, quâ Byzantinae Eccleſiae an. 1215., quum Cpoli Latini rerum potirentur, ea dignitas, quamvis primum impugnata, poſtea tolerata, tandem adſerta eſt.

Digitized by Google

Hiſtriae cum Metropolitano ſuo defecerunt (48) ſed ad Sergii I., ſequiorum imo longe Pontificum aetatem, referenda, qui hunc Patriarchatum, compoſitis aliquando rebus, bono pacis litarunt! Ergo Epiſcopatus illi Superioris orae Calabriae, quos Graeci inſtituere, novaque S. Severinae Sedes, tunc in Epiſcopatum, & in Metropolim erecta, cui ſubjecti ſunt, non a medio illo aevo repetent originem ſuam, ſed ab Northmannis, qui reſtaurarunt, & Patriarchae ſubdidere Romano? Vi, atque tyrannide Graecorum Calabriae Eccleſias primum ſubactas, & Cpolitano Patriarchae adcenſitas, nemo diſſimulat: aeque tamen ſalvâ orthodoxiâ, & cum Eccleſia Romana communione perenni. Hinc calabria extorrium tunc temporis Catholicorum e Graecia Monachorum, & ſacrarum, quas ſecum abducebant reliquiarum, imaginumque SS. tutiſſimdm aſylum fuit. Idem de Sicilia judicium eſto. Sane ob ſacrarum imaginum cultum, direptiones, & Pharaonicum illum cenſum a furente Leone impoſitum, Siculi, Calabrique paſſi, abſtractioni certe a Patriarchis Dioeceſis Romanae, ad mortem uſque reſiſtere non debuerunt, dummodo Primatum Romanae Sedis, qui ex jure divino eſt, ſemper adgnoſcerent. Adeo haec extra orthodoxiam erant, ut in VII. licet, & VIII. Synodo, Romani Pontifices Dioeceſeωn etiam reſtitutionem urſiſſent, aſtuque Graecorum deluſi fuerint (49), nihil tamen inde ex communione detractum. Ipſe immo S. Ignatius tot beneficiis a Romana Sede cumulatus, adquiſiti ſemel juris in Bulgariam nihil omnino, maximo abſcindendae communionis (50) periculô, remiſerit. Quidquid autem ab Graecis in abſtractis Eccleſiis, dum ſub eorum ditione erant, ad gradus quod adtinet factum fuit, id prudentiſſimâ oeconomiâ ratum paſſim habuit Romana Eccleſia, ne ſpe illas aliquando ſibi jure vindicandi, omnino excideret. Eô etiam pactô,

(48) Haud me latet Natal. Alex. hiſt. Eccl. ſaecul. 6. cap. 3. art. 1. §. 3. Card. Noriſium diſſ. de 5. Synod. cap. 9. §. 1. aliosque doctos viros velle, ſchiſma Epiſcoporum Hiſtriae, quod ab anno circiter 555. exordium ſumpſerat, ante Sergii tempora extinctum fuiſſe; ſed communem heic ſententiam innuimus, de qua Pagius ad an. 698. n. 13.

(49) Confer adnot. 61. cap. ſuperior.

(50) Vide Johan. 8. epiſt. 75. 76. 77. & 79. tom. 5. Concil. Harduin.

pactô, ut Nicolaus ipſe I. Pontifex, ſi quis alius infracti pectoris, ac juſti tenacis, in epiſtolis (51) ad. Imp. Michaelem, Archiepiſcopi tantum Syracuſani, non Epiſcoporum omnium Siciliae conſecrationem abs ſe fieri debere repeteret; & Gregorium Asbeſtam, Syracuſanum tunc Metropolitam, Photii Symmyſtam, & initiatorem, quod tanta adverſus legitimum Patriarcham Cpolitanum Ignatium molitus eſſet, *adverſus Patrem, & Patriarcham ſuum impietatis jacula exacuiſſe* dicere non dubitaverit. Quamobrem vel ipſe S. Gregorius VII. alter Eccleſiae Romanae jurium defenſor acerrimus, vix redditis Romanae Sedi ab Northmannis Calabriae Epiſcopatibus, fundatôque recens ab Rogerio Comite ex reliquiis Taurianae, atque Vibonis Epiſcopatu Miletenſi, hujus Urbis Epiſcopum conſecrare recuſavit (52) *: niſi diligenter examinatâ juſtitiâ, Militenſem Eccleſiam ad Rhegitanae Parochiae conſecrationem non attinere conſtiterit*. Ita ſcilicet ſartam tectam Reginae Eccleſiae, quam a Graecis acceperat in Calabriae Eccleſias juriſdictionem, & antea, & tunc ſervatam voluit, potius quam recens collatam. Illi porro facile innoteſcere poterat, quibus limitibus Reginae Provinciae fines coërcerentur, ſi nova illi contulerat jura, niſi adquiſita potius ſub Graecis eidem animo obverſarentur, quae ab Romanis Pontificibus rata ab antiquo fuiſſe, ſibi ſatis erat perſpectum.

IX. Quod autem Syracuſae ea hodie jura non habeant, non idcirco, quod tamquam ab ſpuria origine petita, reſciſſerint Romanae Sedis Antiſtites, eveniſſe putes. Gregorium enim Asbeſtam Syracuſanum Metropolitam, quod Photio adhaeſerit, ejuſque Tragaediae actor potiſſimus fuerit, ea de cauſſa, non in perſona modo, ſed etiam in Sede mulctatum fuiſſe, vulgare commentum eſt. Translatô a Photio Nicaeam Gregoriô, Theodorum (53) in Syracuſana Sede illi ſuffectum, Ar-

(51) Nicolaus I. epiſt. 2., & 9. de quibus cap. ſuper. adnot. 62. & 101.

(52) Hujus epiſt. habes integram cap. ſeq.

(53) Vide adnot. 74. ejuſdem cap. 10. Nec admittendum, quod Can. de Johanne de divin. Sicul. off. cap. 11. fol. 79., ait, Theodorum hunc Syracuſanum Epiſcopum haud exiſtimari, quod Gregorii depoſitio, cui ab Ignatio ſuffectus fuerat, *a Sede Apoſtolica non ſuſcepta remanſit infirma*, ut loquitur

Archiepiſcopum adhuc adpellaſſe Nicolaum I. ſuperius obſervavimus. Ea extinctae in illa urbe Metropoliticae dignitatis vera cauſſa fuit, quia captis ab Saracenis annô IↃCCCLXXVIII. & ad internecionem uſque deletis Syracuſis (54), atque Archiepiſcopô (quem Sophronium putant) captivô Panormum abductô, ibi amplius omnino Epiſcopi conſecrari deſierunt. Contra vero, qui Panormi, ubi Agarenorum Amirae Sedem fixerant, ſub eorum jugo vivebant, Graeci plurimi, ibi progreſſu temporis ſibi Archiepiſcopum delegerunt, eaque in Urbe illum repertum ab Northmannis fuiſſe anno CIↃLXXII. quum Panormo potiti ſunt, diſerte narrat Gaufredus Malaterra (55), cujus locum fruſtra vexavit Albertus Piccolus Scriptor Meſſanenſis. Inde aequiſſimâ factum ratione eſt, ut Syracuſanô Archiepiſcopatu ſub Saracenico imperio ſponte ſuâ jàmdiu ſuppreſsô, rata potius Panormitani Archiepiſcopi, in medio nationis perverſae adquiſita jura, habuerint Romani Pontifices Alex. II. & Gregorius VII., ut ex diplomate Calixti II. ad Petrum Archiepiſcopum (56) Panormitanum perſpicuum eſt. Epiſcopatum deinde Syracuſarum ejuſque olim ſuffraga-

 neos

tur Nicolaus I. ſcilicet an ſemper remanſit infirma? Ipſum Theodorum Archiepiſcopum tandem Syracuſanum jure recognoſcit laudatô locô Nicola..s.

(54) De hoc Archiepiſcopo Panormum ad Amiram ducto ita Theodoſius Monachus ejus Socius in epiſt. de excidio Syracuſarum ad Leonem Archidiaconum edita tom. 1. p. 2. S. R. J. vel C. diplomat. Sicil. fol. 339. *Inquirebant quiſnam eſſet celeberrimus ille Siciliae Archiepiſcopus*. Et infra Archiepiſcopi comburendi coepere conſilium... *Itaque in hunc modum mali conſiliarii in nos, & in Archiepiſcopum concitati ... funeſtum Conſilium diſſipatum eſt*.

(55) Gaufredus lib. 2. epiſt. 45. de Roberto, & Rogerio Panormô adeptâ loquens ſic habet fol. 201. Biblioth. Sicul. tom. 1. *Eccleſiam SS. Dei genitricis Mariae, quae antiquitus Archiepiſcopatus fuerat, ſed tunc ab impiis Saracenis violata templum ſuperſtitionis eorum facta erat, cum magna devotione catholice reconciliatam, dote, & ornamentis Eccleſiaſticis augent. Archiepiſcopum, qui ab impiis dejectus in paupere Eccleſia S. Cyriacae, quamvis timidus, natione graecus, cultum Chriſtianae religionis pro poſſe conſequebatur, revocantes reſtituunt*. Hunc Archiepiſcopum Graecorum Nicodemum fuiſſe ex diplomate Calixti II. ad Petrum Archiepiſc. Panormitanum, recte conjicit Pirrus not. 1. Eccl. Panormitan. poſt exactos Saracenos fol. 52., & ſeq. edit. Venet. ubi & abunde reſpondet Alberto Piccolo qui in diſſert. de antiq. jur. Eccl. Sicul. 1. p. cap. 7., & 8. haec verba apud Malaterram intruſa voluit. Panormum captam ab Northmannis fuiſſe ſub ipſa anni 1072. initia 10. Januarii conſtat ex Ignoto Barenſi ad eum ann. edito a Peregrinio tom. 4. edit. Pratill. fol. 344. Vide Murat. in annalib.

(56) Lege integrum apud Pirrum laud. fol. 82.

neos, teſte eodem Gaufredô (57), reſtaurare adgreſſi ſunt Northmanni, electis a Rogerio Epiſcopis, Agringentinae Eccleſiae Gerlandô Allobroge, Mazarienſis Stephanô Rothomagenſi, Syracuſanae Rogeriô Provinciali, & Catanenſis Monachô quodam Brittone, quem Anſgerium vocatum fuiſſe ex diplomatis noſcimus. At prius Troinenſi Eccleſiae jam dederat Robertum, non ſuum, ut Pirrus putat, gentilem (58), ſed Italum hominem. Verum haec proſequi noſtrum non eſt.

C A P U T XII.

Occaſione datâ de reditu Calabriae, atque Siciliae ad antiquum ſuum Patriarcham Romanum agitur. Reginae Eccleſiae jus Metropoliticum ſub Graecis adeptum, a S. Gregorio VII. illi ſartum tectum ſervatum fuiſſe uberius oſtenditur. Alexandri III. diploma, quô jura illius adſeruntur, quodque deperditum putavit Ughellus, ex autographo editur. De Epiſcopatibus Reginae Eccleſiae ſuffraganeis nonnulla delibantur.

I. OCcaſione potius illius mox laudatae S. Gregorii VII. epiſtolae ad Rogerium Comitem, illud heic etiam obſervare libet, falſum fuiſſe virum doctiſſimum Chriſtianum Lupum (1), & quot quot illum ſecuti ſunt ducem, dum ex male intellecto quodam Roberti Montenſis loco, Northmannos utramque Siciliam adeptos, Sedi quidem Cpolitanae ſubtraxiſſe Epiſcopos, ſed ad Hadrianum uſque IV. Romanae non reddidiſſe putaverunt. Narrat quidem Montenſis (2), Willielmum Siciliae Regem cognomentô Malum Rogerii Regis filium, cum Hadriano PP. *pacem feciſſe concedendo ei con-*

ſe-

(57) Gaufred. lib. 4. cap. 7. fol. 231. edit. cit.

(58) Confer Pirrum in notitiis Meſſanenſis fol. 382., & Troinenſi fol. 494. At Italum hominem fuiſſe hunc Robertum diſerte teſtatur Malaterra lib. 4. cap. 23.

(1) Lup. in Schol. ad can. 6. Sardicenſ. tom. 1. fol. 299. edit. Venet. Nicolai de Epiſc. Viſitator. cap. 5. Catalan. in hiſt. 7. Synod. n. 8. tom. 2. Concil. Rom. 1745. fol. 235.

(2) Robertus Abbas de Monte in ſupplement. ad Chronograph. Sigeberti Gemblacenſis tom. 2. Biblioth. Sicul. fol 951., qui id ad am. 1157. refert. ſed minus adcurate.

ſecrationes Epiſcoporum Regni ſui, & Ducatus, ſicut antiquitus eas habuit Eccleſia Romana, unde diſcordia fuerat inter Patrem ſuum Regem Rogerium, & Innocentium, & Eugenium Romanos Pontifices. At vero, primum fuiſſe Willielmum qui conceſſerit, is neutiquam ſcribit: quod equidem ſi ſcripſiſſet, haud majorem certe fidem mereretur; quam, tot ſincera utriuſque Siciliae Eccleſiarum diplomata a Northmannis Principibus elargita, ex quibus Romano Pontifici vectigales factas ſtatim, fuiſſe illas Eccleſias conſtat. Veriſſime enim dixerat Paſchalis II., in eo quod ad Petrum Epiſcopum tunc Scylacenum, deinde Panormitanum Archiepiſcopum, annô CIƆCX. dedit diplomate (3), quô Scylacenam Eccleſiam ſpeciali S. A. protectione proſequitur, *quod Deo auctore per ſtrenuiſſimorum fratrum Roberti quondam nobilis memoriae Ducis, & Rogerii Comitis labores, atque victorias; tam ex illa* (ſcilicet Scylacena) *quam ex ceteris Calabrorum Eccleſiis, Graecorum tyrannica ceſſavit invaſio*. Non ceſſaſſe autem; ſed mutatam per illorum victorias tyrannidem dixiſſet, ſi e jugo ereptas Eccleſias, Romanae Sedi non reddidiſſent. Eam itaque ſpectant Montenſis verba diſcordiam Hadrianum inter, atque Willielmum, annô CƆICLV. occaſione Henrici S.R.E. Cardinalis in Siciliam Legationis excitatam; propterea quod in Pontificiis litteris Willielmo Salerni, primô poſt Rogerii Patris mortem annô, exhibitis, Regis titulô non donaretur, ut Romualdus (4) Salernitanus narrat. Tunc nimirum, quemadmodum in ſimilibus, inter Romanos Pontifices, ac Reges, quas Deus avertat, diſſenſionibus evenire ſolet, prohibiti Epiſcopi fuerunt, ne Romam conſecrandi pergerent: praeſertim vero, quod admiſſis jam in utroque Regno Metropolitanis, nova tunc ea reſervatio quoad omnes Regni Epiſcopos, & aliquo colore impugnari poſſe videretur.

II. Illud vero nec ſemel ſub Northmannis ante Hadriani tempora accidiſſe ex illorum temporum Hiſtoria comper-

(3) Confer diploma ſignatum nonis Aprilis, indict. 3: an. 1110. apud Ughell. tom. 9. col. 429. edit. Colet.

(4) Romuald. in Chronic. tom. 7. S. R. J. Refert haec Baron. an. 1154. n. 4., ſed an. ſeq. Murator. in Annalib.

tum eſt. Primum ſane, quum poſt mortem Willielmi Apuliae Ducis ex Roberti ſtirpe in eo Ducatu poſtremi, Honorius II. Rogerio Willielmi Mali Patri, quum non adhuc Rex, ſed Siciliae Comes eſſet, illius Ducatus concedere, ut vocant, inveſtituram noluit. Tunc enim, ut idem Romualdus (5) narrat, excommunicatus annô CIƆCXXVII. ab Honorio Rogerius eſt, *quia non permittebat ut Siciliae Epiſcopi venirent Romam. Denuo excommunicatur etiam ab eodem Papa, quod indebitum titulum ſibi, nomen Ducis ſcilicet, inconſultô Romanô Pontifice arripuiſſet*. At pax deinde Beneventi ſequenti annô concluſa eſt. Tamen haud abſimilia eveniſſe poſtea, quum inter Innocentium II. eundemque Rogerium de favore Anacleto Antipapae praeſtito, deque Regis titulo ab hoc extorto controverſiae efferbuerunt, admodum veriſimile eſt. Aliquas etiam inter Rogerium ipſum, & Eugenium III. hac de re diſſenſiones interceſſiſſe ſatis innuit Romualdus (6), quum anno CIƆCL. haec ſcribit: *Rex Rogerius Archiepiſcopos, & Epiſcopos terrae ſuae a Papa Eugenio juſſit conſecrari*. Ut autem ex his, utriuſque Siciliae Epiſcopos, aut ſub Honorio, aut ſub Innocentio, aut ſub Eugênio primum fuiſſe reſtitutos prudens nemo concludit; ita porro neque ſub Hadriano. Quamobrem omnia complectens recte Montenſis de Willielmo dixerat: *unde diſcordia fuerat inter Patrem ſuum Rogerium, & Innocentium, & Eugenium Romanos Pontifices*. Subdit propterea. *Idem vero Apoſtolicus* (Hadrianus) *conceſſit ei Regnum Siciliae, & Ducatum Apuliae, & Principatum Capuae*. Eâ ſcilicet de cauſſa, bellô a Willielmo in ditionem Romanam annô CIƆCLV. illatô, excommunicatum ab Hadriano illum fuiſſe ſcribit Cardinalis de Aragonia (7). Sed pax ſequenti annô, Pontificem inter ac Regem concluſa illud egit, ut conſecrationes etiam Epiſcoporum utriuſque Siciliae iterum redderet. Et ita quidem Robertum, quem ſub Sigeberti nomi-

ne

(5) Refert haec eadem ex Romualdi Chronic. Baron. ad an. 1128. n. 4. ſed ad an. potius antecedentem pertinere videntur. Vide eund. Murat. in annalib.

(6) Ad eum an. id refert Murat. in laud. Annalib.

(7) Card. de Aragonia in vita Hadriani PP. 4. tom. 3. p. 1. S. R. J.

ne laudat, rite Sigonius (8) intellexit. Extant concordiae acta apud Baronium (9) ex quibus rei geſtae ſeries in optimo lumine collocatur.

III. Illud itaque certum omnino eſſe debet, Northmannos, ut Calabriam abſtulere Graecis, illico Romano Patriarchae, & quas invenerant, & quas fundarunt Sedes ſubdidiſſe, quemadmodum & fecerunt in Sicilia, quum illam deinde ab immani Saracenorum peſte liberarunt. Hoc ex diplomatis abunde patet, quae utriuſque regionis Epiſcopis paſſim dedere, quaeque videri apud Ughellum, & (10) Pirrum poſſunt. Ad nos enim quod adtinet, integram heic lubet referre S. Gregorii VII. Epiſtolam (11), ex qua plane dignoſcitur, expulſis vix Graecis, Calabriae Eccleſias, earumque potiorem Metropolitanam Reginam, nihil dimotâ politiâ, quam tamdiu ratam habuerat Romana Eccleſia, eidem fuiſſe reſtitutas. Sane non ante annum CIↃLX. Regium Graecis eripuit Robertus Wiſcardus, quô primum tempore Ducis Apuliae, atque Calabriae titulum adſumſiſſe Gaufredus (12) & Oſtienſis ſcribunt. Quinam tunc fuerit Reginus Archiepiſcopus, & an ibi remanſerit, an cum Graecis Scylaceum, quo in Urbis deditione ex pacto ſe receperunt, abierit, omnino me latet. Nam, ut obiter dicam, Rogerium illum quod ſpe-

(8) Sigonius de Regno Italiae anno 1155. fol. 543. edit. Bononiae 1580. *eripiens*, inquit, *Hadriano Pontifici conſecrationes Epiſcoporum ſuorum*.

(9) Baron. ad an. 1156. n. 4. & ſeq. Sic in concordatis illis. *Conſecrationes, & viſitationes libere Romana Eccleſia faciet Apuliae, vel Calabriae Civitatum ... Civitatibus illis exceptis, in quibus perſona noſtra, vel noſtrorum heredum illo tempore fuerit ... niſi cum voluntate noſtra, noſtrorumque heredum... In Sicilia quoque Romana Eccleſia conſecrationes, & viſitationes habeat &c.*

(10) Satis eſt vel in Pirro legere diploma Rogerii Comitis an. 1091. Anſgerio Epiſcopo Catanenſi conceſſum tom. 1. fol. 520. edit. Venet. *Per diverſa loca Siciliae idoneas Eccleſias aedificavi juſſu Summi Pontificis Apoſtolici & Epiſcopos ibidem collocavi, ipſe eodemque Romanae Sedis Apoſtolico & laudante, & concedente, & ipsô Epiſcopos conſecrante*. Conſecratus ibidem dicitur ab Urbano II. Anſgerius, cui datum diploma.

(11) Eſt epiſt. 24. lib. 9.

(12) Gaufred. Malaterr. lib. 1. cap. 36. Oſtienſ. lib. 3. cap. 16. *ex tunc*, inquit iſte, *coepit Dux adpellari*. Quamvis autem Willielmus Apulus lib. 2. Nicolaum II. hunc illi titulum contuliſſe ſcribat fol. 130. tom. 1. Biblioth. Sicul. *Robertum donat Nicolaus honore Ducali*: non eô tamen uſus eſt, priuſquam Calabriae Metropolim adipiſceretur. Vide etiam adnot. 24. cap. 10.

ſpectat, quem inter Reginos Archiepiſcopos anno CIↃXIV. Catalogi noſtri, & ex illis fortaſſe Ughellus locarunt, ceu privilegio ſubſcriptum, quod Riccardus filius Drogonis (qui poſt Willielmum Ferrobrachium ſecundus traditur ex Northmannorum genere Apuliae Comes) Neocaſtrenſi Eccleſiae ab Amburga ejus ſorore conſtructae conceſſit; is ex puro, putoque prochroniſmo natus eſt. Etenim ante (13) annum CIↃXVII., quinimo verius ante an. CIↃXXXV. Northmanni Principes in Italiam non advenerunt. Quum annô CIↃCI. ſignatum illud diploma ſit, (14) Rangerius dumtaxat Archiepiſcopus Reginus, qui illô vivebat annô, ei potuit chartae ſubſcribi, quem in Rogerium ex vocis ſimilitudine, tranſcribentium oſcitantia transformavit. Ex altero tantum diplomate, quod Rogerius Comes anno CIↃLXXXVI. Panormitanae Eccleſiae largitus eſt (15), noſcimus, tunc temporis Reginum Archiepiſcopum initiali nominis elemento V. ſignatum, quod ſive Ubertum, ſive Valterum, ſive Willielmum innuat, Northmannicum certe nomen, aut Langobardicum potius quam Graecum indicare videtur. Quiſquis tamen primis illis temporibus fuerit, juriſdictionem etiam Metropoliticam in Calabriae Eccleſias veteri jure continuaſſe perſpicuum eſt. Nam quum ex duabus jam diu excisis Eccleſiis Vibonis, ac Taurianae, Miletenſem Epiſcopatum in Calabriae Ulterioris umbilico excitaſſet idem Rogerius, preceſque S. Gregorio VII. porrexiſſet, ut primo electum Epiſcopum, una cum Roberto Troinenſi Electo conſecraret, annuere ſtatim Pontifex noluit; quod ad Metropolitanum Reginum, in cujus Provincia

(13) Hôc annô primum Northmanni apud Lupum Protoſpatham leguntur, qui forte praecedenti annô in Italiam venerant ex iis quae Willielmus Apulus lib. 1. narrat tom. 1. fol. 95. Bibliothec. Sicul. At vero Tancredi Comitis Altae Villae filii, unde Northmanni Principes, & Amburga ſuam trahebant originem, nonniſi anno 1035. in Italiam miſſi perhibentur.

(14) Confer illud diploma apud Ughell. tom. 9. in Neocaſtrenſib. Verum Indictio 14. quâ etiam notatur, illi anno non cohaeret. De hoc Archiepiſcopo Regino, quem ex indubitatis aliis monumentis Rangerium nuncupatum noſcimus, vide infra cap. ſeq. n. 5.

(15) Extat apud Pirrum in not. Eccl. Panormit. in Alcherio tom. 1. fol. 74. edit. Venet. Ita ibi. *Ego V. Rhegienſis Archiepiſcopus huic donationi interfui, & teſtis ſum.*

Digitized by Google

cia, ex antiquis duabus ei ſubjectis, Eccleſia illa novabatur, novi Epiſcopi conſecratio pertinere videretur. En integram (16), quae lectu digna eſt, S. Pontificis epiſtolam.

IV. Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Rogerio nobili Comiti ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

*Non dubitet Prudentia Tua Nos libenter petitioni Tuae favere, in quantum cum Deo, & ſine Fratrum noſtrorum ſcandalo fieri poteſt. Non eſt enim aliqua ſaecularis apicis perſona, cui, ſalvâ juſtitiâ, pronius aſſenſum noſtrum praebere velimus. De eo autem, quod ſuper Electo Melitenſi poſtulaſti, noverit Nobilitas Tua nobis eſſe intimatum, ad jus Eccleſiae Rhegytanae * pertinere. Unde non aliter annuendum poſtulationi Tuae* * ſic *perpendimus, niſi diligenter examinatâ juſtitiâ, Melitenſem Eccleſiam ad praefatae Rhegytanae Parochiae conſecrationem non attinere conſtiterit. Ad cujus rei indagationem, quia Te diligimus, ſine temporum moleſta dilatione, copiam Tibi providimus: videlicet, ut accerſitis Fratribus noſtris Barenſi Archiepiſcopo V., & W. Firmano Epiſcopo, & Legato noſtro W., ſi fieri poteſt cum his tribus; alioquin, vel horum duobus praeſentibus, cauſſa in communi diſcutiatur. Si ergo cauſâ ſolerter eventilatâ, ab illius poteſtate inventa fuerit libera, tunc Nos ſicut oportebit, effectum dare precibus Tuis non pigritabimur. Sin autem, decet, atque neceſſe eſt, ut ſic Tua Devotio, in iis praecipue quae Dei ſunt, ſe ſe aequaliter habeat; quatenus Fraternae charitatis, & concordiae vinculum rumpere, & dilectionis unitatem in invicem ſcindere caveat, in mente habens quod ſcriptum eſt:* ſi recte offeras, & recte non dijudicas, peccaſti. *De caetero, quia Troinenſem Electum a Nobis conſecrari poſtulas, licet electioni ejus hoc defuerit, quod Legatus Apoſtolicae Sedis, & conſenſus Noſter non adfuit: tamen monentes, ne de futuro id fiat, Tuae dilectioni, ipſiuſque perſonae laudabili teſtimonio id ad praeſens annuimus, ut veniens, Deô favente, per nos conſecretur.*

V. Quum die, & conſule careat haec epiſtola, quotô data fuerit Pontificatus Gregorii annô obſcurum eſt. Qui an-

nô

(16) Ea eſt 24. lib. 9. Regeſti S. Gregorii 7.

nô CIↃLXXII. ſignatam putavit (17), non advertit animum, quod Pontificem eô annô Gregorium faceret; quum adhuc eſſet Alexander II., qui Aprilis XX. anni ſequentis e vivis excedens, illi ſtatim locum conceſſit. Ex fundatione Miletenſis Eccleſiae, cujus primi Epiſcopi conſecrationem poſtulare Gregorius videtur, certior conjectura eſſet. Aſt haec tot involuta tricis eſt, ut portum deſperes. Primum ejus Epiſcopum Arnulphum anno CIↃLXXIII. conſecratum fuiſſe a S. Gregorio VII., Hioſphorum deinde Arnulpho anno CIↃLXXVII. ſucceſſiſſe, atque ad hujus conſecrationem relatas Gregorii litteras ſpectare (18) Ughellus ſcribit. Sed nullâ plane ratione unde haec eruerit video. Controverſiam ſane in primi Epiſcopi conſecratione agitatam fuiſſe veriſimilius videtur, quod poſt primum exemplum, novae oriri difficultates haud facile potuerint. Verum his omiſſis, ſi diplomata vera ſunt, Arnulphum primum fuiſſe illius Eccleſiae Epiſcopum, atque a S. Gregorio VII. datum, ex diplomate dotationis ejuſdem Eccleſiae, quam innumeris Rogerius cumulavit beneficiis, diſcimus. Hoc autem integrum refert Ughellus, annô ſexies milleſimô quingenteſimô nonageſimô quintô ſignatum. Is autem annus eſt Chriſti (19) vulgaris CIↃLXXXVII. Da-

tum

(17) Albert. Piccol. de antiq. jur. Sicul. p. 1. cap. 5. Vide Pagium juniorem in Alex. 2. & Gregor. 7.

(18) Ughell. tom. 1. in Militenſib. fol. 942. & ſeqq.

(19) Ex epocha Cpolitana ab O. C. quâ, Graeci Calligraphi, & Diplomatum Scribae in Calabria, & Sicilia frequenter utuntur, anni 5508. ad inveniendum annum Chriſti vulgarem ſubducendos eſſe docuit olim Allatius, in eo quod de hebdomadibus Graecorum eſt opuſculo. Mabillonius quidem de re diplomatica lib. 2. cap. 23. n. 12. & cap. 27. n. 7. Scaliger 5. de emendat. tempor. Petavius 9. de doctrina tempor cap. 3. & 4. Pagius de period. Graec-Roman. n. 49., & 54. & ſeq. magna, ut vides, rei chronologicae nomina, annum Mundi 5507. cum vulgari Chriſti Natali conjunxiſſe Eccleſiam Cpolitanam demonſtrant. Sed illam ſubductionem eſſe adhibendam uſus Calligraphorum temporum ſequiorum oſtendit, quum utrumque, & ab O. C. & a Chriſto nato vulgarem ſignarunt annum. Ei propterea ſemper adhaeſit Cl. Montfauconius, qui Allatio non minus Graecorum CC. pene innumeros herculeâ, ac mirabili diligentiâ volutavit. Vide illum lib. 4. Palaeograph. cap. 6. fol. 54., & 57. Nullum quidem inter utroſque diſcrimen eſſe videretur, quum illi annum Chriſti primum, iſti annum ſubducendum ſignaverint, niſi Pagius n. 14. commodius annos 1507. ſed falſo ſubtrahendos, putaſſet. Vide Calligraphorum exempla apud Sciommarum adnot. 5. in vitam SS. Bartholomaei Abb. Cryptoferratenſ. Romae editam an. 1728. fol. 105. & ſeqq., & adnot. 37. fol. 218. & apud Placentinium in epitome Palaeograph. Graecae ibidem edit. 1735. cap. 6. fol. 55., & in praefat. ad Diatribam de ſepulchro Benedicti 9. ibid. edit.

tum eſt autem : *Tibi Sanctiſſimo Militenſi Epiſcopo Domino Arnulpho menſe Octobri Indictione X.* In hac certe Indictione paullulum aqua haeret (20), quod Pontificia potius, quae X. integrô illô annô currebat, quam Caeſarea, vel Cpolitana notetur. Quoad reliqua cum Hioſphori Epiſcopatu an. CIↃLXXVII., & cum altero, quod laudat Diplomate, quô huic Eccleſiam S. Agnetis in Dioeceſi Scylacena Rogerius idem eô annô conceſſit, cohaerere haec nulla ratione poſſunt. Vivebat enim anno CIↃLXXXVII., decimo ſcilicet inde annô, Arnulphus Primus Miletenſis Epiſcopus. Unde autem decimô quartô ante annô excitatam ab Rogerio illam Eccleſiam, conſecratumque ab S. Gregorio VII. Arnulphum ſcimus? Hinc nullo pacto. Nec porro aliunde. Illud nihilominus huic Diplomati maximam νοθείας ſuſpicionem inducit quod in eo de S. Gregorio VII. tamquam de vivente adhuc (21) Pontifice ſermo ſit, qui tamen an. CIↃLXXXV. Maji XXV. jam e vivis exceſſerat. Longe ſimilior vero Pirri (22) ſententia eſt, qui cum Epiſcopatum Troinenſem annô circiter CIↃLXXXII. erectum conjiciat, ad eum propannum epiſtolam, qua de agimus, refert: tum vel maximopere, quod ea circum tempora ſpectet, rerum geſtarum, quain nono S.Gregorii VII. epiſtolarum libro continentur, ſeries.

VI. Implicatiores ſunt Reginae Eccleſiae faſti, ut Archiepiſcopum, qui tunc illam regeret, noſcas. Eâ nimirum aetate Arnulphum alterum in hac Sede, ab an. CIↃLXXXI.

edit. an. 1747. fol. 22. Confer Riccio-lium Chronolog. reformatae tom.1.lib. 2. cap. 1. Contium in adnot. ad Chronographiam Nicephori cap.9. Cangium v. *annus* ubi in tab. expanſa annum Chriſti 1. vulgarem cum 5509. Graecorum conjungit, alias enim an.5510. conjungere oportuiſſet. Canone 3. Trullanô mirifice confirmatur haec epocha: eôque ſubductione nos jam ſupra uſi ſumus cap.10.adnot. 42.quum lapidem graecum anno 6592. ſignatum ad ann. 1084. pertinere monuimus.

(20) Menſe Octobri ex more Graecorum Indictio certe XI. ſignanda erat. De hac Indictionum differentia mox dicam adnot. 30.

(21) Sic porro in Diplomate. *Quare hujus rei cauſſa confirmandae petii conſpectum SS. PP. Gregorii VII. qui glorioſiſſimi Apoſtolorum Principis Petri Sedem tenet. Is petitiones juſtas implevit noſtras, deditque nobis honeſtiſſimum Virum D. Arnulphum nomine, & Epiſcopum Eccleſiae Militenſis conſtituit.*

(22) Pirr. lib. 1. in not. Meſſan. ann. 1081. tom. 1. fol. 382. & in Troinenſi lib. 2. not. 8. fol. 405. & in not. S. Michaël. Arch. de Troin. tom. 2. fol.1016. edit. Venet.

Digitized by Google

quô Eccleſiam SS. Trinitatis Mileti dedicaſſe crediderunt, ad annum uſque CIƆCX. quô S. Brunonem in Archiepiſcopum Reginum electum fuiſſe tradunt, collocant Catalogi (23) noſtri. Hunc pariter Graecum hominem non fuiſſe ejus innuit adpellatio, quum Arnulphi, Rodulphique nomina, quae eadem eſſe plures contendunt, ex Gothico, vel Langobardico more dimanaſſe videantur. Ab laterculo Reginae Eccleſiae annô CIƆIƆCXLIX. recens confecto illum ſumſiſſe Ughellum (24) puto, qui tamen V. hujus Eccleſiae Archiepiſcopum ex Panormitanae Eccleſiae Diplomate an. CIƆLXXXVI. paullo ante locaſſe non animadvertit. Alucinationem ſaltem hujuſmodi Catalogi Auctor non admiſit, qui illum V. plane neſcivit. Mutandum V. in A. nonnemo vellet (25) ut cohaereat. Sed ſi vetuſta Diplomata, ubi plura alia, & evidentiora monumenta correctionem adhibendam eſſe non cogunt, temerare hôc pactô licet, actum jam de tota venerabili antiquitate eſt; quum fixis ſemel ſiſtematis, unicô calami ductu omnia congruere facile poſſint. Itaque, ut dicam, quod nunc ſentio, valde mihi Reginos inter Archiepiſcopos Arnulphus iſte incertus eſt; quum nec in uno Monaſterii SS. Trinitatis Mileti, nec in altero S. Michaëlis Archangeli de Troina, quae unice obtenduntur Rogerii privilegiis, ſub Regini Archiepiſcopi nomine occurrat. Quinimmo quum in poſtremo hoc anno CIƆLXXXIII. ſignato etiam (26) tamquam

(23) Vide Catalogum edit. ad calcem Synodi D. Caſparis de Creales, & Arce anno 1649. vulgatum.

(24) Ughell. tom. 9. in Reginenſib. fol. 324. edit. Colet.

(25) Zavarronus in apologia laud. edit. Rom. cap. 10. n. 21. fol. 133.

(26) Sic in illo apud Pirrum in laud. mox not. S. Michaël. Arch. ac Troin. adnot. 22. *Ad auctoritatem dedicationis Eccleſiee, quae facta eſt a bona memoria Domini Arnulphi 14. Januarii ann. ab Incarnat. Domin.* 1081. *Indiction.* 4. *Dominante Domino meo Roberto Wiſcardo. Amen. Datum Troinae an. Sal.* 1083. In altero vero SS. Trinitatis Mileti, quod magnarum hodie litium ſeges fuit, relato in ea quae de natura, & qualitate Monaſterii SS. Trinitatis, & S. Angeli Mileti edita Neapoli an. 1762. ſcriptura eſt, fol. 64. ſic lego. *Quae autem in dedicatione ejuſdem Eccleſiae, quae facta eſt ab Archipraeſule bonae memoriae Domino Arnulpho quarto Kal. Januarii ab anno Incarnatione Domini milleſimo octuageſimo primo Indictione 4. Dominante Domino meo Duce Roberto Wiſcardo a me, vel a fidelibus meis dotis nomine eidem Eccleſiae data, & conceſſa &c.* Vide in primis quam bene conveniant, aut mutuo ſe exſcribant tabulae. Datum iſtud eſt annô 1091. Quamobrem neque de Arnulpho, ſive Ro-

quam defunctus, & bonæ memoriæ Arnulphus iſte laudetur, de Regino, quem ad annum uſque CIϽXC. vixiſſe autumant, ſermo omnino eſſe non poteſt. Quamobrem, quum ea circum tempora alterum ſibi Arnulphum Archipraeſulem Eccleſia Conſentina ſibi vindicet, eamqne Cathedram (27) ante annum CIϽXCIII., quo tempore ab Rogerio Roberti Wiſcardi filio Apuliae, & Calabriae Duce amplum obtinuiſſe Diploma perhibetur, rexiſſe conſtet: in tanta rerum obſcuritate, tres Anulphos iſtos ſine certis notis diſtinguere omnino non poſſumus. Sed hac de re alibi ex propoſito acturum me ſpero.

VII. Ceterum, aut eâ conſecrandi primi Miletenſis Epiſcopi occaſione, aut etiam fortaſſe antea, Metropolitica Reginae Eccleſiae jura, quae in anteceſſum trium & quod excurrit ſaeculorum ſpatiô adquiſierat, ſervata voluiſſe S. Gregorium VII. datô in illius favorem Diplomate, ex altero liquet evidenter Alexandri III. privilegio, quod ex autographo in Tabulario Reginae Eccleſiae conſervato, heic ſubnectere (28) libet.

Rodulpho Archiepiſcopo Conſentino ſermo ibi eſſe poteſt, qui primum in Diplomate Catanenſis Eccleſiae ann. 1092. Ind. 5. Idib. Decembris ſignato legitur apud Pirrum not. Catanens. tom. 1. fol. 523., inde vero uſque ad an. 1127. poſt varia diſcrimina paſſim in Diplomatis occurrit apud Ughell. in Conſentinis tom. 9. colum. 184. & ſeqq. De hoc Arnulpho vide Petrum Diaconum in Chronic. Caſſinenſ. lib. 4. cap. 20. tom. 2. S.R.J. Haud recte tamen haec Diplomata inde impugnat Cauſſidicus ille hypercriticus Monachomaſtix, qui laudatam mox ſcriptionem udidit, quod Eccleſiae utriuſque conſecrationis adeo vicina ſunt tempora, ut utramque eumdem Epiſcopum in diſſitis regionibus dedicaſſe difficile admodum videatur. Etenim non minus quam integrô ferme annô remota ſunt tempora, quum Troinenſis die 14. Januar. ſub initium anni 1081. Miletenſis vero die 28. Decembris ſub finem ejuſdem anni, ut legenti patet, conſecratae perhibeantur.

(27) Quinimmo & ante ann. 1092. ex mox laud. Diplomat., ubi tamen Rodulphus adpellatur.

(28) De hoc Diplomate ita Ughell. tom. 9. col. 326. *Hocce privilegium non vidi: meminit tamen illius Eccleſiae Dypticha* (Catalogus nimirum ille, quem ſupra laudavimus adnot. 23.) *Autographum cum ceteris monumentis ab impiiſſimis Turcis cum ipſa Eccleſia cremata fuere*. Verum hoc immane illud incendium fugerat, ejuſque non modo autographum, quamvis a tineis, blattiſque abunde læſum, in Archiepiſcopali Archivio repertum eſt; ſed & authenticum etiam illius exemplum, quod vulgo *tranſumtum* vocant. Hoc Romae legitime peractum fuit inſtante Archiepiſc. Caſpare a Foſſo anno 1583. 11. Januarii Ind. 14. citatis omnibus ſua intereſſe putantibus ab tunc Auditore Camerae Hieronymo Matthaeo, deinde S. R. E. Diacono Card. S. Hadriani; atque in actis Johannis

Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei : Venerabili Fratri Rogerio Regenſi Archiepiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonice inſtituendis in perpetuum.


Sicut in humani compage corporis naturalis ratio ſingulis quibuſque membris ad ſalutem providens, ſpeciales, & proprios actus edocet; nobilioribus vero ſuam dignitatem conſervat: ita in corpore Eccleſiae, Apoſtolica providentia, ſecundum Sacrorum Canonum Conſtitutiones, univerſas regit Eccleſias; digniores, & famoſiores in ſui ſtatus praerogativa cuſtodit. Aequum enim, & rationabile eſt, ut ſuus unicuique honor Eccleſiae, atque collata dignitas Sedis Apoſtolicae munimine confirmetur. Quocirca Venerabilis in Chriſto Frater ROGERI Archiepiſcope Tuis juſtis poſtulationibus benignum impartimur aſſenſum; & Praedeceſſorum noſtrorum felicis memoriae GREGORII, & EUGENII Romanorum Pontificum veſtigiis inhaerentes, praedictam Regen-
* ſic *ſem Eccleſiam, cui Deo Auctore praeſſe dinoſceris*, ſub B. Petri, & Noſtra protectione ſuſcipimus, & praeſentis ſcripti privilegio communimus: ſtatuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quaecumque bona, eadem Eccleſia priſcis temporibus juſte habuit, & in praeſentiarum conceſſione Pontificum, largitione Imperatorum, Regum, Ducum, Comitum, Principum, oblatione fidelium, juſte, & legitime poſſidet; quidquid etiam per aliquod rationabile ſcriptum, & certum, ac legale indicium recuperare potuerit, aut in futurum rationabilibus modis, Deo propitio, poterit adipiſci, firma Tibi, Tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Praeterea ipſum Regenſem Archiepiſcopatum,*
* ſic *cum omnibus ſuis Epiſcopatibus, videlicet Trapejano*, Neoca-*
* ſic *ſtrenſi, Sillano, Caſſanenſi, Bovenſi, Geratino, Openſi*, &*
* ſic *Cotronenſi*, atque cum adjacentibus Parrochiis ſuis, Tibi, Tuiſ-*
* ſic *que ſucceſſoribus nichilominus* confirmamus, & ordinandi, ſeu conſecrandi Epiſcopos, tam Graecos, quam Latinos (*) Eccleſiae*

hannis Jacobi de Fabiis Curiae Cauſſarum Camerae Apoſtolicae Notarii adnotatum. At eaſdem tunc temporis, quas nunc habet ex carie laeſiones, exemplar exhibuit, quemadmadum in hoc exemplo obſervari poteſt.

(*) Hinc palam fit, quod juri Metropolitico innatum erat, poſt Hadriani Concordata, de quibus ſupra n. 2., jam indulgentiae in Regno noſtro tribui coeptum.

ſiae Tuae ſubjectos, licentiam, & poteſtatem pariter indulgemus. Pallei * quoque uſum Tuae Fraternitati ex Apoſtolicae * ſic
Sedis libertate concedimus, infra Eccleſiam tantum, diebus, qui inferius diſtinguuntur, id eſt Nativitate Domini, & Apparitione ipſius, Coena Domini, Paſca *, Aſcenſione, Penteco- * ſic
ſten*, quatuor ſolemnitatibus B. Dei Genitricis, ſemperque Virginis * ſic
Mariae, in Natalitiis Apoſtolorum, & Praecurſoris Chriſti Johannis Babtiſtae* in conſecrationibus Epiſcoporum ſuffraganeo- * ſic
rum, in dedicationibus Eccleſiarum, & annuo Natalicii Tui die. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione, & ſubſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolicae auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſaecularisve perſona hanc Noſtrae Conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit *, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum con- * ſic
grua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat; reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, & Domini Redemptoris Noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictae ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem Eccleſiae ſua jura ſervantibus ſit pax Domini Noſtri Jeſu Chriſti, quatenus, & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. (29) Benevalete. Mox in medio ſignum Alexandri III. in

(29) Illud *Benevalete* aureum monogramma eſt, quod a tempore S. Leonis IX. in ejuſmodi Rom. PP. Diplomatis occurrit, uti apud Mabilon. 5. de re Diplomatica tab. 50. Confer etiam Cangium in Gloſſ. v. *Benevalete*. Eſt autem hujuſmodi.



in duobus circulis ſubditur, quorum interior ad rectos angulos diſſectus, ut crucem exhibeat, haec in duobus angulis ſuperioribus habet: *Scs Petrus*. *Scs Paulus*. In angulis vero inferioribus: *Alexander PP. III.* Tum inter circuli interioris, & exterioris perpherias illud Pſalmi circumſcriptum: *Vias* tuas Domine demonſtra michi*. Contra illud ſequitur ſubſcriptio. *Ego Alexander Catholicae Eccleſiae Epiſcopus SS.* Deinde † *Ego Hubaldus Hoſtienſis* (30) *Epiſcopus SS.* † *Ego Bernardus Portuen*, & *S. Ruffinae Epiſcopus SS.* † *Ego Gualterius Albanenſis Epiſcopus SS.* Tum a parte dextera. † *Ego Hubaldus Card. tit. S. Crucis in Hieruſalem SS.* † *Ego Henricus Presbyter Card. tit. SS. Nerei*, & *Achillei SS.* † *Ego Guilielmus Presbyter Card. tit. S. Petri ad Vincula SS.* A parte vero ſiniſtra lacerum ita Diploma eſt, ut praeter initia cetera deſint omnino. † *Ego Jacin* . . . . . † *Ego* . . . . . . † *E* . . . . . . Infra. *Datum Cajet. per manum Hermanni S. Romanae Eccleſiae Subdiaconi*, & *Notarii XIII. Kal. Decembris Indictione XIIII. In*. . . . . Laceratione reliqua perierunt.

* ſic

VIII. Por-

(30) Notiſſimi ſunt quicumque heic ſubſcribunt S. R. E. Card. inter eos, qui *Alexandrum elegerunt, eumque fervente ſchiſmate Octavianiô ſecuti ſunt. Eorum nomina, unô demtô Hubaldô Presbytero Card. tit. S. Crucis in Hieroſalem, leguntur in fronte Epiſtolæ illius, quam de electione Alexandri ad Fridericum Imperaterem dederunt a Baron. relat. ad ann. 1150. n. 47. Primus itaque fuit Hubaldus Allucingolus Lucenſis, creatus Card. ab Innoc. II. ann. 1140. mox Oſtienſis Epiſcopus, ac tandem Rom. Pont. Lucius III. Secundus Bernardus ex Canonico Regulari, ac Priori Lateranenſi creatus Card. ab Eugenio III. annô 1145., deinde Epiſcopus Portuenſis. Tertius Gualterius, qui illô eodem annô 1159. creatus fuerat Card. Epiſcop. Albanenſis ab Hadriano IV. Quartus autem, qui fuit Hubaldus Caccianimicus Presbyter Card. tit. S. Crucis in Hieruſalem, tametſi in eis ad Fridericum litteris non appareat, Alexandri nihilominus partes ſecutum fuiſſe ſatis conſtat, ex Legatione, quam cum laudato Bernardo Epiſc. Portuenſi, atque cum Hyacinto S. M. in Coſmedin Diacono Cardinali ad Conventum Divionenſem pro Alexandro geſſit. Creatus autem fuerat Card. a Lucio II. an. 1144. Quintus Henricus Piſanus eſt ex Monacho Ciſtercienſi creatus ab Eugenio III. ann. 1150. Presbyter Card. tit. SS. Nerei, & Achillei. Sextus eſt Guillielmus Papienſis creatus ab Hadriano IV. anno 1155. Card. Diacon. S. Mariae in Via Lata; mox Presbyter Cardin. tit. S. Petri ad Vincula, Legationibus pro Alexandro geſtis celebris. Septimus erat fortaſſe Hyacinthus Bobbo Card. Diacon. tit. S. Mariae in Coſmedin a Caeleſtin. II. ann. 1144. creatus, qui fuit deinde Rom. Pont. Caeleſtinus III. Hunc enim ex litteris ad Fridericum, atque ex Legationibus geſtis pro Alexandro ſtetiſſe conſtat. Confer Ciacconium in ſingulis, ex quo haec carptim delibavimus.

VIII. Porro quae ex temporum injuria in autographo hiant lacunae, ex ſexcentis ſimilibus illorum temporum Pontificiis Diplomatis, ut diverſis characteribus fecimus, ſuppleri commode poſſunt. Verum nodus vindice dignus in anni ſupplemento eſt, qui quum in extremo margine eſſet, in membrana reſciſſus non comparet. Tametſi autem apud Ughellum, qui hanc chartam laudat, annum legam CIϽCLXIII. in faſtis quoque noſtris annum CIϽCLXVI; a tergo tandem ipſius Diplomatis alienâ manu, ab eo qui ſupplere conatus eſt, annum CIϽCLXIV. notatum repererim: neminem tamen ad ſcopum collimaſſe puto; ſed annum CIϽCLXV. omnino fuiſſe ſignatum, ac ſubſtituendum. Bis enim Cajetae Alexander III. fuiſſe legitur. Primum quidem hôc annô CIϽCLXV. quum poſt Octaviani Antipapae obitum e Galliis rediens, vi incurrentis procellae in Meſſanae Portum deductus eſt, ut ejus acta ex Vaticano Cod. a (31) Baronio edita teſtantur; ubi a Rege Willielmo, qui Panormi morabatur, auditô ejus adventu, ea omnia fieri, ac diſponi juſſa ſunt, quae ad tractandum, vehendumque tantum Pontificem, utriuſque Principis Majeſtatem decebant. *Ad vehendam*, inquiunt, *ipſius Venerandam Perſonam, Galeam unam rubeam: pro Epiſcopis autem, & Cardinalibus quatuor juſſit ſtudioſiſſime praeparari. Reginum quoque Archiepiſcopum . . . . . & alios Magnates cum ipſo Pontifice deſtinavit, qui eum glorioſe conducerent, ſplendide aſſociarent, atque ad Romanam Urbem glorioſe deferrent*. Hic autem Reginus Archiepiſcopus Rogerius ille erat in Aula Willielmi II. una cum Gentili Epiſcopo Agrigentino, atque Electo Syracuſano diu moratus, de cujus avaritia, & hypocriſi, ac miris cum ceteris Epiſcopis artibus aulicis, plura ſcribit (32) Hugo Falcaldus auctor coaevus.

(31) Vide haec acta apud Baron. ad ann. 1165. n. 11. & ſequentib. Illud tamen monemus ſecutos nos fuiſſe in eorum lectione nonnullas Baluzii correctiones, quas ex alio C. ſumſiſſe putamus, magiſque rei geſtae ſeriem illuſtrantes reperimus. Agit & de hoc adventu Alexandri Meſſanam Romuald. Salernit. tom. 1. Biblioth. Sicul. fol. 870.

(32) Hugo Falcaldus in hiſt. de reb. geſtis in Siciliae Regno, quas partim ipſe vidit, partim eorum qui interfuerant veraci relatione cognovit, ut ipſe in principio adſerit, tom. 1. Biblioth. Sicul. fol. 450. & ſeqq. exſcriptus a Bonfilio

vus. Sic autem proſequuntur acta. *Movit ergo a Meſſana B. Alexander Papa in menſe Novembri, & tranſiens per Salernum, atque Cajetam, fauces Tyberis in feſto S. Caeciliae ingreſsus eſt, & ad Oſtiam ea nocte cum fratribus ſuis quievit &c.* Fuit quoque ſecundô Cajetae Alexander annô CIƆCLXVII. menſe Juliô (33), quum, ut eadem acta narrant, & cum eis Romualdus Guarna (34) Arch. Salernitanus, Româ iterum fugiens, eo quod vexatus a Friderico populus in id conſentiret, ut tam ipſe, quam ſubrogatus Antipapa Guido ſe Papatu abdicarent, peregrini larvam indutus Cajetam pervenit, ubi habitu Pontificali reſumtô Beneventum perrexit. Demtis profecto aliis quibuſque notis, quas mox indicabo, quis non videt, primum illud opportunum fuiſſe tempus, ut Rogerius jura, bona, ac dignitatem Eccleſiae ſuae ſpeciali a Pontifice privilegiô confirmari obtineret? At vero eae concurrunt notae, quae in prima, non in ſecunda Cajetae mora datum hoc Diploma certiſſime demonſtrant. In prima enim menſem Novembris, atque Indictionem eô menſe habemus XIV., quum in ſecunda menſis ſit Julius, aut ſi mavis Auguſtus, Indictio autem XV. Dies quoque ſignata eſt illius menſis XIX. Romam autem, immo ad Tyberis fauces die XXII. Alexander pervenit, atque ſequenti die IX. Kal. Decembris, ut ex ejus ad Archiepiſcopum Rhemenſem epiſtola (35) conſtat, urbem ingreſſus eſt, quae quidem omnia mirifice cohaerent.

IX. At

filio in hiſt. Sicil. p. p. lib. 6. a fol. 252. ad ſeqq. nemine laudatô. An jure, vel injuriâ illa ſcripſerit Falcaldus, non eſt hujus loci in examen deducere.

(33) Vide acta apud Baron. ad an. 1167. n. 5. Menſem fuiſſe Julium, aut ſaltem ſequentem Auguſtum ex actis ipſis ibi n. 2. diſerte, eruitur. Et quamvis perveniſſe Pontificem Beneventum hôc annô menſe Septembris ſcripſiſſe Anonymum Caſſinenſem Pagius putaverit an. 1167. n. 1. eumque lapſum fuiſſe oſtendat, eo quod Alexander 11. Kal. Septembris Beneventô epiſtolam dederit, falſus tamen corruptô Anonymi editione eſt. Ita enim recte textus Anonymi legitur edit. Pratill. tom. 4. fol. 109. *Alexander Papa exiens Urbe, Beneventum venit. Menſe Septembri obiit Theodinus Abbas &c.* Ceterum id ne quidem nobis officit, ſi longas Cajetae moras traxerit.

(34) *Quô cognitô Alex. PP., qui tunc in Turri Chartulariae morabatur in habitu peregrini cum paucis Urbem exiit, & Cajetam uſque pervenit, & adſumtô habitu Pontificali, Beneventum veniens, a Civibus ejuſdem Civitatis honorifice receptus eſt.* Romuald. tom. 1. Biblioth. Sicul. fol. 873.

(35) Confer hanc epiſtol. relat. tom. 10. Concilior. Labb. fol. 1370., & Pagium ad an. 1165. n. 9.

IX. At inquies, quî eô annô adhiberi Indictio XIV. poteſt, quum XIII. tunc curſum perageret? Id vel ipſa Alexandri acta teſtantur, quae ejus in Urbem ingreſſum ſignant hôc pactô: *Acta ſunt haec omnia annô Dominicae Incarnat. milleſimô centeſimô ſexageſimô quintô*, *Indictione decimatertia undecimô* (36) *Kal. Decembris*. Ad vetuſtum ſane adhibitarum a Pontificibus Indictionum morem, animum non converterit neceſſe eſt, qui adverſus tradita haec exornaret. Nullum enim latere debet hominem eruditum, Romanos Pontifices ex quo Indictiones in diplomatis, epiſtoliſve ſuis ſignare coeperunt (ſignaſſe autem primus (37) S. Gregorius creditur) ad uſque ipſius Alexandri III. tempora, Cpolitanas adhibuiſſe Indictiones (38), quae a Kalendis Septembris ducunt exordium. Quamvis enim obſcuriſſima ſint quarumcumque Indictionum (49) initia, earumque uſus; hoc tamen ex omni-

(36) Legendum tamen inverſis litteris IX. Kal. Decembris, ut ex mox laudata epiſtola Alexandri conſtat ad Archiep. Rhemenſem. Baluzius corrigit VIII., ſed aeque falſum; nam die ſequenti feſtô S. Ceciliae Alexander ingreſſus eſt Romam.

(37) Ita quidem Maurini PP. in adnot. ad epiſt. 1. lib. 1. epiſtolar. S. Gregorii PP. putant: eumque Cpolitanam Indictionem idcirco adhibuiſſe ſuſpicantur, quod eâ incipiente ipſe Pontificatum inierit; at revera, quod fortaſſe nulla adhuc eſſet Indictio, quae a Kal. Jannarii haberet primordia, qnae deinde dicta Romana, vel Pontificia eſt.

(38) Hoc dudum obſervavit Cangius in Gloſſ. v. *Indictio Romana*. At ſaeculô 12. ita miſceri Indictiones coeperunt, ut recte dixiſſe obſervet Chifſletium in Trenorchio pag. 253. Indictionum initia varie pro Scriptorum, & Notariorum arbitrio ea tempeſtate tabulis adſcripta fuiſſe. Nec enim Carolinorum Principum ab ipſius Caroli Calvi aevo diplomata deſunt, in quibus Indictiones Romanae adſcribuntur, ut etiam Murator. monet differt. 34. antiquit. medii aevi.

(39) Gothofred. in comment. ad l. 8. C. Th. de indulgent. debitor. lib. 11. tit. 28. ad varias multarum H. Indictiones conciliandas in ea verſatur opinione, ut Indictionum alia Italica fuerit, cujus initium ab anno vulgari 312., alia orientalis, cujus exordium ab an. 313., tertia Carthaginienſis Africae Proconſularis; quae an. 314. incipiat, poſtrema Africae Dioeceſeos; quae ab an. 315. duceretur. Sed ad diplomata quod adtinet ita communius diſtinguuntur, ut alia a Kal. Septembrib. proficiſcatur, eaque Cpolitana dicitur, alia ab octavo Kal. Octobris, eaqne Conſtantiniana, vel Caeſarea nuncupari ſolet. Et hae quidem antiquae; nam ut S. Ambroſius ait lib. 10. epiſt. 83. *Indictio Septembri menſe incipit*. Et in lib. de Noe, & arca cap. 17. *etſi a menſe Septembri ann. videatur incipere, ſicut Indictionum praeſentium uſus oſtendit*. Conſtantiniana vero a devicto Maxentio VIII. Kal. Octobris an. 312. incoepiſſe vulgo creditur, uti apud Claviſium ad an. Mundi 4261. vulgar Epoch. 312., quod jure incertum Petavio eſt Ration. tempor. p. 1. lib. 6. cap. 1., quemadmodum & utra earum ſit vetuſtior. Tertia Indictionis ſpecies

bus, quae ſuperſunt S. Gregorii I. Johannis VIII. S. Gregorii VII., aliorumque Romanorum Pontificum monumentis plane liquet. Quinimmo primus qui Romae in actis Eccleſiaſticis Pontificiae, ut vocant, Indictionis a Kal. Januariis curſum iniit, Auctor iſte actorum Alex. III. Cangio fuiſſe videtur, quum paullo ante alius (40) actorum Hadriani IV. Scriptor ab eodem Baronio laudatus etiam Cpolitanâ diſerte ſit uſus. Nec vero deſunt per ea tempora aliorum in Italia Principum diplomata, ac monumenta, quae ab eodem Cangio (41), & a Maurinis PP., atque a Cl. Muratorio referuntur, in quibus Indictionis Cpolitanae paſſim occurrunt notae; cujus quidem uſus, quamvis cauſſa lateat, res tamen ipſa certa eſt. At potiſſimum adhibita in utriuſque Siciliae Regno haec Indictio ad tempora (42) uſque Roberti Regis paſſim videtur, ex veteri Graecorum Apuliam olim, Calabriam, atque Siciliam incolentium more retenta, qui a Kal. Septem-

recens eſt, quae Romana, ſeu Pontificia nominatur, quod adhiberi in Pontificiis diplomatis coeperit, atque a Kal. Januariis, quae priores duas illas Epochas ſequuntur, initium habent. Illud plane qua ratione Macrius hoc v. adſerat neſcio, Pontificias Indictiones ab octavo Kal. Januarii exordium ſumere, eaſque primum, quod lubens admitterem, in Conc. Conſtantienſi in uſum fuiſſe deductas. Illas quidem nonnullos ab VIII. Kal. Januarii, & ab VIII. Kal. Aprilis, ſicut annos a Nativitate, & ab Incarnatione calculaſſe indubitatum eſt, ut videri apud eund. Petavium, & Ricciolium Chronol. Reform. tom. I. lib. 3. cap. 16. poteſt. Quartam addere vult Scaliger 5. de emandat. tempor. p. 2. Antiochenam, cujus initium a Neomenia *Iiar*, ideſt Maji ponit. At ſatis haec Adoleſcentibus. Ampliora qui avet, Petavium adeat de doctrin. tempor. lib. II. cap. 40., & ſeqq.

(40) Cangius ibid. Sic porro alius veterum actorum Scriptor apud Baron. ad an. 1154. n. 4. *Eum* (ſcilicet Hadrianum) *invitum ac renitentem in Sede B. Petri inthronizarunt Deô auctore IV. Nonas Decembris Dominic. Incarnat. annô 1154. Indictione III. coeptâ menſe Septembri.* Porro hujus Auctoris additio, jam introduci tunc novum ab Kal. Januar. Indictionum ritum coepiſſe, ſatis indicat.

(41) Vide quae a Cangio, & ab addent. ad eum Maurinis PP. referuntur diplomata, quaeque refert Murator. differt. 34. antiquit. medii aevi. Non omittam hôc locô, & ita primitus in lapidibus Indictiones uſurpatas, ut in illa quam Sirmundus refert in adnot. ad Ennodium lib. 8. epiſt. 9. de Maximo parvulo depoſito *ſub diem III. Id. Auguſtarum Symmachô, & Boëtiô VV. CC. Conſulibus in fine Ind. XV.* Pertinet omnino ad an. 522.

(42) Id patere tradit Cangius ex litteris Roberti Regis annô 1332. die II. Novembris primae Indictionis Neapoli datis, quae referuntur tom. 2. Hiſtor. Delphinat. pag. 241. quô annô ad totum uſque menſem Decembris Indictio XV. Pontificia currebat.

Septembribus (43) anni quoque olim ſumebant initium. Supplendum itaque indubie in diplomate noſtro: *Incarnationis Dominicae annô CIↃCLXV. Pontificatus autem D. Alexandri PP. III. annô VI.* Etenim creatus Alexander fuerat (44) Septembris VII., annô CIↃCLIX. Indictio autem XIII. Romana, a Kal. Septembris anni CIↃCLXV. jam in XIV. Cpolitanam tranſierat. Tum vel maxime quod Cajetae ſcribebat, nec ab eo loci more etiam recedendum exiſtimaverit Hermannus, qui ad VII. uſque Alexandri annum illi in diro ſchiſmate (45) Cancellarii locô fuit.

X. Nec praetereundum heic eſt, inter octo illos Epiſcopatus, qui Regino Metropolitano ſubduntur, Syllanum legiſſe nos, ubi *Sumanum* ceteros, qui autographum olim viderunt, legiſſe conſtat. Sed quinam Sumanus iſte Epiſcopatus, qui nullibi terrarum occurrit? Autographum plane conſideranti, aut Simanus certe ex litterarum ductu, aut Sutrinus offertur; ſed neutrum eſſe legendum exploratum eſt; quum primus nullibi, alter in Latio Epiſcopatus ſit, nec commune quidquam habere potuerit cum Archiepiſcopatu Regino. Sillanum omnino legi oportere Urbis Scylacei gentile nomen indicio eſt, quod nonnumquam ita olim inflexum reperimus. Mirum eſt quot gentilia ab hac Urbe derivata mediô aevô inveniantur. Ea dumtaxat enumerabo, quae hujus Civitatis Epiſcopis adtributa fuiſſe adnotavi. Habes enim inde Epiſcopos (46) Scyllacenos, Squillacinos, Scylletienſes, Scillitanos,

(43) De hoc more lege Pagium ad ann. 1097. n. 12., qui illum, adlatis ex Protoſpatha, & Chronograph. Barenſi exemplis oſtendit. Hinc & ſi velis ea de cauſſa annum 1166. fuiſſe ſignatum, non abnuerem, quamvis ad Alexandri uſque tempora perduraſſe difficile credam.

(44) Confer Pagium juniorem in Alex. III. n. 1. & 2.

(45) Vide de hoc Hermanno Ciacconium in fin. Cardinalium Alexandri III.

(46) In conſtituto Vigilii PP. apud Baron. ad an. 553. n. 109. *Zachaeus Epiſcopus Eccleſiae Scyllacenae.* In Conc. Rom. ſub Hilaro PP. anno 645. Harduin. tom. 2. fol. 799. *Reſidente .... Gaudentio Scillaceno.* In Conc. ſub Martino anno 649. *Auguſtino Squillacino. Auguſtinus Epiſcopus S. Squillacinae Eccleſiae* tom. 3. fol. 932. In epiſt. Synod. Agathonis ad 6. Synod. ibidem fol. 1127. *Paulus Scylletienſis.* S. Gregor. ep. 37. & 38. lib. 2. Indict. X. *Johanni Epiſcopo Squillacino*; ſed ep. 34. lib. 8. Indict. I. *Johanni Epiſcopo Scillitano.* Quae ſecunda inſcriptio lapſus cauſſa fuit Card. Baron. ad an. 562. n. 9., ut illum de Scyllae famoſi ad Siculum

nos, Squillatinos, Squillacenſes, Squillacenos. Sed & Sillanos fuiſſe dictos, nos docet epiſtola illa Gelaſii Papae, cujus fragmentum, ſi tamen Gelaſiii eſt, Gratianus (47) refert. Sic enim habet in vetuſtis editionibus. *Ita nos Syllanorum caedes geminata Pontificum horrendi criminis atrocitate confundit*. Errore itaque Amanuenſis ex Sillano, vel Syllano, aut Scyllano, *Simanum*, vel *Sumanum* factum arbitror. Haud enim difficile fuit, imperitum locorum Scribam, acceptis in protocollo, Epiſcopatuum, in quos jura confirmare debebat Pontifex, nominibus, inde duobus ll. in hoc nomine non adeo fortaſſe proceris exſiſtentibus, *Simanum*, aut *Sumanum* tranſcripſiſſe dormitantem. Haec haud rara in diplomatis, nec futilis propterea hac de re (48), ſed certiſſima noſtra conjectura eſt.

XI.

culum fretum ſcopuli, Scyllaeique Oppidi Epiſcopo locutum fuiſſe putaret; quum evidens ſit de Caſtellienſi Monaſterio, quod prope Scylaceum ſitum erat, ab Caſſiodorio & ipſo Scylaceno conſtructum, ibi ſermonem eſſe. Re autem vera gentile hoc *Scillitanus* ad Epiſcopos potius Urbis *Scillite* in Africa Proconſulari pertinebat, ex qua fuerunt celebres illi Martyres Scillitani, quorum acta Proconſularia habemus apud Baron. ad an. 202. & ex alio C. apud Ruinartium in actis ſinc. MM. fol. 76. edit. Veron. Sic enim ſubſcribunt *Fauſtinus* ex parte Catholicorum, & *Poſſidonius* ex parte Donati in collat. Carthaginienſi tom. I. Hard. fol. 1082. & *Pariator* in epiſt. ad Paullum C. P. tom. 3. fol. 750. Sed ad Scylaceum ut redeam, in CC. aliquibus Gratiani can. 25. 25. q. 2. & in Bulla Calixti II. apud Pirr. tom. I. fol. 82. legitur gentile *Squillatinus*. In diplomate apud Ughellum tom. 9. fol. 430. *Squillacenſis*. Sic & in Conc. Lateran. 5 *Vincentius Squillacenſis* tom. 9. Hard. col. 1708. In altera Paſchal. II. Bulla apud Ughell. ibidem *Squillacenus*. Reliquas inflexiones ne nimius ſim omitto. Sillanum fuiſſe etiam Urbem nuncupatam nos docet Malaterra lib. 1. fol. 174. tom. 1. Bibl. Sicul. ubi Scillacium, & Xillanum promiſcue uſurpari videmus, quamvis eo nomine *Sciglianum* potius indigitet Barrius lib. 2. cap. 8. An autem Jacobus ille Graecus Syllaneus, qui vitam ſcripſit Abb. Joachimi, & Florenſis Ordinis Chronologiam, Conſentiae editas per Andream Riccium anno 1612., ita ſe nuncuparit, quod ex alterutro horum locorum fuerit, videant alii.

(47) Sic habent antiquae editiones Gratiani. Vide illam an. 1528. Verum hunc canonem apud Ivonem ſic legi teſtatur Antonius Auguſtin. dialog. 5. *Ita nos quidem Latinorum caedes*. Sane corruptiſſime. Sed apud Anſelmum Lucenſem. *Ita nos Scillacinorum ſedes* (pro caedes) *geminata* &c. Baluz. ibid. notat alibi legi in C. Roman. *Scyllacenorum*: alibi *Squillatinorum*. Editiones poſtremae habent: Scyllacenorum. Harduinus qui hoc fragmentum retulit tom. 2. Conc. legit Scyllanorum, at monet haberi paſſim in antiq. edit. *Syllanorum*.

(48) Peſſime hunc locum aut legit, aut correxit Tranſumptor Romanus, de quo ſupra adnot. 28. Legit enim *Seminaren*. Sed qui unquam Epiſcopatus Seminarenſis? Tauriana quidem olim Epiſcopalem habuit Sedem;

dem;

XI. Si autem quaeras quaenam cauſſa fuerit, cur ex tredecim illis Epiſcopatibus, quos ſub Graecis ſibi ſuffragantes habebat Reginus, ſex heic dumtaxat adpareant, illud breviter habe: ex illis, duos in Archiepiſcopatus evaſiſſe; duos item alios Saracenorum vaſtatione direptos tranſiſſe, ut diximus, in Miletenſem; duos tandem alios, alterum Regino, alterum Tropaeenſi tunc fuiſſe unitos, unum vero dumtaxat exemtum. Sane Conſentinum ante annum CIƆLVI., florentibus adhuc in Calabria Graecorum rebus, ad eam dignitatem evectum nonnemo vellet, quod (49) eô annô Petrum *Conſentiae Archiepiſcopum* Lupus Protoſpatha vocet. Sed quum initiô adhuc XII. ſaeculi hic Auctor vixerit, nil mirum ſi more loquatur temporis ſui, in quo & Conſentinus, & Acheruntinus, & Barenſis eâ jam dignitate fulgebant. Illud potius certum eſt longe antea, & fortaſſe paullo poſt tempora abſtractionis Dioeceſeωn ſub Leone Iſauro peractae, a Langobardis hanc Urbem Graecis fuiſſe ereptam, ac Principatui tandem Salernitano (50) contraditam; unde factum eſt, ut Johannis Principis Salernitani operâ, Epiſcopatu Salernitanô, annô, ut putant IƆCCCCLXXXIV. a Benedicto VII. in Metropolitanum erectô, inter hujus Suffraganeos in diplomatis (51) Johannis XV. Clementis II., & Leonis IX., quorum poſtremum ad annum ſpectat CIƆLI. recenſeatur, adeoque, ut nonniſi tardius, & a Romanis Pontificibus in eam extolli dignitatem potuerit. Roſſanenſem deinde, fuiſſe a Graecis autocephalam. conſtitutam, inde colligunt alii, quod apud

dem; at a tempore S. Gregorii VII. jam Taurianae, & Vibonis Sedes in unam Miletenſem coaluerant ab Regino Metropolitano exemtam: qnum e contra Scylacena Eccleſia, & ante ſub Graecis, & deinde ſuffraganea ſemper fuerit Reginae, atque ejus ſuffraganeus occurrat in notitia Caeleſtini III. tempore edita anno 1225. apud Scheltrat. antiq. inluſtr. tom. 2. not. 23.

(49) Lup. Protoſpath. an. 1056. *Et obiit Petrus Archiepiſcopus Conſentiae*. Sic & an. 1102. qui ultimus eſt ejus ſcriptionis. *Menſe Maji electus eſt Petrus Acherontinus Archiepiſcopus*.

(50) Vide adnot. 90. cap. 10.

(51) Videri haec diplomata apud Ughell. poſſunt tom. 8. fol. 376. & ſeqq. Duo quoque poſtrema refert Baron. an. 1047. n. 11. & 1051. n. 7. Difficile autem perſuaſu eſt, aut ab eodem Leone IX., aut a Victore II. qui annô obiit 1057. Conſentinum ad eam dignitatem evectum ſtatim fuiſſe. Sed hoc alii viderint.

Digitized by Google

apud Campanilem in familia (52) Malena, membranaceum quoddam inſtrumentum, donationis cujuſdam anno DCCCXX. illi Eccleſiae, *& Sanctiſſimo Archiepiſcopo Civitatis Roſſanenſis Domino Coſmae* a Leone Maleno factae proſtet, quod in illius Eccleſiae Tabulario (53) conſervatum fuiſſe tradunt. Sed ſi verum, & adeo antiquum hoc inſtrumentum eſt, vereor ne traductoris ſtilò intruſus ille Archiepiſcopi titulus fuerit. Etenim in nulla Graecorum, vel ultimorum temporum Roſſanenſis Epiſcopi inter autocephalos relati mentio eſt. Graecam ſemper fuiſſe hanc Eccleſiam, & ſub primis Northmannis Archiepiſcopalem repertam lubens fateor. Narrat enim Gaufridus (54) Ducem Rogerium *contra voluntatem Graecorum, qui Roſſano maxima ex parte principabantur, Graecò Archiepiſcopò ejuſdem Sedis defunctò, Succeſſorèm latinum eligendo ſubrogaſſe*; nec aliter illam a Willielmo de Erentemanilia occupatam poſtea obtinuiſſe niſi *libertate urbi adſertâ, ut de ſua gente Archiepiſcopum ſibi Graeci pro libitu eligerent*. At ſub ultimis dumtaxat Graecorum temporibus ad eum fuiſſe ſplendorem elatam ſuſpicor. De Vibonenſi, & Tauriano in Melitenſem coactis jam ſatis dictum eſt ſupra (55), & nonnulla quoque dicentur capite ſequenti. Amantheanus ob eaſdem direptionis cauſſas jam unitus tunc, ut hodieque, Tropaeano erat (56); Nicoterenſis vero Regi-

no,

(52) Philibert. Campanile de inſignibus familiarum Neapolit. in Malenis fol. 278.

(53) De diplomatis Eccleſiae Roſſanenſis haec Romae a Petro Mennitio Ord. S. Baſilii Abb. Generali audiſſe ſe Monſauconius refert Diarii Italici fol. 211. *Narrabat mihi, Roſciani, quae eſt Calabriae ulterioris* (citerioris) *Archiepiſcopalis Sedes, fuiſſe olim ingentem diplomatum graecorum numerum, quae ſe vidiſſe commemorat in Italia ſacra Ferdinandus Ughellus. Verum a multis hinc annis Archiepiſcopum tunc ſedentem, pertaeſum adventantium frequentiae, rogantiumque ut diplomata proferrentur, ſuffodi omnia, & in perniciem ire curaſſe.*

(54) Gaufrid. Malater. lib. 4. cap. 22. Biblioth. Sicul. tom. 1. fol. 241.

(55) Vide ſupra num. 3. & cap. ſeq. n. 5.

(56) Ut ſedes fuerit Saracenorum Amanthea ſub Cincimo eorum Principe ſaecul. 9. vide Andream Presbyterum apud Murat. tom. 1. antiquit. medii aevi, & quae in annalib. an. 870. ex eo refert. Confer Erchempertum n. 51. fol. 146. n. 1. edit. Pratill., & Cedrenum pag. 482. ac Curopalatem pag. 43. edit. Pariſ. Ut autem ab eis vaſtata ſaepiſſime Nicotera fuerit ſaeculo 10. Vide Arnulphum Calabrum ad an. 941. & 946. editum a Taſurio tom. 2. ſcript. Regni Neapolit., ſed potiſſimum direptiones ſaeculi 11.

apud

no, a quo nonniſi anno CIↃCCCXCII. III. Kal. Septembris in gratiam Henrici S. Severini Civitatis utilis Domini Bonifacius IX. divulſit (57), ſuaeque, ut prius, integritati inter illius ſuffraganeos reſtitutum voluit. Unus Biſunianenſis, ſeu Beſidienſis revera demtus eſt; nam tametſi Graeci illum in laterculis ſuis Regino contulerint, vix tamen primis tantum poſt Dioeceſeωn avulſionem temporibus urbis illius dominium (58) habere potuerunt. At ut Conſentiam, ita & Beſidias Archiepiſcopo Salernitano, intra cujus Urbis Principatus fines ſiti erant, ſuffragari tandem voluere Romani Pontifices, ut ex eiſdem (59), quae ſupra laudavimus diplomatis patet. Quî autem deinde factum fuerit, ut tot Salernitani Archiepiſcopi Suffraganeis ad Metropoliticam amplitudinem ſublatis, Conſentinô, Comſanô, Acheruntinô, in quos poſtremos duos Primatus etiam jura olim ab Urbano II. Salernitano (60) reſervata traduntur; Beſidienſis tamen ad antiquam redierit Romanam Provinciam, in qua Alexandri III. aetate jam erat, non eſt hujus loci inveſtigare ſubtilius. Quum itaque in hoc diplomate Geratinus idem ac Locrenſis ſit, qui mediô aevô ab Graecis S. Cyriacae (61) nuncupatus eſt, unde corrupto vocabulo Hieratium emerſit; additi jam alii duo, Bovenſis, Oppidenſiſque Epiſcopatus comparent, quos ab Graecis ipſis X. aut XI. ſaeculô erectos fuiſſe, ac Regino ſubjectos nullus dubito (62), quod Graecum ritum, quod

apud Malaterram lib.3.cap.8., & lib. 4. cap. 1. & ſeqq. Inde factum ut illarum Urbium Eccleſiae, alterius quidem Tropaeenſi, alterius Reginae unirentur, quamvis unionis monumenta non prostent. Vide Ughell. in Tropaeenſib tom.9. col.446., & in Nicoterenſib. col.413.

(57) Hujus redintegrationis Bullam laudat Ughell. ex Archivo Vaticano loc mox laudat.

(58) Vide iterum adnot. 90. cap. 10.

(59) Confer adnot. 51.

(60) Urbani II. ea de re Bullam, mutilam refert Baronius ad an. 1099. n. 38., integram exhibet Ughell. loc. laud. adnot. 51.

(61) Eo donati ſunt nomine a Graecis mediô aevô Locri reſtituti, ut apud Conſtant. Porphyrogenit. de themat. lib. 2. cap. 10. & Protoſpat. ad an. 986. Vide ſubſcriptiones Epiſcoporum 7. & 8. Concilii relatas cap. 10. n. 13. & adnot. 13. & 91.

(62) Bovenſem antiquum nonnulli putarunt ex Luminoſo Bovenſi Epiſcopo, quem Lateranenſi Conc. ſub Martino an. 649. ſubſcriptum volunt. Sed quum ibi, tam Secretario I. quam in ſubſcriptionibus in editione latina conſtanter legatur *Bonenſis*, graece vero Bononienſis, quis non videt ex hoc unico Epiſcopo extundi nil certi poſſe. Sed id

quod ſemel habuerunt, ultimi depoſuerint, ut ſequenti capite demonſtrabo. Nullam interim Epiſcopatus Cathacenſis mentionem heic vides (63), quod ſub Alexandro III. nullus adhuc eſſet, atque totam illam corruere neceſſe ſit fabulam, quam de Trium Tabernarum Epiſcopatu illuc translato obtruſa, nobiliſſimae Eccleſiae foedat originem.

XII. Poſtremo illud non omittendum, aliud diploma ab Eugenio III., quô jura etiam Metropolitica Eccleſiae Reginae adſerebantur heic ab Alexandro memorari. Id obtentum occaſione illarum, quae inter Eugenium III. (de quo unice intelligi diploma poteſt), ac Rogerium Siciliae Regem interceſſere ſimultatum, quarum ex Roberto Montenſi (64), ac Romualdo Guarna ſupra meminimus, ſecutâ inde concordiâ ſuſpicari poſſumus. Et obtentum quidem ab eodem fuiſſe Rogerio, ſi tunc datum fuit, oportuit: quoniam annô CIↃCL. reſtitutae Eugenio conſecrationes ſunt; ille vero jam annô CIↃCXLVI. Archiepiſcopus Reginus diplomati Cephaludenſis Eccleſiae ſubſcribit, quod apud (65) Pirrum legitur. Sed in hoc excurſu jam ſatis ultra metam collimaſſe, atque ex parecbaſi tractatum feciſſe video.

CA-

id omnino rem conficit, quod Epiſcopatus hujus una cum Oppidenſi nulla in Graecorum diſpoſitionibus mentio: at vero ubi primum ſub Romanis Pontificibus comparent, Graeci ritus in quo, & diu perſeverarunt, comparent. Sub poſtremis igitur Graecorum temporibus erecti, quae cauſſa fuit, ut ex diatypoſibus exciderint. Vide quae de eorum ritu dicam cap. ſeq.

(63) Vide quae de hoc Chronic. diximus cap. praeced. adnot. 41. Tres, vel quatuor, qui ante haec tempora intruduntur Cathacenſes Epiſcopi, aut ex ſpuriis, aut ex corruptis monumentis otiginem trahunt. Non antiquitate enim vero, ſed certe nobilitate multis Calabriae praeſtat hodie haec Eccleſia.

(64) Vide ſupra hoc cap. n. 1. & 2.

(65) Pirr. not. Eccl. Cephalaeditanae in Jocaelmo tom. 2. fol. 800. in diplomate, quo acta omnia, & pactiones inter Eccleſiam Cephalaedenſem, & Canonicos Regulares S Auguſtini, ſeu Monachos S. Mariae de Balnearia, quorum Prior Jocaelmus ad Sedem Cephalaedenſem evectus fuerat, confirmantur.

Digitized by Google

CAPUT XIII.

Ad Protopapas redit oratio, ſive Cathedralium, ſive Plebium Curiones, qui in Calabria ſub Graecis fuerunt. De S. Leone Epiſcopo Catanenſi, & Demetrio Epiſcopo Corcyrenſi pridem Eccleſiae Reginae Protopapis. Reliquiae Protopaparum in Calabria ac Sicilia, poſtquam ad Romanum Patriarchatum rediere. De Protopapa Meſſanenſi, ac ritu graeco-latino in eius Eccleſia diligenter hactenus ſervato aliqua ex propoſito. Item de Protopapa Corcyrenſi, & an Neapoli aliquando viguerint Protopapae?

I. SUb hoc igitur Graeci Patriarchae in Eccleſias Siciliae, oppoſitaeque huic regionis, quae in Calabriam jam evaſerat, tyrannico imperio, ritu graecô univerſim invectô, audiri primum utrobique coepti ſunt Protopapae. Exeat nunc quiſquis ille ſit ſuperſtitioſus latinae linguae cenſor, erectôque ſuperciliô, me vocet ad ferulam, quod de Protopapis agens, qui in antiquo Bruttiorum tractu fuerunt, titulum de Protopapis Calabriae, non Bruttiorum poſuerim. Ita ſi lubet ſcribant alii (1): per me licet. At ego ſequar, quo me recta ratio, non quo ſuperſtitio ducit. Etenim ſi tunc Protopapae heic fuerunt, quum non jam Bruttiorum amplius, ſed Calabriae haec regio nuncupabatur: id profecto eſſet palam committere anachroniſmum verborum (2), & contra Geographiae leges peccare, ubi de Protopapis Bruttiorum inſtituere ſermonem vellem. Pudicus ut ſit quilibet linguae latinae cultor, res, loca, & tempora ita componere ſatagat, ut voces rebus, locisque, ac temporibus aptet, dummodo uſurpatae ab latinis, ſi haberi poſſunt, non a ſemibarbaris fuerint.

(1) Nuper Cl. Mazzoch. auctor eſſe poteſt quibusvis hoc pacto ſcribere volentibus. Ejus verba habes infra n. ult.

(2) Doctiſſimus Fleurius in praefat. ad hiſt. Eccl. tom. 1. paullo ante finem: *Mais j'ai ſoigneuſement obſervé de nommer les lieux conformement à l'uſage de chaque tems. Pendant ces premiers ſiecles je dis toujours la Gaule, la Germanie, la grande Bretagne, la Luſitanie. Il me ſemble, que c'eſt faire un anacroniſme de parler autrement; & de nommer France, ou Angleterre les pays, où les Francs, ou les Anglois n'etaient pas encore.* Idem ex contraria ratione, ubi non aliter uſus obtinuerit, dicendum videtur; *Quem penes arbitrium eſt, & jus, & norma loquendi.*

rint. An & Calabriae nomen, quamvis graecum, non adhibuere Romani? Quid vero ſi non adhibuerint? Uterer ego ubi de rebus agerem, quarum nomina, exciſis jam diu rebus latinis, adparuerunt. Adcuratus itaque Scriptor, ea debet locis dare nomina, ut adpoſite ſcribat, quae tempori congruant, quo de ſcribit. Sic ante VIII. Saeculum Bruttios verſet, poſt illum Calabros. Quis plane ſapiens a riſu ſibi temperaret, quum caſtiſſimum latinae linguae Scriptorem ſcribentem legeret Pythagoram ſcholas Crotone in Bruttiis erexiſſe, quando vix centum quinquaginta (3) a Pythagora annis Bruttii auditi ſunt? Sic & inficete ſcriberet quiſpiam de Chriſtianiſmo Aboriginum, Auſoniorum, Oenotrorum, Chonum, Pelaſgorum, ubi origines Chriſtianae Religionis in Italia inveſtigatum pergeret; quum praedicationis evangelicae tempore, nec vel illorum in Italia populorum memoria eſſet. Neque vero haec fruſtra a me ſcripta putes. Expertus ſum enim aliquando virum doctum, ita in latina lingua delicatulum, ut propterea de hac mea Patavinitate, jure, an injuriâ, alii videant, vapulaverim.

II. Sed mea proſequor. Vigente itaque in Calabria hoc ritu graecô, non in plebibus modo, vicis, pagiſque ex more Graecorum inſtitutos eſſe Protopapas arbitror; ſed in Cathedralibus etiam Eccleſiis; qui utrobique latinae Eccleſiae generis utriusque Archipresbyteris veluti ſucceſſerunt. Poſtremum hoc ex domeſticis exemplis in primis colligo: quorum alterum ex Auctore ſecundae vitae S. Leonis Thaumaturgi ſupra laudato (4) conjecturis eruo: alterum vero ex Biographo (5) S. Eliae Ennenſis ferme contemporaneo diſerte teſtatum habeo. Ille enim poſtquam de S. Leonis ad ſingulos or-

di-

(3) Prima ſcilicet Bruttiorum eruptio adverſus Lucanos Olympiad. CVI. a Diodoro figitur ann. circiter Romae conditae 398. de qua ſupra dixi cap. 10. adnot. 41. Ad adventum autem Pythagorae in Italiam quod adtinet, tametſi veteres etiam Scriptores diviſi ſint, aliis Olympiade 60., aliis 61., aut 62. illum figentibus; ſatis tamen eſt hoc loco adnotare diſerte a Tullio Tuſculan. qq. 1. cap. 16., & poſt illum a Gellio lib. 17. cap. 21. Tarquinio Superbo Regnum obtinente Pythagoram in Italiam adpuliſſe traditum. Vide Corſin. in faſtis Attic. tom. 3. fol. 117. Olympiad. 62.

(4) Vide cap. 10. n. 10., & adnot. 76.

(5) Edidit Octav. Cajetan. tom. 2. SS. Sicul. Recudit Pinius in actis SS. ad diem 17. Auguſti.

dinum gradus peracta a Cyrillo Regino Archiepiſcopo promotione ſermonem complevit, ſic porro [6] inſit. *Ordinatum ad Presbyteratus officium poſt ſo miſſas tenere, res Eccleſiaſticas diſpenſare, hoſpitum curam gerere, pauperibus miniſtrare, Clero providere, erudire populum* [Cyrillus] *inſtituit*. Putarunt equidem quicunque (7) in verba haec, & ſequentia animum intenderunt, S. Leonem in Regina Eccleſia Archidiaconi munere functum, quod Archidiaconorum propria illa officia viderentur. At, ut qui Archidiaconus eſſet, in Presbyterum ordinaretur, ab univerſali Eccleſiae conſuetudine mirum in modum tunc (8) abhoruiſſe non animadverterunt. Notae ſunt in Hiſtoria Eccleſiaſtica, & Aëtii Archidiaconi Cpolitani, & Honorati Salonitani, & Johannis Cabillonenſis (9), noviſſime autem & ſaeculo XII. ſpirante Petri Bleſenſis querelae, quod ex Archidiaconis promoveri in Presbyteros cogerentur: quamvis Bleſenſis aetate id uſu jam inductum, deinde vero & lege firmatum, ut promoverentur, videatur; quod ſatis indecorum, ac turpe, non Presbyterum, haud quidem vicariâ, ſed ordinariâ jurisdictione (10) omnibus praeeſſe Presbyteris, exiſtimaretur. Ante ſaeculum X. unum fortaſſe in Eccleſia latina occurrit exemplum (11) Hincmari aetate, qui in Eccleſia Rhemenſi monita ſcribit *Gontbario* & *Adbelardo Archidiaconibus Presbyteris*, ſi vitiata inſcriptio non eſt, quum illos, ad quos monita Hincmarus dirigebat, Archipresbyteros potius Flodoardus (12) vocet. In Eccleſia autem Graeca nullum omnino exemplum, niſi in Exocatacoelis Cpolitanis reperies, quos aliquando Presbyteros fuiſſe Codinus ſcri-

 bit,

(6) Apud Cajetan. fol: 13.

(7) Leonem fuiſſe Cyrilli Archidiaconum adnotatum orae apud Cajetanum: relatum quoque in Catalogis Reginae Eccleſiae in Cyrillo.

(8) Vide Thomaſſin. p. 1. diſcipl. lib. 2. cap. 19. n. 8. & cap. 20. n. 4., & ſeqq.

(9) Adi ſupra caput 5. adnot. 8. Si autem antiquius exemplum optas, vide quae de Novatiano refert Eulogius apud Photium in Bibliotheca fol. 181., ſi tamen vera ſunt. Jure enim haud vera retuliſſe obſervat Lupus in Can. 1. Andegavenſe tom. 5. opp.

(10) Expugnari tandem ut Presbyter fieret paſſus eſt Bleſenſis, quod argumento eſt, jam aetate illâ Archidiaconos promoveri in Presbyteros potuiſſe. Ceterum, qui deinde id lege cautum fuerit, confer laudat. Thomaſſin. p. 1. lib. 2. cap. 20. n. 5.

(11) Vide item Thomaſſ. loc. mox laud., & adnot. 8.

(12) Flodoard. in hiſt. Eccl. Rhemenſ.

bit, idque certe poſt Saeculum X., quod neque obtinuiſſe, neque inter eos tunc temporis adnumeratum fuiſſe Archidiaconum jam (13) ſupra demonſtravimus. Dixeris itaque ex relatis Auctoris verbis Oeconomum potius fuiſſe Leonem, quod officium in Graecis Eccleſiis, & primarium erat (14), & nullatenus omittendum. Tum vero maxime, quod in Eccleſia Romana, aliiſque Occidentalibus confuſum haud raro cum Archidiaconatu (15) fuerit, nec exempla deſint in Orientalibus. Nam & Anatolium Epiſcopum Cpolitanum in Andream Eutychianum, quem promotò ſub honoris ſpecie ad Presbyteratum Aetiò, Archidiaconum ſuum delegarat, totius cauſſae, & curae Eccleſiaſticae diſpenſationem tranſtuliſſe (16) S. Leo Papa ſcribit. Verum Oeconomos hujuſmodi, qui ſimul Archidiaconi erant, & quorum illud praecipuum, ac ſollemne munus, ut inferioribus Clericis praeeſſent, nunquam niſi e gradu Diaconorum veteri in Eccleſia fuiſſe aſſumtos jam abunde demonſtratum. Haud multum noſtro diſſimile illud S. Epiphanii Epiſcopi Ticinenſis exemplum eſt, qui ab Epiſcopo Criſpino, nondum bene veſticeps inter Diaconos adlectus, *omnem* (17) *Eccleſiaſticae converſationis ſubſtantiam & divitias pauperum* adminiſtrandas accepit. At Epiphanium Criſpinus, neque ad Presbyteratum evexit, neque Archidiaconum fecit; quum Ennodiò vitae illius Auctore, a quo haec deſumimus, adteſtante, Archidiaconus in ea Eccleſia eſſet *Silveſter ea tempeſtate probatiſſimus*. Oeconomia propterea ejuſmodi ab Epiſcoporum quandoque lubitu pependiſſe videtur,

(13) Cap. 3. n. 5., & cap. 5. n. 9.

(14) Vide Canones Gangrenſes 7. & 8. unde Oeconomorum, qui ab Epiſcopis conſtituebantur, origo: & can. 26. Chalcedonenſ.; ex quo neceſſitas illos eligendi impoſita Epiſcopis eſt, gravius deinde can. 11. Nicaen. 2. De illis quoque Juſtinian. l. 42. §.4. C. de Epiſc., & Cleric. De Oeconomo item M. E. Cpolitani diximus ſupra nonnulla. Vide Goar ad Euchológ. pag. 228. & Morin. de ſac. ord. exerc. 14. cap. 5.

(15) Notiſſima eſt ſub Sixto S. Laurentii Archidiaconi ſui hiſtoria. De Cornelio quoque Papa ſic habet Auctor lib. Pontifical. in eo. *Antequam paſſus eſſet, omnia bona Eccleſiae tradidit Archidiacono*. De Lucio item. *Hinc omnem poteſtatem Eccleſiae dedit Archidiacono dum ad paſſionem pergeret*. S. quoqu. Iſidor. epiſt. ſaepe laudat. ad Ludifred. *Collectam pecuniam de communione ipſe* (Archidiaconus) *accipit, & Epiſcopo defert, & Clericis partes proprias idem diſtribuit*.

(16) S. Leo epiſt. 57. Confer. Baron. ad ann. 453. n. 7.

(17) Ennodius in vita S. Epiphanii Epiſc. Ticinenſ. apud Thomaſſin. p. 3. diſcipl. lib. 2. cap. 3. n. 6.

tur, nec certum ſimul Archidiaconatus ſufficit argumentum. Fatendum nihilominus id muneris in Orientali Eccleſia Presbyteris potiſſimum fuiſſe conlatum, quod praeter innumera alia argumenta (18), vel ex illo celebri Chryſoſtomi loco conficitur, quem licet alio intortum laudarunt (19) Trullani Patres: *Presbyterorum in Eccleſiis Oeconomia eſt*. Verum antiquioris id ritus fuiſſe, ſatis oſtendit ſequiorum temporum Eccleſiae Cpolitanae diſciplina, in qua Magnus Oeconomus, primum ut ſupra (20) innuimus inter ſex Diaconos Exocatacoelos locum occupabat. An non putaveris illius Eccleſiae morem ceteras ejus Patriarchatus Eccleſias lubenter fuiſſe ſecutas, quum is maxime fuerit Diaconorum inſtitutioni conformis? Utcumque tamen ſe ſe res habuerit quamvis, & ego ultro dem libentiſſime, Leonem in ordine licet Presbyterorum, Reginae Eccleſiae ab Cyrillo Oeconomum conſtitutum; illud tamen nemo eripiet mihi, *poſt ſe Miſſas tenere* idcirco neceſſarium non fuiſſe, quod id muneris non ad Oeconomum, ſed ad Protopresbyterum, ſeu Protopapam ſpectaret, ut capite ſeptimô obſervatum pleniſſime. Itaque Protopresbyterum ſimul & Oeconomum Reginae Eccleſiae fuiſſe S. Leonem concludendum videtur, quod officium illud non jam ordinationis prioritati, ſed induſtriae & merito in Eccleſia Graeca conlatum fuiſſe ab remota antiquitate, ut ſupra etiam (21) oſtendimus, exempla non deſint. Hinc ſcilicet, non aliter ac Criſpinus Ticinenſis idoneum ſibi ſucceſſorem Cyrillus delineabat, quem Cives Catanae praemature eripientes, magno cum eorum Eccleſiae emolumento praeveniendum putarunt.

III. Sed luculentius rei, qua de agimus, teſtimonium ex vi-

(18) Vide Lupum in Schol. ad Can. 26. Chalcedon., & Thomaſſin. p. 3. lib. 2. cap. 2. per tot.

(19) Hoc Chryſoſtomi locô ex homil. 4. in acta Apoſtolor. abuſi ſunt Trullani PP. can. 16., ut ſeptem illos Diaconos, quos Apoſtoli elegerunt nullô modô altaris, ſed eleemoſynarum, ac redituum miniſterio fuiſſe mancipatos ſtabilirent. Qua in re quam turpiter lapſi ſint, vide Thomaſſ. p. 1. lib. 1. cap. 51. n. 11., & 12. Id ſolum docere Chryſoſt. voluit, non ita propriam Diaconorum, rerum Eccleſiae temporalium adminiſtrationem eſſe, ut credi etiam aliis non poſſit, quum ejus aetate oeconomiam Presbyteri gererent, qua de re mox adnot. anteced.

(20) Vide ſupra cap. 5. n. 2. & per tot. & cap. 6. n. 4.

(21) Nonnihil ea de re ſupra cap. 3. n. 3. & adnot. 18. & cap. 6. n. 1.

vita habemus S. Eliae Ennenſis, qui decimô ſpirante Saeculô floruit, ſcriptaque ab Auctore fuit, Monacho huic ſanctiſſimo, vel ſynchrono, vel ſuppare. Is (22) enim quum de praedictionibus Eliae ageret, inter alia in hunc proſequitur modum: *Illud etiam non diſſimile. Quum Regii aliquando eſſet, dum matutinae preces perſolverentur, ad quemdam nomine Demetrium, qui primas inter Presbyteros tenebat accedens ſcite, nobis, inquit, benedic Epiſcope. Is ratus ſanctum virum animi falſum eſſe, ut qui alium pro alio benedictionem rogaret: Agnoſce, inquit, Pater: neque enim ego ſum Epiſcopus. Tum ille: quid te Epiſcopum eſſe inficiare, quum ego Epiſcopi Omophoriô indutum videam? Sane non me fugit ratio, quodque Deus ſemel ſtatuit, id omnino perficiet. Demetrius autem, qui vaticinandi munere divinum Eliam pollere ante cognoviſſet, altâ mente vaticinium Sancti Viri repoſuit, ac ſervavit. Nec poſt multo Cpolim profectus, ejuſque Patriarcham conveniens Sanctæ Corcyrenſis Eccleſiae Epiſcopus ſufficitur in locum Pacomii Viri praeclariſſimi.* Habes hinc Demetrium in Metropolitana Regina Eccleſia, dum haec Saeculô X. Patriarchae Cpolitano ſubderetur, indubium Protopapam, a quo inde evectus eſt ad Cathedram Corcyrenſem, quae non amplius Metropoli Nicopolitanae in Epiro veteri ſubjecta, ſed in Metropolim jam elata erat, ut ex ſupra laudatis Eccleſiae Cpolitanae (23) Diatypoſibus diſcimus. Nec tamen idcirco Omophoriô indutum praevidiſſe Eliam putes, quod futurum Metropolitam praediceret, propterea quod eô ſacrae veſtis ornamentô Metropolitani apud nos, paucique dumtaxat Epiſcopi, quibus ſingulari privilegiô ab Apoſtolica Sede conceſſum eſt, utantur. Etenim ὠμοφόριον commune omnibus Epiſcopis apud Graecos eſt. Sed cave eô nomine niſi ſacrum id generis veſtimentum, quod nos Latini pallium vocamus, non intelligas. Alterius Omophorii genus, quod Epiſcopis omnibus extra ſacrificia commune, invehere conatus eſt Petrus de Marca (24) plu-

(22) Edidit Cajetan. tom. 2. SS. Siculor. fol. 63. Vide fol. 70. & animadverſiones fol. 23.

(23) Confer editam ab Aſſeman. tom. 3. fol. 482. ubi inter Metropolitas num. 73. legitur ὁ Κέρκυρας. Corcyra.

(24) Marca concord. lib. 6. cap. 6.

pluribus Chriſtianus Lupus (25) explodit; nec vacat nunc hanc extra inſtitutum verſare molam. Illud nihilominus perfunctorie obſervandum (26) Graecorum Omophorium laneum quidem albumque, ſed latius, longiuſque Noſtratium palliô eſſe; idque non modo collum involvere, ſed crucibus intextum purpureis, a collo per pectus, & ſcapulas infra genua protenſum deſcendere: nec paucis vero, ut apud nos, ornari crucibus, quas olim etiam purpureas, nunc ut pauciores, ita & nigras adhibemus. Eô interim apud illos non Metropolitae ſolum, ſed ſinguli paſſim utuntur Epiſcopi, quod in Miſſa ubi legendum (27) Evangelium eſt exuunt; nec niſi paullo ante communionem reſumunt. Ejus moris, ut omnes indiſcriminatim palliô uterentur Graecorum Epiſcopi, non longe ab ſua aetate exordia refert, carpitque in ea quam ann. circ. IDCCCCLXVIII. ad Nicephorum Phocam geſſit legatione (28) Liutprandus Cremonenſis Epiſcopus. Verum fortaſſe longe antiquior erat; inde tamen conſtanter hactenus perſeveraſſe conſtat.

IV. Rogerius quoque ille Canonicus Cathacenſis, ſeu quiſquis Auctor ſit Chronici (29) trium Tabernarum, operis non ineptiarum modo, ſed impoſturae etiam contra omnem hiſtoriae fidem compoſitae pleniſſimi, non aliunde ortam narrat Cathedrae Scylacenſis ſuppreſſionem, qua de re canon extat Gelaſii Papae apud Gratianum (30), niſi quia a Proto-

papa

(25) Lupus de African. Rom. Eccl. adpellat. a cap. 7. ad 14. tom. 8. opp. ubi de Omophorio, & pallio plura. Confer etiam Blancûm de exteriori Eccl. politia lib. 3. cap. 2. §. 2. tom. 5. fol. 191., & ſeq.

(26) De Omophorio Graecorum vide quae habet Simeon Theſſalonicenſis in libell. de Templo, & myſtag. tom. 22. Biblioth. PP. de la Bigne. Et Morinum praeſertim, qui diſcrimina late exponit in adnotat. ad eund. Simeonem de ſacr. ordinat. p. 2. adnot. 10. Adi etiam Habert. ad Pontifical. Graecor. p. 2. liturg. ordinat. obſervat. 3. Goarium ad Euchol. pag. 312. edit. Pariſ. nu. 8. Thomaſſin. p. 1. diſcipl. lib. 2. cap. 53. ad 57. Card. Bona 1. Liturgic. cap. 24. §. 16. Vaneſpen p. p. jur. univerſ. tit. 19. cap 5. Natal. Alex. hiſt. Eccl. saecul. 9. & 10. cap. 5. art. 2. Georgium de liturg. Rom. Pont. tom. 1. cap. 4., & 25. Catalan. in Pontifical. Rom. tit. 14. Marangonium in chronol. Rom. PP. cap. 10. animadverſionum, & ſexcentos.

(27) Hunc ritum exponit Simeon Theſſalonic. 1. loco laud.

(28) Vide apud Baron. ad eund. ann. n. 85.

(29) De hoc chron. dictum eſt cap. 11. adnot. 41. ubi & ejus, quae infra laudantur verba, n. 6. retulimus.

(30) Relat. eſt cap. praeced. n. 10.

papa ſuo, quem ipſe ex Graeco Archipresbyterum vertit, occiſus venenô Epiſcopus fuerat, cujus turpis cum ejus uxore commercii diffamati, ultus hôc pactô injuriam ſit. Hinc factum obtrudit, ut Pelagius Papa, cui integrum illum canonem adtribuit hâc poena de urbe exactâ, illam Epiſcopatu privaverit. Lepidum ſane caput, dum iſta truncis, non hominibus ſcripſiſſe putavit. Oblitus eſt mendax homo, ſe paullo antea, totam eo tempore Calabriam, omneſque ipſius Provinciae Epiſcopatus Metropolitanae Eccleſiae Reginae ſubjectos tradidiſſe: Metropolitanum vero Reginum per vim, & dominationem Graecorum a Patriarcha Cpolitano habuiſſe Conſecrationem. Quei ergo heic Romanus Pontifex ad Cathedram ſupprimendam intruditur? Deinde quis inter Romanos Pontifices Pelagius iſte? Neque ſane primus, neque ſecundus, qui ſextô ſaeculô floruerunt: alium enim inde Pelagium non invenies. Eô autem tempore, Bruttiorum Eccleſiae, nec ritu quidem graecô, nec a Cpolitano Patriarcha regebantur. Hinc itaque ex ritu graeco, quem in Calabria dudum floruiſſe noverat, ſuam ſemi-graecum illum hominem conſarcinaſſe fabellam, potius erues. Quum enim ſingulis Cathedralibus Eccleſiis primas ab Epiſcopo Protopapam tenuiſſe, atque in eo ritu uxorem ſimul, contra ac Epiſcopum, habere potuiſſe ſciret, apte quidem & ſimultatis cauſſam, & vindictae ſtruxit. Privationem vero in urbe Scylacei ad ea tempora tranſtulit, ut etiam Epiſcopatus ſui Triſchinenſis commentum adpoſite inde conſueret. Ceterum Eccleſiam Scylacenam, ex quo ſub primis ipſis Northmannis ad latinum tranſivit ritum, numquam fuiſſe ſuppreſſam, perennis ipſa Epiſcoporum ſeries, ac ſucceſſio demonſtrat. Qui autem in diplomate Rogerii Comitis (31) Michaël *Mixtra*, & *Mamaus* Protopapae cum filiis ſuis, aliiſque pluribus Graecis *Papadibus* Theodoro Meſimerio tunc Epiſcopo Scylaceno homini quidem Graeco, ſed Northmannis partibus addictiſſimo ejuſque

(31) De hoc diplomate, & Presbyteris in eo contentis vide cap. 4. adnot. 45.

que Eccleſiae in ſervitutem donati ſunt ; non Eccleſiae Cathedralis, quae unicum habere poterat, ſed plebium potius Protopapas fuiſſe arbitror; qui, quod cum ceteris illis Clericis Graecorum partibus ſtuduiſſent, contractas, repetendaſque ab eis poenas, hôc pactô remiſſas habuerunt, ſi vera ſunt, quae in diplomatis fidei hactenus non indubiae narrata legimus.

V. Ex monumentorum interim defectu temporum illorum, in quibus ſub Patriarcha Cpolitano Eccleſiae Calabriae fuerunt, nihil ultra de Protopapis aetatis illius nobis innoteſcit. Verum ex quo ad Romanum redierunt, multa adhuc in iis Protopaparum ſeges, quae non ſtatim latinum amplexae ſunt ritum, ſed in Graecitate diu perdurarunt. Hujuſmodi potiſſimum fuerunt Eccleſiae illae, quae in ultimo Calabriae angulo ad meridiem locabantur, praeter unam Roſſanenſem in ora ſuperiori ad ſinum Thurinum. Profecto Reginam Eccleſiam, quae omnium princeps erat, ad latinum ſtatim ritum feciſſe tranſitum, non Arnulphi incerti mihi adhuc hominis, ſed V. potius illius, quem ſupra innuimus Archiepiſcopatus, ſanctique Brunonis Chartuſianorum Fundatoris (32) electio, atque Rangerii hominis Galli, illô reluctante ſubrogatio, evidenter oſtendunt. Hunc Rangerium S. R. E. Presbyterum Cardinalem ex ordine S. Benedicti Monaſterii Turonenſis adſumtum, jam ab anno CIƆXC. electum fuiſſe Archiepiſcopum Reginum, ex ſubſcriptione utriuſque chartae graecae, & latinae, quâ Theodorus Meſimerius Epiſcopus Scylacenus locum *Turrim* nuncupatum, Brunoni, ac Lanvino, ejuſque ſociis Chartuſianis conceſſit, ubi unicô *Electi Regienſis* titulô diſtinguitur, perſpicuum foret ſi rectae (33) no-

Hh

(32) De electione S. Brunonis vide Surium ad *6.* Octobris cap. 22.

(33) Haec dicimus, quoniam diploma, quod ex graeco verſum Stephanus Manfredus in reſponſione Apologetica adverſus Caſtaneam fol. 73. exhibet, ſignatum legitur. *Die ſeptima Decembr. Ind.* 15. *anno nonageſimo poſt milleſimum*. Huic autem anno, neque ex more graeco Indictiô cohaeret, in quo eſſet 14. neq. ex Romano, in quo eſſet 13. Niſi aut Amanuenſis, aut typorum lapſus ſit, difficile conciliari poſſunt. At non idcirco ex hoc tantum diploma in ſuſpicionem adduci fateor, quum plura ejuſmodi; quae alias omnia ſinceritatis indicia exhibent, occurrant; ſed non adhuc annorum, Indictionumque initiis apud varias gentes bene extricatis, ſuppoſitae incohaerentiae cauſſa lateat. Vide Murat. diſſ. 34. antiq. med. aevi. Ceterum plura alia adverſus illud diploma ad ſuprema Tribunalia delata indicia ſunt, quae vel hôc roborari poſ-

notae eſſent; illudque omni νοθείας ſuſpicione vacaret. Eundem Urbani II. in Galliis comitem, Majorem Eccleſiam Monaſterii Turonenſis ſimul cum illo ann. (34) CIↃXCVI. dedicaſſe ſcribit Anonymus Auctor apud (35) Mabillonium; ejuſque mentio, cum ſolo licet Cardinalis titulo, in diplomate Eccleſiae Turonenſi ab Urbano eôdem ann. dato (36) inter ceteros Cardinales occurrit. Ejus autem ad hunc gradum adlectio, inter annum CIↃCX. quo electus Archiepiſcopus Reginus eſt, & ſequentem, quo diplomati (37) ejuſdem Urbani pro Cavenſi

Mo-

poſſunt. Errat interim Ughell. dum Rangerium an. 1095. huic donationi interfuiſſe, eôque annô non adhuc conſecratum adſerit: immemor quidem, quod paullo ante Eccleſiam S.M. Corporis Cavae ann. 1092. conſecraſſe narret. Quei enim adhuc electus dedicare Eccleſiam potuerat? Ex jam tunc temporis inducta diſciplina, quamvis conſecratus Epiſcopus & palliô non adhuc receptô, Electus tantum, non Archiepiſcopus nuncupari debuerit, palliô autem non adhuc receptô, illi nequidem Baſilicas dedicare fas erat.

(34) Contigiſſe hujus Eccleſiae dedicationem ann. 1096., quô tempore Turonis fuit Urbanus 2. menſe Januariô, & Martiô conſtat ex Chronogropho Malleacenſi apud utrumque Pagium, & ex Chronic. MS. Turonenſi laudato a Labbaeo tom. 10. pag. 602. At ne mirere quod Mabillonius in annalib. Bened. lib. 67. n. 103. annum ſignet 1095. ex Monacho fortaſſe Anonymo, cujus verba habes adnot. ſeq. Etenim, ut paſſim obſervant Chronologi, annus in Gallia a Paſchate initium ducebat, adeoq. annus 1096. eo ann. a die 13. Aprilis in quem incidit Paſcha exordium ſumſit. Vide plura apud Pagium an. 1092. a n. 1. ad ſeq. de hiſce ipſiſſimis annis 1095., & 1096., ad moram quod attinet Turonis, diverſô modô ea de cauſſa ſignatis.

(35) Confer Mabillonium tom. 5. Annalium laud. pagin. 364. edit. Pariſ. 1713. *Quo die*, inquit Anonymus, *idem* (Pontifex) *cum Rangerio Archiepiſcopo Regienſi duplex alphabetum graecum, & latinum in Baſilica deſcripſit, & ipſius Baſilicae parietibus crucis ſignum ex oleo impoſuit, atque altare Crucifixi ſacravit*. Hôc etiam inter alia conſecrationis unius Eccleſiae plurium Epiſcoporum miniſteriô peractae utitur exemplô Benedictus XIV. in ea quae eſt ad Engelbertum. Abb. Campidonenſem ea de re epiſtola in adpendicem ad tom. 4. Bullarii ſui relata.

(36) Extat apud Baron. ad an. 1096. num. 3. *Noſtris Cardinalibus Teuzone, Alberto, Gregorio Papienſi, Ranſgerio, & Hugone Primate Lugdunenſi . . . . praeſentibus*.

(37) Apud eund. Baronium an. 1092. n. 28. *Ego Rangerius Regitanus Epiſcopus ſubſcripſi*. Quod equidem diploma neſcio, qua ratione ad annum praecedentem a Mabillonio referatur. Sed illud obiter ſine obſervatione praetermittere nolo, ſignatum eſſe hoc diploma 18. Kal. Oct. 15. Indict. ann. Incarnat. 1092. Pont. Urbani 2. anno 5. Interim apud Georgium Surianum in adnot. ad vitam S. Brunonis proſtare ejuſdem Urbani, alterum, quô donatio illa Theodori Meſimerii, qua de ſupra eidem S. Brunoni confirmatur datum. *Prid. Id. Octobr. an. Incarnat.* 1092. *Pontificat.* 5. *Ind. I.* In primo itaque Pontifex Indict. Romanâ in 2. Cpolitanâ, quae a Kal. Septembr. eo ann. prima erat, uſus videtur. Quoniam vero raro admodum per ea tempora in chartis Pontificiis Roman. Indict. occurrit, facile dixeris in utroque potius Conſtantinianam, quae ab 8. Kal. Octobr. ducebat initium adhibuiſ-

ſe

Monaſterio ſubſcripſit, referri a Mabillonio videtur, quamvis revera Urbani promotionum obſcura ſint tempora. Is & Cavenſis Eccleſiae dedicationi anno CIↃXCIII., & Concilio Claromontenſi anno CIↃXCV., & Concilio tandem Vaſtallenſi anno CIↃCVI. interfuiſſe (38) legitur. Verum illud accidit, ut quamvis latini Epiſcopi Regii conſecrarentur, eaque Eccleſia ſtatim ad Romanum traducta ſit ritum, major tamen Dioeceſis pars, ceteris graeci ritus adfinis, illaque praeſertim, quae ad meridiem erat, a graeco more, rituque, quibus adſueverat, non facile diverteretur. Et jure quidem, nam Bovenſis, Hieracienſis, Oppidenſis Dioeceſes, quae undique Reginam ambiunt, ejuſque Epiſcopi, quamvis Romano Patriarchae ſubderentur, graecô tamen ritu utebantur. Sane Bovenſis Eccleſia nonniſi ſub Julio Staurieno Epiſcopo ann. CIↃIↃLXXIII. (39) omnium Eccleſiarum Calabriae ultima ad ritum latinum venit. Hieracienſis autem graecum non mutavit, niſi ann. CIↃCCCCLXXX. (40) ſub Cl. illo Epiſcopo Athanaſio Calceopylo, & ipsô quidem homine graecô Cpolitanô. Factum id ſub Sixto IV. qui paullo ante annô CIↃCCCCLXXII. (41) Oppidenſem Eccleſiam, obitu

ſe Urbani Cancellarium. Datum eſt enim primum 13. Septembr., alterum 14. Octobris. At quae cauſſa, ut idem Pontifex in eadem Italiae regione tunc morans diverſis Indictionibus in ſua Cancellaria utatur? Vide, ſi utrumque diploma verum eſt, quam difficile ſit Indictiones conciliare, non minus quam annos in diplomatis diſtinguere, ſive ab Incarnat., a Nativit., a Circumciſione; ſive Gallicos, Piſanos, Pontificios; communes.

(38) Confer Mabillon. loc. laud. adnot. 34. At diploma Cavenſe omnino ſuppoſititium Morinus putat 10. de poenit. 10. 10., licet nullam ibi judicii ſui adducat rationem.

(39) Fuit hic ex ord. Praedicator. Epiſcopus Megarenſis ad Bovenſem Eccleſiam translatus 16. Martii 1571., ubi graecum ritum extinxit. Vide Ughell. in Bovenſib. tom. 9. col. 339. & 341., & Rodatâ tom. 1. fol. 410.

(40) Hôc ann. 1580. 29. Martii, non 1581. menſe Aprili, ut Paſqua ſcribit in Epiſc. Hieracienſib. in Calceopylo, mutatum fuiſſe illius Eccleſiae ritum diſertiſſime legi in calce Antiphonarii Communis SS. ut vocant illius Baſilicae in charta membranacea a Presbytero Gregorio Paparcadio juſſu Calceopyli ipſius manuſcripti, teſtatur vir doctus, mihique amiciſſimus illius Eccleſiae Canonicus Poenitentiarius Joſeph Anton. Parlaus in adnotat. ad vit. Epiſc. Hierac. Paſquae fol. 288.

(41) Confer Ughell. tom. 9. in Oppidenſ. col. 417. Verum ſcito non in graecis litteris, ſed in ſcientiis potius Nicolai Praeceptorem Hieronymum fuiſſe ſcribi a Gandulpho differt. de 200. ſcriptorib. Auguſtinian. cap. 178. Sub eo extinctum fuiſſe ritum graecum tradit Gandulphus idem, quod tamen difficultate non vacat. De eodem Hieronymo vide Herreram in Alphabeto Auguſtiniano litt. H.

Digitized by Google

Hieronymi de Neapoli Ord. Eremitarum S. Auguſtini Viri graece valde periti, ac Nicolai V. Praeceptoris, vacantem, Hieracienſi univerat; quô, ut octo inde annis ab graeco ritu ſimul deſciverit, conſequens fuit. Hic Athanaſius vir ceteroqui magnus non dignitatis certe, nominiſque Epiſcopalis defenſione, ut Paſqua (42) ſcribit, ſed graecô potius faſtu, ac favore fortaſſe, quô olim fruebatur, Cardinalis Beſſarionis praeclariſſimi ejuſdem gentis hominis, in cujus domeſtica diſciplina educatus fuerat, ſuôque etiam nomine fretus, quod in Conc. Florentino, cui adhuc Abbas (43) interfuerat, inclaruerit, Metropolitico Reginae Eccleſiae juri ingens vulnus infligere conatus eſt. Utramque enim Eccleſiam ad latinum ritum traductam ab Reginae juriſdictione ſubducere, atque ad antiquam reducere Romanam Provinciam mordicus tentavit; exemplum, ut puto, Miletenſis imitari ſtudens, quae ex duabus etiam graecis ſedibus in unam latinam Romanae Sedi *αμέσως* ſubjectam coaluerat. Sed aequior ibi ratio, cujus heic ne vola quidem, vel veſtigium interceſſerat. Rogerius Comes Eccleſias illas deſertas jamdiu, deſtructaſque, & a ſaeculis ſine Epiſcopis, ſine Collegio, ſine reditibus Saracenorum incurſionibus in vaſtitatem redactas, ſolo nomine unire dictus eſt; re autem verâ unam ipſe, novamque excivit Miletenſem: ac fundô, dote, aedificiô totam quanta quanta eſt erexit. Quid haec ad integras duas, vigenteſque Eccleſias ex quibuſdam temporum circumſtantiis ſolâ Pontificis voluntate unitas? An jure ſuô frui permiſſa eſt Eccleſia Regina, quum haec latinos Epiſcopos habebat, & illae graecos: deinde vero, quum hae Metropolitanae ſuae ritum adoptarunt, privari debuit? An item ex ritu graeco quaeſitum Eccleſiae Reginae jus erat? Si ſolidi quidpiam hoc argumentum habuiſſet, jamdiu in Tropaeanam, (44) in Neocaſtrenſem, in Scylacenam jura ſua Regina Eccleſia amiſiſſet, quod Eccleſiae illae latinos Epiſcopos illico ſub Nothmannis acce-

(42) Paſqua in Epiſc. Hierac. fol. 288.

(43) Erat Abbas Monaſt. S. Mariae de Patirio.

(44) De his Eccleſiis ad ritum latinum ſenſim traductis, vide Ughell. tom. 9. Confer & tom. 1. in Miletenſib. diplomata erectionis, de quibus ſupra.

ceperint. Sed meminiſſe oportebat, quam prudenter de jure conſecrandi Epiſcopum Miletenſem, vel ex hoc uno haeſitaverit olim S. Gregor. VII., quod recens erectus Epiſcopatus intra fines eſſet Reginae Paraecie; nec niſi ſpeciali ex Fundatoris voluntate, eripi illi indultu potuerit. Obtortô itaque, ut ajunt, collô hæc fortaſſe trahebantur. Ceterum jus conſecrandi Epiſcopos omnes Provinciae ſuae, ſeu *Eccleſiae ſuae ſubjectos tam Graecos, quam latinos*, ab Alex.III. jamdiu (45) confirmatum habebat Archiepiſcopus Reginus, ut niſi ſupremô dumtaxat ſpoliaretur arbitriô, nodum in ſcirpo quaerere voluerint, qui hiſce ſophiſmatis confidebant. At, quae eſt humanarum rerum conditio, ad Paulli uſque III. tempora (46), non ſatis proſpectum Reginis rebus. Aequi, juſtique tenax hic Pontifex Reginae tandem Eccleſiae integrum, plenumque jus reddidit, quum duas illas Eccleſias (47); diremtô unionis vinculô, in priſtinum reſtituit ſtatum. Vacante nimirum ob Alexandri Card. Caeſarini ceſſionem ann. CIↃIↃXXXVI. Eccleſiâ utrâque, Paullus III. Tiberium Muti ad Hieracienſem, Petrum Andream de Ripantibus ad Oppidenſem promovit Eccleſiam, utramque, ut olim, Reginae Eccleſiae ſubjectam: factumque inde, ut controverſiae a potentiſſimis Hieracienſis Eccleſiae (48) Adminiſtratoribus Athanaſii faſtum proſequentibus non interruptae, ſuper quibus tamdiu certatum erat, omnino ceſſarint. Cui equidem ſanctioni paruerunt deinde lubentiſſime Epiſcopi Hieracienſes, delatis ex veteri more ad Metropolitanum Reginum adpellationibus. Andreas quoque Candida Epiſcopus Hieracienſis annô CIↃIↃLXV. a Caſpare de Foſſo Archiepiſcopo Regino, ex praeſcripto Tridentini primô Provinciali Conciliô Regii coactô, praeſens inter Suffraganeos adfuit. Interfuiſſet

autem

(45) Confer diploma Alex. cap. anteced. relatum.

(46) Nam Leonis X. aevo Card. Bandinellus Saulius Hieracienſis Epiſcopus diploma etiam obtinuit, quô eius Eccleſia, ut Paſqua narrat in eo, a juriſdictione ſimul, & viſitatione Roberti Urſini, atque Hieronymi Centelles Reginenſium Metropolitanorum exemta, ſub Sedis Apoſt. protectione recepta eſt.

(47) Confer. Ughell. in Oppid., & Hieracienſib. tom. 9.

(48) Qui enim Athanaſium ſecuti ſunt Epiſcopi Hieracienſes, aut praeclarae nobilitatis viri, aut S. R. E. Cardinales fuerunt. Vide Paſqua, vel Ughell.

autem & II. annô CIƆIƆLXXIV. ab eodem Caſpare Terraenovae in Oppidenſi Dioeceſi convocato, niſi, quô tempore Synodus celebraretur, fatum obiiſſet extremum. Tertio quidem omnium celebriori, cujus acta aliquando lucem videbunt, adſtitit ann. CIƆIƆLXXX. Octavianus Paſqua. Quarto vero ſub Caſparis ſucceſſore Hannibale de Afflictis an. CICIƆCII. congregato praeſto fuit Horatius de Matthaeis, nullô exemptionis titulô ſibi ab eorum quolibet adrogato; quô pactô intereſſe ſe teſtatus eſt Epiſcopus Miletenſis, Conciliorum Provincialium cauſſâ, ad Tridentini decreti amuſſim, hôc vicinô Metropolitanô ſemel electô. Quum igitur ante Staurieni, & Calceopyli tempora in tribus iſtis Dioeceſibus, atque in iis Reginae locis, quae illis confines erant, tamdiu graecus ritus viguerit, nil mirum, ſi & ſub Romano Patriarcha, hodieque adhuc ritu graecô depoſitô, vigeant Protopapae, veluti lipſana quaedam, ac rudera Graecorum temporum.

VI. Regii itaque inductô latinô Archiepiſcopô, quum tanquam in Urbe Calabriae principe, & Ducis Graecorum Sede, tum ejus ritus Presbyterorum, quum vero & illius gentis hominum copia eſſet, illud opportune proviſum, ut omnes Presbyteri Graeci uni Eccleſiae addicerentur; in qua non modo eſſet, qui Graecorum omnium, ſive permanentium, ſive adventantium, ſive ſuccedentium curam haberet, verum etiam ritus, & ſucceſſio ſervaretur in gente, conſtitutô communi corpore ſive Collegiô, cui Protopapas omnium Curator praeeſſet, non ſine Deutereo ſuo, qui ejus vices ſuppleret. De hac quidem Eccleſia, ac Reginis Protopapis nonnulla infra ediſſeram ſuô locô (49), ut decet, ſegregata. At vero in ea Dioeceſis parte, quae ad Auſtrum eſt Bovenſi contermina, manſit omnino ritus graecus; atque cum eo in numeroſioribus plebibus Protopapae Curiones, ac Deuterei promovebantur ex more, quibus ita commiſſa erat animarum cura, ut potioris Eccleſiae regimen Protopapae, minoris vero Deutereo cederet: ambo tamen cum *Papatibus* ceteris in unum coirent Eccleſiae majoris Collegium, quod deinde noſtri

(49) V. de caput 15. per tot.

ſtri *Comonlam* nuncuparunt. Hinc hodieque non Regii ſolum in Eccleſia S. M. de Catholica Protopapam cum Deutereo ſuo habemus; ſed in Auſtrali quoque Dioeceſis parte in Civitate *S. Agathae*, atque in oppidis quatuor, *S. Laurentii*, *Motbae S. Johannis*, *Montisbelli*, & *Pentidactyli*, ubi Protopapae partitam habent cum Deutereis plebium cuſtodiam, quamvis ritu latinô nunc utantur. Nondum autem in ejuſmodi Eccleſiis mutatus ritus, niſi quum omnino in Bovenſi Dioeceſi intermiſſus fuit. Inde enim ſenſim ſine ſenſu ſaeculô ſuperiore omnino lapſus eſt, non alicujus quidem imperiô, aut induſtriâ illum abolere cupientis, quod injurium ſane eſſet (50), atque intolerabile, ſed ignaviâ, & ſocordiâ Presbyterorum, quorum illum ſervare magis intererat. Adeo nimirum linguae graecae ignorantiâ poſtremo laborabant, ut volentes nolentes coacti fuerint Archiepiſcopi plebibus Rectores providere latini ritus, unde neceſſario manabat interitus graeci: quodque mirere, prius in ipſa Urbe Regina, ubi major eſſe poterat copia ſtudiorum, quam in pagis, concidit. Quum ann. CIƆIƆXCIV. piiſſimus ille Archiepiſcopus Hannibal de Afflictis Catholicam Graecorum Eccleſiam Regii (51) viſitabat, Protopapam jam invenit ritus latini: Presbyteros vero Graecos ut examini ſubjiceret, Nicolaô Panzera Civitatis S. Agathae Protopapa, ac laicô virô J. U. D. Dominico Cyriaco linguam graecam adprime callentibus uti oportuit. Ita quippe ablegatum jam erat ab Urbe linguae hujus ſtudium nobiliſſimum. Hinc igitur factum, ut ſaeculô ſuperiore, remanſerint quidem in locis hiſce Protopaparum, ac Deutereorum Dignitates, ritus tamen in latinum tranſierit: linguam autem quamvis corruptam retinuerit vulgus ad confuſionem ignaviae Clericorum.

VII. Simile quidquam obſervari in Bovenſi Dioeceſi poteſt,

(50) Mentem ſemper fuiſſe Rom. Pontificum, ut errores Catholicae fidei adverſi a Graecis evellerentur: nunquam vero id actum eſſe, ut venerabili Orientali ritui detrimentum ullum inferretur, teſtatus eſt paſſim immortalis mem. Pont. Bened. XIV. in ea, quam ad Miſſionarios per Orientem deputatos ſcripſit epiſtola, anno 1755. Bullar. ſui tom. 4. inter conſt. 47.

(51) In libro viſitat. ann. 1594. fol. 65. in Archivio Archiepiſcopali.

teſt, ubi praeter primam Eccleſiae (52) Cathedralis Dignitatem, Protopapae etiam audiunt, quicumque potiorem gerunt animarum curam locorum *Amendoliae*, *Palitii*, *Brancaleonis*, *Motbae Rocbudi*, *Africi*, aut alibi, quod ritu graecô obſoletô, purum nomen reſiduum in *Plebanis* fuerit. At lingua obſtinatô adeo cultu in incolis perſeverat, ut alicubi nonniſi graece loqui ſciant, perpetuô Presbyterorum opprobriô, qui vel ab ipſis eam addiſcunt, ut Catacheſes illis, aut ſacramenta rite miniſtrare valeant. In Hieracienſi autem Dioeceſi graecanicam hanc Dignitatem in praecipua tantum Eccleſia Caſtri veteris, ubi olim Cauloniam fuiſſe putant, adhuc reperiri ſcio, quod Calceopylus fortaſſe, ſuae gentis oſor, extirpare penitus graecum morem ſategiſſet. Sane in Oppidenſi proſtat dumtaxat in oppido S. Chriſtinae graecorum Monachorum incolatu olim celebrato, quô impendente Regio ab Saracenis clade, conceſſiſſe SS. Monachos (53) Eliam, ac Danielem Auctor Biographus narrat. Supereſt autem & in Dioeceſi Miletenſi veſtigium, in ea, quae ex Taurianae graece Urbis reliquiis aedificata eſt, Civitate, quaeque hodie Seminaria nuncupatur, ubi, erectô Mileti Epiſcopatu latinô, exſtitiſſe ſemper ſuſpicor Protopapam (54) Graecorum, qui brevi

(52) Archipresbyterum Eccleſiae Cathedralis Bovenſis primam Dignitatem Protopapam graecâ voce nuncupatum eſſe teſtatur Ughell. in Bovenſib. col. 338. tom. 9.

(53) Apud Octav. Cajetan. 2. SS. Sicil. fol. 72.

(54) Monumentum quoddam juriſdictionis cujuſdam delegatae in Johannem Trigamum anno 1502. Seminariae Protopapam, extulit nuper in lucem Vir doctus Natalis Maria Cimaglia in hypercritica illa Apologia jurium Epiſcopalium in Monaſterium SS. Trinitatis Mileti edita Neapoli anno 1762. fol. 207. Urbem Taurianam, non modo longe ante tempora abſtractionis *Dioeceſeon* fuiſſe Epiſcopalem ex innumeris liquet monumentis, ſed etiam ſub Patriarchatu Cpolitano conſpicuos habuiſſe Epiſcopos conſtat. Lubet heic addere, quae de ſua ad Leonem Imperatorem legatione narrat Petrus Epiſcopus Taurianae in vita S. Fantini tom. 1. SS. Sicul. fol. 160. *Quo tempore Leo haereticus tertiô jam annô imperabat mandatum mihi, atque aliis quibuſdam Siculis, ab eo qui id temporis in Sicilia rei bellicae ducem agebat, uti ad Imperatorem legati adiremus, de quibuſdam ad Provinciam ſpectantibus capitibus corrigendis*. Excidit mihi hic locus cap. 12. adnot. 18., e 19. ex quo colligi facile poteſt ad Siciliae Praetorem extremam novae Calabriae partem, vigente adhuc Exarchatu Ravennate, pertinuiſſe, ſi de tertio Leonis Iſauri anno heic ſermo eſſet. Verum quum & ejus filius Leo, & Leo deinde Armenus etiam haeretici fuerint, de quo hic Auctor loquatur, obſcurum. Illud ſaltem certum, ſi de poſtremo hoc loquitur, nono ſaeculo ingruente, ad Sici-

vi tranſiit in latinum. An autem in aliis Calabriae Dioeceſibus, aut nomen, aut dignitas ſuperſit, me hactenus latet: neque enim diſſertatio haec modo promenda erat in lucem, foetus praeceps, & abortivus. In Provincia quidem Regina, neque in Neocaſtrenſi, neque in Tropaeana, neque in Scylacenſi Dioeceſi reperitur; quod Eccleſiae (55) illae ſtatim ſub Northmannis latinum amplexae ſint ritum. Nicoterenſis diu eo tempore, & poſtea ſub viduitate jacuit. Cathacenſis autem uſquequaque latina fuit, quidquid nobis obtrudat Rogerius ille in chronico Trium Tabernarum, nugator & gerro, ſi ſuperis placet, elegantiſſimus. Crotone potius ſupereſſe aliquod putaveris veſtigium, quum ad ritum latinum circa finem Saeculi XIII. tranſiſſe illa Eccleſia credatur, eo quod paullo ante Epiſcopum habuerit (56) Nicolaum de Dyrrachio Virum in graecis litteris excultiſſimum. Verum quum nullam Dioeceſis illa habeat amplitudinem, ritum in Urbe mutaſſe, ac vel nomina extinxiſſe, idem perinde fuit. In Caſſanenſi vero Dioeceſi, quae diu ad Reginum Metropolitanum pertinuit, fuiſſe etiam in Terrae Altimontis Protopapam Graecum ex quodam inſtrumento didici, quod V. C. Sebaſtianus Paullus in lucem (57) extulit. Ibi enim Eccleſiae S. Jacobi, quam primariam illius loci puto, Archipresbyter, ita ſubſcriptus occurrit *Ανδρέας ὁ Πρωτοπαπᾶς Andreas Protopapas*. Quod invictiſſimum equidem ſuppeditat argumentum, illam quoque Calabriae partem, quamvis diu Langobardorum, haud tamen temere Graecos Regino Merropolitano ſuppoſuiſſe, quod illam aliquando adeo ſui juris habuerint, ut graecum etiam ritum eo inferre potuerint, qui niſi poſt Leonis Iſauri tempora, ut

Siciliae Praetorem ſpectaſſe, nec niſi tardius auditos eſſe Calabriae Duces.

(55) Confer Ughell. tom. 9. in illis Epiſcopatibus. De Nicoterenſi vide quae diximus cap. praeced. prope finem. De originibus Eccleſiae Cathacenſis differam, Deô annuente, in alio opere ex propoſito.

(56) Ex Brevi electionis ejus, quod refert Ughell. tom. 9. col. 385. *datum Anagniae 4. Non. Septembris ann. 12. Innocentii IV.*, in quo vocatur *vir literatus, & in latina, ac graeca lingua peritus*, ann. 1254. fuiſſe electum conſtat, quum eô ann. 24. Junii annus 12. Innocentii incipiat. De ejus legatione ad Michaëlem Palaeologum Imperat. Cpolitanum, vide Wadingum in Annalib. Minor. ad ann. 1264.

(57) In differt. de ritu Eccl. Neretinae exorcizandi aquam &c. pag. 111.

ſupra oſtendimus, inferri certe non potuit. Porro quamvis in Conſentina Dioeceſi, aut circum, nullum hodie, quod ſciam hujus tituli ſuperſit veſtigium, ibi tamen & viguiſſe aliquando ritum graecum, tum ex diplomate Rogerii Ducis (58) illi Eccleſiae elargito, quum vero ex more illo canendi graece, latineque evangelium in Dominica (59) Palmarum, qui in illa Eccleſia diu perduravit, ſatis convincimur. Nam quod eam ſpectat Graecorum multitudinem, quae ſparſim nunc circum ea loca ſedet, ac ritu ſuô vivit; ea non ad veterum reliquias, ſed ad novarum Coloniarum adventum pertinet, quae ex Epiro, poſt tempora Georgii Caſtriotae, ſub *Scanderberg* adpellatione notiſſimi, immani Turcarum jugô oppreſſa, huc tranſmearunt. Hujuſmodi autem Graecorum Albanenſium turmas Zangaronae in Dioeceſi Neocaſtrenſi ſuperſtites, lubens vidi, & alibi in utraque Calabria locatas eſſe neminem latet. Ad eorum juventutem pietate, ac bonis litteris informandam, conlatô manu benefica aere multô, Collegium in pago S. Benedicti, qui in Dioeceſi Beſidiarum eſt, annô CIↃIↃCCXXXIII. extruxit Clemens XII. Pontifex munificentiſſimus a ſuae praeclariſſimae familiae Cognomine Corſinum nuncupatum; Graecô quoque Epiſcopô ibi deinde conſtitutô, qui & adoleſcentes graecô ritu ad Ordines promoveret, & ritum Italo-Graecum ſervandum curaret. Jamdiu enim in omnibus Calabriae utriuſque Cathedralibus peremtô ritu Graecô, in id ſaepe heic morantes Graeci impingebant, ut aut ab latinis Epiſcopis ad ordines latinô ritu promoverentur: quod inconveniens dudum Tancredo (60) de Hannibaldis Archiepiſcopo Hydruntino ſcribens Caeleſtinus III. improbarat; aut vagari extra natale ſolum ad Epiſcopum Graecum inveniendum coacti, in Schiſmaticos a quibus promoverentur, in-

(58) Apud Ughell. in Conſentinis tom. 9. col. 119. in quo legitur: *dono . . . . omnes Eccleſias veſtri Epiſcopatus cum Presbyteris, tam graecis, quam latinis . . . . filiis denique, atque heredibus eorum*.

(59) Conſtat hic ritus ex ordinario Lucae Archiep. Conſentini, cujus ea de re fragmentum refert Martene 4. de ritib. cap. 20. nu. 5. colum. 199. edit. Mediolan.

(60) Refertur cap. 9. de temporib. ordination. Scriptam fuiſſe Tancredo de Hannibaldis hanc epiſtolam tunc temporis Archiep., monet Lucentius in addit. ad Ughell. tom. 9. fol. 56. Vide & cap. 11. eod.

incurrerent. Verum conſtitutô primum Romae in Collegio Graeco a Clemente VIII. ann. CIƆIƆXCV., tum vero nuper ann. CIƆIƆCCXXXV. a Clemente XII. hôc locô ejus ritus Epiſcopô, ſatis, & ordinationibus, & aliis Graeco-Italorum neceſſitatibus, ac ritibus, editis (61) conſtitutionibus, proviſum. Illud mirum in Provincia Severinate, in qua poſt adventum Northmannorum ritus graecus diu viguit; ac pagi nonnulli (62) hodieque mixti latinis, ac graecis, ſive Epirotis cum ritus etiam hujuſmodi Sacerdotibus inveniuntur; minime tamen alicubi audiri titulum Protopapae. In Dioeceſi dumtaxat Roſſanenſi (cujus Cathedralem Eccleſiam ad ritum latinum totô conatu translatam voluit Matthaeus de Saracenis Reginus homo, Ordinis Minorum alumnus, qui an. CIƆCCCCLX. creatus (63) Archiepiſcopus fuit) in eis, qui ab Epirotis incoluntur pagis, Protopapam e Curionum, ut puto, genere, & ritu, & nomine graecum, qui ceteros ritus ejusdem Presbyteros praecedat inveniri equidem accepi; quamvis nullam illius Ughellus, ejuſque addentes (64), ubi de Graecis hujuſmodi Roſſanenſis Dioeceſis agunt, ingerant mentionem.

VIII. Rariores hodie in Sicilia Protopaparum memoriae, tametſi Inſula iſthæc feliciſſima graecarum deliciarum ſedes fuerit. Sed quoniam ab anno CIƆCCCXXVII., ducentis ferme, & quinquaginta annis, barbaro, ſaevoque Saracenorum jugo, qui Panormi etiam Amirarum ſedem locarunt, ſubjecta fuit;

Ii 2 nul-

(61) Edidit Clem. VII. inſtructionem pro ritu Italo-Graeco, ſed uberrime nuper ei providit ſapientiſſimus Pontifex Bened. XIV. editâ prolixâ conſtit., quae incipit *Etſi Paſtoralis*: Bullar. ſui tom. p. conſt. 57. Vide illam §. 7.

(62) Vide quae de pagis *Scandale*, & *Cutro* narrantur apud Ughell. tom. 9. in Severinatibus col. 474.

(63) Lepidum eſt quod de hujus promotione ad Eccleſiam Roſſanenſem, recuſatâ prius Reginâ, narrat idem qui promovit Pius 2., ſive Gobelinus lib. 4. commentarior. De illius ad extirpandum ritum graecum connisu, frementibus ex adverſo Canonicis Graecis, novamque, quae ritus latini aedificabatur Cathedralem Eccleſiam diruentibus, plura narrantur etiam prodigioſa, quorum fides ſit penes Auctores. Eo enim collimant, ut graecum ritum diffament. Vide de illo Wadingum in Annal. Minor. ad an. 1428. §. 6. 1438. §. 4. 1444. §. 46. 1449. §. 36. & Ughell. tom. 9. in Roſſanenſ. ubi & prolixus Commentariorum Pii locus occurrit.

(64) In addit. ad Ughell. laud. loc. ſub init. caſtra ab Epirotis habitata haec recenſentur. *S. Laurentius. S. Demetrius. S. Georgius. S. Coſmas. Spezzanellum*, & *Vaccariſium*.

Digitized by Google

nullum paene, niſi in duabus principibus Urbibus, Panormi, ac Meſſanae Chriſtianae Graecitatis veſtigium manſit. Graeci ſcilicet, qui aut in ampliſſimis iſtis Civitatibus poſt Northmannorum adventum reperti ſunt, aut ex commercio eô frequentiſſime adventabant, ſuum habuere Protopapam, qui & Clero graeco praeeſſet, & nationis populum quodammodo regeret. Meminit *ὁ μακαρίτης* Canonicus (65) de Johanne *Chriſtoduli de Calos Protopapae Civitatis Panormi*, qui annô Graecorum ſexies milleſimô ſexcenteſimô ſeptuageſimô ſecundô, hoc eſt vulgari Chriſti CIↃCLXIV. cuidam alienationi bonorum interfuit, ſubſcripſitque inter monumenta hiſtorica manſionis SS. Trinitatis (66) jam editae. Subdit & in archivo Coenobii Monialium SS. Salvatoris Panormi inſtrumentum exſtare, graecis litteris annô epochae Cpolitanae ſexies milleſimô ſexcenteſimô nonageſimô octavô, qui Chriſti eſt CIↃCXC. exaratum, in quo Gualterio Archiepiſcopo Panormitano, Baſilius quidam dimidium vendidit collis *Billione cum licentia Sacratiſſimi Protopapae Civitatis Panormi Domini Conſtantini*. Porro in ea Civitate, *Eccleſiam S. Mariae de Amirato ſolum per Rectorem, & Clericos Graecos* ſerviri, & ſub protectione Sedis Apoſtolicae ſuſcipi ſtatuit, editô diplomate, Honorius III. X. Kalendas Januarii, Pontificatus ſui annô V. nimirum CIↃCCXXII. ut (67) Pirrus narrat. Ann. quoque CIↃCCXL. *Matthaeus Sacerdos, & Rector Cleri Graecorum*, conſentiente conjuge ſuâ, Wiellielmo Regiae S. Petri Capellae in Palatio Regali Canonico, hortum vendidiſſe legitur in membrana, quam inter graecas ejuſdem Capellae ſervari, idem Canonicus de Johanne (68) teſtatur.

IX. Sed celebrior prae omnibus ſemper fuit, eſtque hodie Protopapas Meſſanenſis, & prae ceteris ſplendidior Catholica ejus Eccleſia. Is enim verum exhibet Protopaparum Praelatorum ſpecimen, ſecundum ea quae in Conc. Lateranenſi (69) IV. pro Urbibus *πολυγλώττοις polyglottis*, ubi diver-

(65) Joh. de Joh. de divin. Sicul. off. cap. 10. fol. 70.

(66) Apud eund. refertur ex cap. 5. monument. fol. 42.

(67) Pirr. in auctario Eccleſ. Panormitan. fol. 306. edit. Venet. tom. 1.

(68) Ibidem.

(69) Conc. Later. 4. can. 9.

verſarum linguarum, ac rituum incolae verſarentur, ſancita legimus. At vero, ut praeclarior dignitas, ita incertior ejus origo, atque inſtitutio. Mea hac de re conjectura haec eſt. Quum ann.CIↃLX. (70), aut ſequenti Rogerius Northmannus, cui Chriſtianam religionem reſtitutam Sicilia debet, felici a Regio in inſulam trajectu, Benhumenâ (71) Saracenicae olim Claſſis Praefectô, qui ad ipſum deſciverat, inſtigante, Meſſanam primum occupavit; arbitror ego, contra ac Picculus putavit (72), aliqua non minus ac Panormi, ut ſupra ex Gaufredo jam demonſtravi, Chriſtianae religionis Graecorum, qui ibi morabantur, veſtigia reperiſſe; ſine tamen Epiſcopo, quem unicum (73) in Sicilia Panormi inventum fuiſſe ex ejusdem Gaufredi hiſtoria diſcimus. Id vel ex erectione Epiſcopatus Troinenſis, primi in Sicilia poſt ejectos Saracenos recens fundati, perſpicuum eſt; in cujus diplomate (74) anno CIↃLXXXII. dato, Rogerius ipſe illi Epiſcopo

omnes

(70) De hac epocha vide Pagium, & Muratof. ad eum ann. ex Malaterra, & Noweirio celebri Scriptore Arabo conjectantes.

(71) Ex Malaterra lib. 1. cap. 3. tom. 1. Biblioth. Sicul. fol. 179., ubi tamen nomina ſatis corrupta ſunt, ſed ex Noweirio a Pagio reſtituta.

(72) In differt. de antiq. jur. Eccl. Sicul. p. 2. cap. 20. & alibi.

(73) Hoc iterum dicimus, non quod nos lateant, quae Allatius in Diatrib. de Simeonum ſcriptis pag. 60. & ſeqq., & poſt eum Pagius ad an. 1152. n. 8. & ſeq., ac Oudinus tom. 2. de Scriptorib. Eccl. ad an. 1140. col. 1185.; & ſeqq. Nili Doxopatri auctoritate decepti ſcripſerunt, fuiſſe adhuc ſub Northmannis in Sicilia Epiſcopos Graecos magnô numerô. Haec enim falſa omnino eſſe, facile, ſi hujus opellae limites paterentur, demonſtraremus. Nili calumnias, & asyſtata in eo commentario, jam ſuperius innuimus. Unicum deinde quod adſerunt exemplum Theophanis Ceramei Archiepiſcopi Tauromenitani, cujus Graecas homilias habemus a Franciſco Scorſo editas Pariſiis 1644., quem ſub Rogerio Rege anno 1140. vixiſſe autumant, ad rem qua de agimus non eſt. Primo quidem quod ſatis dubia aetas illius ſit, nec adeo inepte, ut arbitrantur, ad ſaeculum 9. pertinere Scorſus in prooemio ad homilias conjecerit. Quae enim non Archiepiſcoporum modo, ſed vel Epiſcoporum etiam Tauromenitanorum poſt exactos Saracenos vola, vel veſtigium in Sicilia? Quamobrem nec tanti faciunda nexus cujuſdam litterarum graecarum lectio, quibus Rogerium Regem indicari contendunt, coram quo dicta Dominicae Palmarum homilia ſit. Secundo etiamſi certum id, veraque ea lectio erit, haec nihilominus 80. prope annis a temporibus quibus de loquimur diſtant; nec niſi in diſcordiis Rogerii cum Romanis Pontificibus evenire fortaſſe potuerunt; ſed cum hiſtoria rerum Siciliae eorum temporum conciliari nullatenus poſſunt.

(74) Apud Pirrum in notit. Troinenſi tom. 1. fol. 405. Vide quae ſequuntur de translatione Epiſcopatus Meſſanam, & quae in notit. Meſſanenſi habet fol. 382. & ſeqq.

omnes Presbyteros Epiſcopatus tam graecos, *quam latinos* ſubjecit. In hujus autem Epiſcopatus Dioeceſi comprehenſa tunc Meſſana fuit, cujus Sedes Cathedralis ad ipſam paullo poſt Meſſanam jure translata eſt. Quum igitur Troinae primum, tamquam in arce munitiſſima, & in ipſo velut Siciliae umbilico erectum Epiſcopatum, Rogerius deinde, Urbani II. conſiliô, qui illuc ad eum inviſendum ſe contulit, Meſſanam transtulerit; inde factum reor, ut Robertus Epiſcopus Troinenſis primum, mox Meſſanenſis, quum Epiſcopus eſſet ritus latini, Graecos omnes Meſſanae repertos in ritu ſuo liberrime vivere, ſub Protopapa illorum capite, & Curione reliquerit. Conjecturam hanc meam haud contemnendam fatebuntur docti Siculi, ſi ad ea quae ab eodem Comite pro Graecis Presbyteris ſub ſuo Protopapa Regii conſtituta, ex quodam illius (75), de quo infra dicam, diplomate, adverterint animum. Similia Meſſanae ſtatuiſſe jure credideris, ubi vera ſunt illa. Ceterum creviſſe admodum in hac inſigni Urbe hanc dignitatem autumo, poſtquam Conciliô Later. IV. annô CIↃCCXV. praeſcriptum fuit, ut quum *in eadem Civitate*, *vel Dioeceſi permixti ſunt populi diverſarum linguarum*, *habentes ſub una fide varios ritus ac mores*..... *ſi urgens neceſſitas poſtulaverit*, *Pontifex loci Catholicum Praeſulem nationibus illis conformem providâ deliberatione conſtituat ſibi Vicarium*....... *qui ei per omnia ſit obediens*, *& ſubjectus*. Quamvis autem nonnulli ſint, qui Praeſulis nomine hôc locô (76) ejus ritus Epiſcopum intelligere malint; illud nihilominus, ſi rem ingenue exponere velimus, certum videtur, idcirco Praeſulis potius nomine, quam Epiſcopi uſum fuiſſe Concilium,

(75) Vide infra cap. 15. poſt initium.

(76) In ea eſt ſententia Cl. Aſſemannus de reb. Neap. tom. 4. cap. 6. n. 18. fol. 196., qui in eam rem fruſtra utitur cap. 11. de temporib. ordination. Species enim illa omnino diverſa eſt. Porro ſi ex mente Innocentii in eo cap. culpandus eſt Epiſcopus latinus, qui Clericos ſuos a Graeco facit Epiſcopo ordinari; & tolerari debet, ut Clericus Graecus, de licentia ſui Ordinarii Latini a Graeco Antiſtite ordinetur; non inde ſequitur quemlibet Epiſcopum latinum in Urbibus Polyglottis Epiſcopum Graecum ſui Vicarium habere debuiſſe. Satis quidem eſſet habere qui Graecis praeeſſet: ad ordinandum vero cuilibet Epiſcopo Graeco communionem habenti delegare.

lium, quod liberum locorum Epiſcopis reliquerit, eum quem praefecerint, aut Epiſcopum eſſe, aut Presbyterum, prout locorum vel neceſſitas exegerit, vel commoditas. Auctô itaque Meſſanae, ex commercio ob portus celebritatem frequentiſſimo Graecorum populô; aut ſaltem Graecis in Sicilia diſperſis eadem ex cauſſa eô confluentibus: neceſſarium ſane Archiepiſcopis Meſſanenſibus Protopapam veluti ſui Vicarium Clero, Populo, ac Eccleſiis Graecorum conſtituere viſum eſt. Et haud aliter quidem hujus Protopapae jurisdictionem exponunt ex Antonio Caracciolo (77) Ughellus, & poſt illum Cl. Sabbatinus.

X. Hinc amplam ejus jurisdictionem non ſine dignitatis ſplendore conſpicuam ſponte manaſſe facile conjicies. Procedit enim capite camelauciô (78) violacei coloris ornatô; geſtatque dum ſacra in Eccleſia, vel ſupplicationes in Urbe peragit, baculum graecanicô more adſabre elaboratum, atque ex eorum genere, qui in litterae T formam, ut ſupra (79) di-

(77) Anton. Caracciol. de Sacr. Eccl. Neapolit. monumentis cap. 35. ſect. 2. pag. 358. & ex eo Ughell. tom. 6. in Archiep. Neapolit. pag. 75. *Viget hodie in Archiepiſcopatu Meſſanenſi Dignitas Protopapae, qui veluti Archiepiſcopi ſubſtitutus Graecis praeeſt*. Cl. Sabbatinus in Kalend. marmor. Neapolitan. ann. 1741. in Eccleſia S. Georgii Majoris Neapoli repertum, ad diem 23. Aprilis pag. 105. *Anche al preſente nella gran Città di Meſſina nel Regno di Sicilia evvi il capo de' Greci, ch' eſſi chiamano Protopapa. Queſti è ſuperiore de' Greci; ma sì i Greci, che il Protopapa è ſoggetto all' Arciveſcovo di quella Metropoli*.

(78) Eſt porro *Camelaucium*, quod ex latinis aevi ſequioris nonnulli inverſis litteris Calamaucum dixerunt, unde fortaſſe factum Italis *Camauro*, capitis integumentum ex camelorum pilis confectum, quô apud Orientales Monachi Sacerdotes etiamnum utuntur, cujuſque formam ita Allat. deſcribit 3. de conſenſ. utrinſque Eccl. cap. 8. n. 12. *Capitis tegmen eſt, ex lana nigricante, ut natura illa dedit, textum, rotundum altitudine ſemipalmare, in formam Conchae finiens; quâ caput ingreditur non undequaque rotundatur, ſed ubi aures ſunt, plagulae unguntur, quibus aurium incommodis medentur. Nomen habet, ut ipſe exiſtimo, quidquid alii dicant, quod ex pilis camelorum ut plurimum texatur*. Scilicet ſunt qui putarunt, hanc vocem graece dictam a *καῦμα ἐλαύνειν calorem producere*. Vide Cang. in Gloſſ., & Macrium in Hierolexic. Hôc capitis operimentô rubri coloris utitur paſſim in habitu quotidiano Romanus Pontifex, quum perfecte rotundum aliquando quum gerit, album ſemper geſtet; unde vulgo illi factum nomen *Papalinae*. Eum morem in Romano Pont. antiquum eſſe conſtat ex vulgato Anaſtaſio in Conſtantino PP. *Apoſtolicus Pontifex cum Camelaucio, ut ſolitus eſt Romae procedere, a Palatio egreſſus* &c.

(79) Vide ſupra cap. 8. n. 9. Interim confer Macrium v. Protopapa, Dumortier in etymologic. ſacr. graecolatin. fol. 345. Pirr. in auctar. not. Meſſanen. fol. 444. edit. Venet. Samperium Ico-

Digitized by Google

diximus, deſinunt; cujus quidem figuram in baſi triangulari duo leones averſô dorſô, & caudis ſibi invicem implicatis, quorum unus clavem, alter calamum tenet ex eborea materia eleganter efformant. Epigonatiô quoque, dum Miſſarum ſollemnia peragit, ex Epiſcoporum Graecorum more uti tradunt; quod an revera graecum Epigonatium (*), an in hoc mixto ritu Gremiale latinorum ſit, me, qui non vidi, adhuc latet. Illud certum, ſive ex Eccleſiae graecae conſuetudine, ſive ex privilegio moribus adſerto, illum ſacra vaſa Chriſmate conſecrandi facultate potiri. Non minus autem quam viginti ſeptem Eccleſias ſub ſe habuiſſe (80) dicitur; quarum fortaſſe plures, quum ſub Patriarcha Cpolitano graecus ibi ritus vigebat, Parochiales erant, deinde autem ſub una Catholica *filiales*, ut vocant, evaſere, nunc autem jamdiu latinis conceſſa ſunt: nec amplius in eas juris habet, quam Veſperas, Miſſaſque ſollemnes cum Clero ſibi ſubdito celebrandi: nonnullaque percipiendi, quae ex funerum impenſis obveniunt emolumenta. Simile quidpiam aut juris, aut indulgentiae potius ex vetuſta conſuetudine obtinet, ut (81) in vigilia, vel in

die

Iconolog. Virg. lib. 1. cap. 16. alioſque, qui de Protopapa Meſſanenſi, ejuſque praerogativis agunt.

(*) Nam Epigonatium, ſi recte video, eſt apud Graecos genus quoddam Praecinctorii pendens formâ quadrangulari e zonae latere ſiniſtro; cui non admodum diſſimile geſtat inter Latinos, quum ſollemniter ſacra facit, Romanus Pontifex. De eo Simon Teſſalonic. ſaepe laud. Vid. Card. Bona R. L. 1. cap. 24. n. 15. Macrios fratres in Hierolex. hoc v. alioſque; quamvis id graecum nomen Ἐπιγονάτιον, *ſupergenuale* etiam noſtro Gremiali adamuſſim reſpondeat.

(80) Haec tradit in relatione ad ſacra limina Joſeph Migliaccius Archiep. Meſſanenſ., cujus fragmentum edidit vir Cl. Joſeph Vinci Protopapas Meſſanenſis in monumento graeci ritus Eccl. S. M. de Grapheo fol. 29. & ſeqq.

(81) Hujus moris, praeter Bonfilium in ſua Meſſana lib. 3. fol. 41. edit. Meſſanenſ. 1737., & Pirrum in auctario not. Meſſan. fol. 444. qui addunt etiam in die Epiphaniae Clerum graecum Epiſtolam, & evangelium miſſae ſollemnis graece canere in Metropolitana, meminerunt Macrius, & Dumortier. loc. cit. adnot. 79. Bonfilius tamen, & Pirrus primas Veſperas Pentecoſtes, Macrius ſecundas, illi in die Epiphaniae, hic in die circumciſionis epiſtolam, & evangelium ab graeco Clero in Metropolitana cani tradunt. Siculis certe, tamquam rerum ſuarum peritioribus, major habenda fides eſſet. Ceterum V. C. Joſeph Vinci hodiernus illius Eccleſiae Protopapas fol. 22. opuſcul. laud. documentum extulit Curiae Archiepiſcopalis anni 1587., in quo Clero graeco permiſſum fuit, *ut in craſtino qui erit Dominica Pentecoſtes poſſit ire in Majori Eccleſia Meſſanen ad canendum Veſperas graecas,*

die Pentecoſtes ad Metropolitanam illius Urbis Eccleſiam, ab hujus etiam Eccleſiae Canonicis, ſi Macrio fides, ductus, ad Veſperas graecâ linguâ, rituque unâ cum Clero ſibi ſubdito canendas ſollemniter accedat, indeque ab eisdem ad Eccleſiam ſuam Catholicam reducatur; ut eô pactô unionis utriuſque Eccleſiae illâ die memoria refloreat, quâ potior diſſenſionis articulus proceſſio a Patre, Filioque, recolitur. Etenim & illud habent Scriptores Siculi (82) Synodo Florentinae interfuiſſe Meſſanenſem hunc Graecorum Protopapam, quem Nicolaum de Benedicto tunc temporis fuiſſe conſtat; eumque ad unionem ſtabiliendam haud modicam contuliſſe ſymbolam: cujus tamen rei, neque in actis Conciliorum, neque apud Sguropulum, aut alibi ullum, quod viderim, veſtigium eſt. Petrum potius *Calabricum*, qui Petrus Vitalis fuit, Abbas tunc Cryptoferratenſis, deinde SS.Salvatoris Meſſanae Archimandrita,

eas, & graeco ſermone. Et ita quidem ſervatur. Non omittam hôc locô verba Hoſmanni hominis omnino exteri, qui in ſuo lexico v. *Protopapa*, licet ex Macrio tranſcribens, haec habet. *Meſſanae in Sicilia, hodieque in Eccleſia Catholica dicta, viget eo nomine dignitas, cujus inſigne baculus cum duorum leonum capitibus. Quum enim adhuc ſub Graecis Imperatoribus Sicilia eſſet, manſit haec Eccleſia latinae conformis in dogmate de proceſſione Spiritus Sancti. Licet uſque in hodiernum diem graecô ritu officia celebrentur; in azymo tamen conſecrant, & veſtibus Sacerdotalibus utuntur latinorum more. Hic itaque Meſſanenſis Protopapa, praeter juriſdictionem, quam in multis Eccleſiis ejuſdem Civitatis, quae olim ipſi ſubjectae erant, exercet; non parum a Clero Eccleſiae Metropolitanae honoratur. Die enim Pentecoſtes ad hanc Catholicam Eccleſiam accedunt Canonici Cathedralis, Protopapam ad Cathedralem Eccleſiam deducunt, ubi graeco ritu ſolemnes ille Veſperas canit; dein eadem pompa ad propriam Eccleſiam reducunt. In die item circumciſionis in ſolemni Cathedralis miſſa ibidem epiſtola, & evangelium a Graecis ſubdiacono, & Diacono leguntur*. Addit Cl. Rodata in hiſt. rit. Graec. in Ital. lib. 1. cap. 10. fol. 457. etiam ea die cani ab Clero graeco poſt praefationem Triſagium graece, & recitata Poſtcommunione a Diacono quoque graeco, cum ſolita ejus formula populum dimitti *ἐν εἰρήνῃ προέλθωμεν*. *In pace procedamus*. Quinimmo in fer. V. in caena Domini, adſtare identidem in ſacrorum oleorum benedictione, in Cathedrali hujus Cleri Presbyterum, qui & illa graecâ linguâ ſalutat: *Χαῖρε ἅγιον ἔλαιον: Χαῖρε ἅγιον Χρίσμα. Ave S. Oleum. Ave S. Chriſma*. Supplicationem quoque Cleri utriuſque in Dominica Palmarum ad Eccleſiam fieri Monialium SS. Salvatoris, ibique utraque etiam linguâ, evangelium cani benedictionis Palmarum. Vide etiam quae habet tom. 2. fol. 271. Sed confer potiſſimum, quae de hiſce omnibus narrat Vir Meſſanenſis adprime doctus, in eis quas ſub larvato Aldi Le Grane nomine edidit epiſtolis Liburni 1757. Epiſt. 17.

(82) Samperi loc. cit. adnot. 79. Vide Can. de Johan. de divin. Sicul off. cap. 11. fol. 81. Vereor tamen ne Petrum Vitalem, de quo mox, qui poſtea Archimandrita fuit Meſſanenſis, cum Protopapa confuderint.

Pentidactyli in Dioeceſi Regina natus, cum Gregorio Hieromonacho Alexandrinae Eccleſiae Primicerio, ſuique Patriarchae legato, ſuper baptiſmatis conlatione more latinô acriter diſputaſſe narrat (83) Sguropulus. Iſtius autem Meſſanenſis Protopapae electio nulli obnoxia Romanae Sedis reſervationi a tempore quod hominum excedit memoriam, ad ipſum Graecorum Clerum uſquequaque pertinuit, ejuſque ea de re jura non olim modo Julius III., ac Paullus V. Romani Pontifices eidem Clero confirmarunt (84), ſed nuper etiam Benedictus XIV. inſigni Apoſtolicâ conſtitutione Martii XVIII. ann. CIↃIↃCCXLIII. ſignatâ, ſartum tectum ſervari voluit. Electi dumtaxat ad Archiepiſcopum, cujus ille in eo Clero vices agit, confirmatio ſpectat, unde aliquando lites emerſere, quod ejus confirmatio defuerit, aut interceſſerit refutatio.

XI. Non poſſum autem heic Urbi Meſſanae, centum alias nominibus praeclariſſimae, non adfatim gratulari, quod Clerum hunc graecum, ejuſque ritum in Eccleſia Catholica S.M. de *Grapheo* nuncupata, ſummâ diligentiâ conſervaverit. In hac enim Eccleſia, divina officia, ac Sacroſanctum Miſſae ſacrificium graecâ linguâ, rituque, veſtibus licet latinis, & in azymo, ac ſecundum Kalendarium Gregorianum (, quem ritum potius graeco-latinum vocant) ab incardinatis illi Presbyteris quotidie celebrantur. Sane, ut in Calabria tota, vel ipſâ Presbyterorum ſocordiâ peſſum iviſſet, niſi ſedula praeſto fuiſſet Protopaparum cura, ad avertendam hominum ignaviam, quae in rebus ſacris honores, citra labores venatur. Annô CIↃCCCCLIX. quum jam Presbyteri Graeci nonnul-

li

(83) Sguropul. lib. 9. cap. 9. Confer Lupum in differt. de actis S. Leonis IX. calumnia 12. fol. 387. tom. 4. opp. edit. Venet. De hoc Petro Vitali in Conc. Florentin. celebri, qui e Caſtro Calabriae, cui a quinque manus humanae digitorum, extentâ palmâ, quam a longe exhibet, forma, Graeci nomen dedere, originem duxit, Ordinis S. Baſilii Monacho, vide Barrium lib. 3. de ſitu Calabriae cap. 5. fol. 211. poſtremae edit. Rom., ubi & ejus opera recenſet, & Pirr. in not. Archimandritatus n. 17. fol. 986. tom. 2. ubi Petrum Pitalium vocat: noviſſime autem & Sciommarum in Syllabo Abbat. Cryptoferat. quem adtexuit adnor. 20. in vitam S. Bartholomaei Abbat. Cryptoferrat. fol. 113. edit. Rom. 1738.

(84) Julii 3. litteras ſub Dat. Romae ann. 1552. 4. Non. Decembris refert Vinci fol. 39.; Paulli autem datas 28. Aprilis 1616. ibidem laudat. Vide Conſt. Benedicti XIV. Bullarii ſui tom. 1. conſt. 81. fol. 161. edit. Venet.

li ſervitium praedictae Eccleſiae detrectarent, eos auctoritate Jacobi de Tudiſchis tunc Archiepiſcopi Meſſanenſis ad obſequia adegit Protopapas Nicolaus Galletta (85), eorum etiam adpellationem, *tamquam contra bonos mores, & antiquam illius Eccleſiae Catholicae obſervantiam* interpoſitam, Archiepiſcopô refutante. Acriores deinde annô CIƆIƆXLVII. ſub Protopapa Johanne Galletta, ejuſque Coadjutore Franciſco Carrozza ea de cauſſa cum Presbyteris Graecis contentiones exarſerunt, lite a Petro Anſalono Innocentii Card. Cibo Archiepiſcopi Meſſanenſis Generali Vicario, ſecundum conſuetudines adverſus Presbyteros judicatâ, qui ad exſequendum in ea Eccleſia, & alibi, ubi moris erat, graecô ritu cultum divinum opportune adacti ſunt. Inde manarunt illa, quae annô CIƆIƆLXXV. edidit praeclara ſtatuta Protopapas Servator Carrozza, quaeq. nuper publici juris fecit hodiernus illius Eccleſiae Protopapas Joſeph Vinci, Vir inter Graecos in Sicilia doctiſſimus. Et jure quidem Innocentius VIII. Graecarum Beneficia Eccleſiarum, quae Meſſanenſi Protopapae ſubderentur, aliis quam Presbyteris, Clericiſque Graecis Catholicae Eccleſiae Meſſanenſis conferri umquam poſſe vetuerat, ob illam potiſſimum cauſſam ut & graecus ritus, & graecae cultus litteraturae in eo Collegio conſervaretur. Quamobrem juſtiſſimâ quoque conſuetudine inductum fuit, ne familiarum extinctione ritus periret, ut non modo qui graeci origine eſſent, ſed alii etiam, qui latinos parentes adgnoſcerent, ſed graecis litteris ſatis inſtructi eſſent, huic Clero addici, & incardinari poſſent, quô ritus durationi abunde proviſum. At vero in ſummum diſcrimen ab eo, qui ann. CIƆIƆXCVII. Servatori Carrozzae proxime ſucceſſit, Protopapa Petro Pharaone, deductus hic ritus fuit ſub initium ſaeculi XVII., quod tempus illi etiam Regii ad interitum fatale fuit. Quum enim Meſſanae, in qua exciſô Imperiô Cpolitanô, ob doctorum virorum e Graecia eo confluentium adventum, graecae linguae, & litteraturae potiſſima ſedes (86), ac Scholae fuerant, earum litterarum ſub id

Kk 2

(85) Haec, & ſequentia plenius habes in monumentis pro obſervantia ritus Graeci in Catholica Meſſanenſi editis a Vinci fol. 1. 3. 10., & ſeq., & fol. 30.

(86) Notiſſima ſunt quae pro ſtudiis

id tempus amor, ac ſtudium deferveret; nec ab eo Protopapa ritus incolumitati provideretur, ita ut non incardinati tandem, ſed mercenarii Presbyteri illi Eccleſiae deſervirent: Archiepiſcopus Petrus Ruiz de Valdivexo, cui inviſus fortaſſe erat ritus ille, ad S. Inquiſitionem (87) Romanam, & Presbyterorum hujuſmodi inſcitiam, & eorum in Eccleſia inutilitatem, & populi quoque ab eo ritu averſionem retulit. Verum ad eum pertinere, ut incolumi ritu, adhibitôq. ſine pacis perturbatione remediô, utiles redderentur, Cardinalium reſponsô recepit. Extinctô tamen deinde ann. CIƆIƆCXXVIII. Petrô Protopapâ, ex incardinatis Eccleſiae illi Presbyteris ejus fra-

diis graecae linguae in Urbe Meſſanenſi olim, & a Pontificibus, & a Regibus, & a Cardinalibus Ordinis S. Baſilii Protectoribus ſtatuta ſunt. Vide Pirr. in not. Archimandrit. Meſſanen. fol. 986. & ſeq. tom. 2. edit. Venet. & Rodatâ tom. 2. hiſt. rit. Graeci tom. 2. fol. 137. & ſeqq. Conſtantinus Laſcaris vir nobiliſſimus aeque, ac doctiſſimus, captâ Cpoli e Graecia profugus eo tandem graecarum litterarum Praeceptor deſtinatus eſt, poſtquam Mediolani, ac Neapoli docuerat, ibique, ubi annô circiter 1493. obiit, viginti ſeptem annorum ſpatiô, maxima cum nominis ſui celebritate docuit. Eo enim ad illum audiendum, vel ipſe Petrus Bembus perrexit, ut ceteros omittam ejus aetatis doctos viros, qui ſub tanto Magiſtro profecerunt. *Erudimur mirâ illius diligentiâ*, ſcribit Bembus in epiſt. ad Bernardum Patrem, *tum amore prope paternô. Omnino nihil illô ſene humanius, nihil ſanctius*. Vide Aldum in epiſt. illius Grammaticae graecae praefixa, quam annô ejus mortem ſequente edidit, de qua editione, támquam prima integris characteribus graecis excuſa confer Maittaire annal. Typograph. tom. I. pag. 42. & 97. Duo ejus opuſcula de Scriptoribus Graecis patriâ Siculis ad Ferdinandum de Acugna Siciliae Proregem; & de Scriptoribus Graecis patriâ Calabris ad Alphonſum Aragonium Regem Neapolitanum, tunc Calabriae Ducem, ſervavit nobis Maurolicus, recudit in Biblioth. graec. Fabricius. Confer & Caſam in vita Bembi, inter vitas Virorum Selectorum Londini 1681. Quum obiiſſet autem Conſtantinus, ejus librariae penus Senatu Meſſanenſi herede relictô, mirum hujus litterariae ſupellectilis de qua Gualterius in tab. Siculis fol. 179. nullas hodie Meſſanae haberi reliquias.

(87) Refert ex archivo Inquiſit. Roman. Rodatâ Hiſtor. rit. graec. lib. 1. cap. 11. fol. 459. tom. 1. Quaerebat ſextô locô in epiſtola Archiepiſcopus. *Utrum iſti Graeco-latini Presbyteri; qui nec latinô penitus, nec omnino graecô more, ſed tertiô quodam vivunt inſtitutô; qui diſtributionibus quotidianis vivunt Beneficii Eccleſiae Graecae iſtius, quae vocatur Catholica: quum nihil huic urbi, vel populo fidelium afferant utilitatis: tum quia propter idioma nemo ad eorum Miſſas, vel divina officia accedit audienda; tum etiam quia propter craſſam linguae Graecae, quam deberent profiteri, ignorantiam, haeſitant in legendo, & ignorant penitus quid recitent; ſint amplius inutiliter permittendi*. Reſponſum fuit. *Ad ſextum. Si ita ſint ignari, & inſipientes: ad ipſum, uti Ordinarium, ſpectat providere, ne in poſterum inutiliter permittantur; ſed videndum, ut ſine perturbatione pacis remedium adhibeatur. In poſterum tamen nullo modo erunt ordinandi, niſi qui ſunt ſufficientes in moribus, & litteris*.

Digitized by Google

fratris filiô Joſephô unice relictô, proprium adventaſſe tempus, quô ſponte ritus periret, alteri Archiepiſcopo Blaſio Proto viſum eſt, Presbyteris mercenariis, ex Collegii defectu electione (88) interdictâ. Immenſa inde litium ſeges, certantibus hinc a Presbyteris electis, inde a Romana Curia proviſis, ad annum uſque CIƆIƆCXLVI., quô adſertô Leonardo Patéo Protopapatu, reintegratôque hujus curâ Collegiô, naufragium ritus evaſit. Extulit autem & Vir Cl. Vincius Protopaparum Meſſanenſium quot quot ſcire potuit elenchum (89), quibus duos quoque alios mox addidit in editione ſui Etymologici Siculi, quorum notitiam viro docto Dominico Sclavo Panormitae ſe debere profeſſus eſt, ut Eccleſiae ſuae, ex vetuſto more, Dypticha jamdiu intermiſſa iterum renovaret. Illos porro & hujus opellae orae, ſine tamen elogio, adſuere ejus pretium duco.

XII. Nulla tamen in hac Eccleſia, quod mirum eſt, Deutereorum memoria. At vero, ut ab eodem Cl. Vincio nuper accepi, in ſupremo cujusdam Nicolai Cleda elogio, quod in membrana annô CIƆCXCIV. graece exaratum, apud ipſum ſervari puto, ſubſcriptus, fortaſſe inter teſtes, legitur, Θεόχαρις ἱερεὺς, καὶ Βικάριος τῆς Θεοτόκου τοῦ γραφ. *Theocharis Sacerdos, & Vicarius Deiparae de Grapheo*. An idem ac Deutereus fuerit judicet lector. Cur enim latinô Vicarii nomine, & non

(88) Apud Vinci. laudat. fol. 41. & ſeqq.

(89) Paſchaſius Turiſanus ann. 1130. Johannes annô 1180. Alter Johannes cognomentô Manſo, an. 1194. niſi forte ſit idem. Clemens an. 1266. Johan. de S. Pancratio an. 1272. Theodorus an. 1290. Andreas de S. Euſtachio an. 1338. Stephanus an. 1358. Johannes de Benedicto an. 1381. Julius Zuinella ann. 1400. Nicolaus de Benedicto an. 1413. Pantaleon de Urſo an. 1440. Nicolaus Galletta an. 1457. Matthaeus Galletta an. 1491. Johannes Galletta an. 1523. Hic habuit Coadjutorem Franciſcum Carrozza, qui tamen praemortuus eſt. Aloyſius de S. Michaële ann. 1553. Servator Carrozza an. 1560. Johannes Dominicus Mazzetta an. 1583. Petrus Pharao ann. 1597. Joſeph Pharao ann. 1628. Inde lites ob electionem cum Jacobo de Neapoli a Curia Romana proviſo. Tandem an. 1640. Jacobus de Neapoli. Iterum ann. ſequenti 1641. Joſeph Pharao ob mortem Jacobi Franciſcus Henricus ann. 1643. Dominicus Moleti an. 1644. Leonardus Patens an. 1649. Athanaſius Riccius an. 1658. Antonius Malaci an. 1665. Nicolaus Maria Scalvo an. 1698. Petrus Malaci, & Buglio ann. 1709. Joſeph Vinci an. 1744., qui ſoſpes eſt adhuc, & Catholicam Eccleſiam ann. 1752. a fundamentis ampliavit, & exquiſitis etiam monumentis hactenus illuſtravit, & eô quô in litteras amore fertur, uberius illuſtrabit.

Digitized by Google

& non propriò Deuterei ſe adpellare maluerit, plane non video. Hoc addam, non in ſola olim Meſſana, ſed in tota fere vaſtiſſima ejus Dioeceſi obtinuiſſe Graecorum Protopapas, qui in Archipresbyteros hodie ex ritu latino, ne nomine quidem, contra ac in Calabria, retentò, evaſerunt. Nonnulla ſcilicet publicae auctoritatis inſtrumenta idem doctiſſimus Protopapas Vincius laudavit (90), ex quibus evincitur Francavillae olim, Caſtilione, Camaſtrae, Troinae, Ceramii, Petraliae, Hieracii, Demennae, Mylis, ac Rameclae Graecorum Protopapas exſtitiſſe, ubi hodie nec titulo tenus ſubſiſtunt. Illud inter haec mihi accidit injucundum, ex idiomatis graeci culturae defectu pauciſſimos hôc tempore Catholicae ipſi Meſſanenſi Presbyteros eſſe incardinatos: tametſi Protopapae hujusmodi diligentiâ, in tam nobili, exemplarique Civitate, hoc pretioſum vetuſtatis monumentum non ſervatum modo, ſed auctum etiam iri jure confidam.

XIII. Protopapae Meſſanenſi haud multo diſſimilem arbitror Corcyrenſem, poſtquam ea inſula ſub Venetorum dominio poſita Archiepiſcopos latinos nacta eſt, Graecis qui ibi morantur multis ſub Protopapae juriſdictione remanentibus. Agit de illo Andreas Marmora (91) in hiſtoria Corcyrenſi; ſed lubet heic potius lectores noſtros ad vere Eminentiſſimum illum Virum Cardinalem Quirinum amandare, qui antequam purpurâ ornaretur Archiepiepiſcopus Corcyrenſis fuit. Is enim in commentario de rebus ſuis (92) hoc de Protopapa loquens, Magnum Praeſulem Graecorum in illa Inſula vocat, qui ab Athanaſio Graeco Metropolita peragi ſuas ordinationes curabat; quod ibi non graeco-latinus, ſed omnino graecus ritus ab indigenis Graecis ſervetur. Narrat quoque quomodo tamquam Inſulae Archiepiſcopus in feſto S. Spiridionis in ejus Eccleſia ſollemniter exceptus fuerit; omneſque ſubjectionis, ac re-

(90) Sunt autem haec inſtrumenta, repertorium, ut vocant, quod annò 1262., vacante Sede Meſſanenſi, omnium illius menſae bonorum, inter acta Notarii Friderici de Monte Albano ſub die 12. Septembris relatum eſt; & acta quaedam teſtium anno 1413. 18. Aprilis indict. 8. recepta, quae in Archivo Catholicae Meſſanenſis adſervantur.

(91) Hiſtor. Corcyrenſ. lib. 4.

(92) Brixiae edidit ann. 1749. Vide p. 2. lib. 1. cap. 12. fol. 190., & 193., & cap. 13. fol. 219.

Digitized by Google

reverentiae formulas, quibus illum Protopapas proſecutus eſt, ac recognovit, erectis etiam ante fores ſuas Quirinae familiæ inſignibus. *In terris enim Reipublicae Venetorum ſubjectis*, ut Morinus (93) obſervat; *Protopaparum auctoritas magis diffunditur, & ad antiquiorum Archipresbyterorum jurisdictionem propius accedit, favente huic jurisdictioni Republicâ, ut ad exteros minus frequens ſit Religionis cauſſâ recurſus*. Quod & Goarius monuerat (94), ad Euchologium, ubi de Protopapa haec habet. *Archipresbyter eſt, & antiquè Chorepiſcopi, ſi non nominis, ſaltem poteſtatis ſucceſſor. Nam & in Inſulis Venetorum Lectores inſtituit, & de rebus Eccleſiaſticis dijudicat*.

XIV. An autem Neapoli ſuus etiam fuerit Protopapas, qui Clerum Graecum ea in Urbe regeret, haud levis nuper excitata eſt controverſia, occaſione vexati adeo loci illius Petri Subdiaconi in (95) Vita S. Athanaſii Epiſcopi Neapolitani, ubi de Neapoli loquens ita ſcripſit: *Nam & introrſus binas Praeſulum geſtat Sedes ad inſtar duorum teſtamentorum: quamquam una ſit, quae eam gubernat, & regit reliquam, ut capite reguntur artus diverſi*. Ex hoc ſcilicet loco haud pauci Neapolitanarum rerum (96) Scriptores, duos in ea Civitate Epiſcopos, latinum unum, graecum alterum, contra omnem antiquitatis fidem intulerunt. At alii, ut illum exponerent faſſi quidem ſunt, duos in illa Urbe Cleros, mediô ſaltem aevô, inventos fuiſſe; at graecum a ſuo *Protopapate* rectum: quorum tamen ſententiam non ſine aliqua moderatione admitteret incomparabilis eruditionis ſenex noſter (97) Mazochius. *Fuere* inquit, *qui aliter ſubductis apud ſe rationibus*, *non*

(93) Morin. de ſacr. ordinat. p. 3. exercit. 16. cap. 2. n. 6. fol. 277. edit. Pariſ. 1686.

(94) Goar. ad Euchologa. pag. 287. edit. Pariſ.

(95) Edita eſt etiam haec vita to. 2. p. 2. S. R. J. cum adnot. Cuperi ex actis SS. illuc translatis. Vide adnot. ſeq.

(96) Chioccarel. de Epiſc., & Archiep. Neapolit. ad an. 872. pag. 95. edit. Neapol. an. 1643. Anton. Caracciol. de ſacr. Eccl. Neapol. monument. cap. 35. ſect. 2. & ex eo Ughell. to. 6. pag. 75. edit. Colet. Caeſar de Engenio in Neapoli ſacr. pag. 24. Cuperus in comment. praevio ad vit. S. Athanaſ. apud Murat. cit. pag. 1046. Papebroch. 25. Junii agens de Fortunato Epiſc. Neapol., Capaccius antiquit. Neapol. cap. 8. aliique; qui & Baronium ex iis quae habet ad an. 872. n. 12. invitum in hanc ſententiam trahere conantur.

(97) Mazoch. in cit. differt. de Cathedral. Eccleſ. Neapolit. pag. 110. &c.

non alterum minorem Epiſcopum, ſive Chorepiſcopum Graecis Neapolitanis praeficerent, ſed Protopapam, hoc eſt Archipresbyterum, idque aliarum Eccleſiarum exemplo. Et hanc alteram fuiſſe Sedem Neapoli volunt. Ac poſſet quidem hoc fer ri, ſi ullum Neapolitani Protopapae veſtigium uſquam occurreret, ſicut revera Meſſanenſis Protopapae plurima paſſim mentio exiſtit. Sic etiam de Corcyrenſi Protopapa legi poteſt Andreae Marmorae hiſtoria Corcyrenſ. lib. 4. Taceo quasdam Bruttiorum Eccleſias, apud quas Protopapae monumenta exiſtunt. At Neapoli, neque in tot Scriptoribus, neq. in ullis chartis Protopapae, ſive Πρωτοπαπάδο *veſtigium ullum apparet. Hoc quidem de Protopapa, quatenus Praelatus eſt Epiſcopo inferior, de quo vide graecum Freſnii Gloſſarium col. 1099. Ceterum quatenus ea vox non Praelatum, ſed merum Curionem ſive Parochum notat (tametſi recentior eſt ea notio) poterat eo ſignificatu, non uni modo, ſed pluribus Protopapis Neapoli locus eſſe; ubi ſex Graecorum praecipuae Eccleſiae, uti mox dicetur, fuiſſe leguntur. Nihilo plus igitur Protopapas ad hunc locum explicandum, quam quilibet Curio confert. Eaque cauſſa eſt cur Protopapam heic deſignari minus putem.* Hactenus vir ſummus, quem ad ea adluſiſſe arbitror, quae in ſuis ad marmoreum Kalendarium Neapolitanum adnotationibus ſcripſerat Vir alter magnus (98) Cl. Sabbatinus. Sed noſtrum non eſt inter ſumma eruditionis capita tantas componere lites; quae nuper occaſione diſcuſſae in Tribunalibus controverſiae Hebdomadarios inter Eccleſiae Cathedralis Neapolitanae, & Canonicos S. Johannis Majoris, acrius recruduere.

(98) Sabbatin. Kalen. Neapolit. ad diem 23. Aprilis differt. 2. a pag. 104. ad ſeqq. Vide ſupra adnot. 77. Ceterum locum illum Auctoris vitae S. Athanaſ. de duabus Cleri diverſi Collegiatis Eccleſiis intelligendum putat Mazochius laud. loc. pag 111. Aſſemanus vero de reb. Neapol. tom. 4. cap. 6. fol. 215. ad SS. Patronos Epiſcopos Agrippinum, ac Januarium Scriptorem adluſiſſe arbitratur.

CAPUT XIV.

Unde factum iis Eccleſiis, in quibus Protopapae inveniuntur, Catholicarum nomen? Variae ea de re ſententiae expenduntur. Eam adpellationem Cathedralibus a Graecis primum tributam, progreſſu temporis ad Eccleſias quaslibet Baptiſmales fuiſſe translatam. Traductionis hujusmodi cauſſa, & Can. Trullani LIX. de Catholicis Eccleſiis vera expoſitio. Non alia de cauſſa inductum id nomen, niſi quia ſenus uterque ad eas Eccleſias conveniret, videri.

I. JAm vero illud nunc videndum, cur Eccleſias in quibus hujuſmodi Protopapae ſunt, Catholicas, ut plurimum, nuncupatas reperimus. Satis enimvero in ejus rei cauſſa reddenda luſere pridem Scriptores aliqui (1), dum Protopapae Meſſanenſis injectâ mentione, ejus Eccleſiam, quaſi ſingulari hoc Catholicae nomine nuncupatam adſeverarunt, quod illa ſub Graecorum imperio, ac Schiſmate, in Spiritus S. ex Patre, Filioque procedentis confeſſione, cum Romana unita permanſerit. Eſto ita fuerit; non inde tamen certiſſime Catholicae nomen accepit: quum & ſexcentae, ſive in ea confeſſione cum Romana conjunctae, ſive Schiſmate ab ea ſeparatae, habuerint, hodieque id nomen habeant. Neque vero in illo interpretando feliciores porro fuerunt Cauſidici illi (2), Viri alias docti, qui in nuperis de Regina Catholica Eccleſia controverſiis pro illa, aut contra illam ſcripſerunt, in eas diviſi opiniones, quas cauſſae propriae opportunas judicarunt. Alter enim Catholicas dictas cenſuit, quod Matres eſſent aliarum, quae illis ſubjicerentur, Eccleſiarum: alter quod receptitiae eſſent Eccleſiae, quas barbarô vocabulô *Comunias* vocant,

(1) Bonfil. in ſua Meſſan. lib. 3. fol. 41. ult. edit. Macrius in Hierolex. Dumortier in etymolog. Hofman in lexic. v. Protopapa. Adhaeret Joh. de Joh. de div. Sicul. off. cap. 11. fol. 82. Sic & expoſitum fuerat Bened. XIV. qui propterea in conſt. pro Catholica Meſſanenſi Bull. tom. 1. conſt. 81. ſic habet. *Quoniam ſicut accepimus .... inde Catholica dicta, quod Eccleſia hujuſmodi, ut aſſeritur, ſub Graecorum imperio in Spiritus S. ex Patre, Filioque procedentibus confeſſione cum Romana Eccleſia invicem unita permanſerit.*

(2) Auctor Apologiae pro Regali juriſdict. Neapoli edita 1725. fol. 91. Auctor Apologiae oppoſitae Rom. edit. 1749. fol. 48., & cap. ult. primae edit. n. 19.

cant, & quibus omnes loci Presbyteri incardinati cenſerentur. Uterque, fateor, rem acu tetigerunt; ſed veram neuter pro temporum ratione adſecutus eſt cauſſam. A Catholico Armenorum ſua inſerebat primus, quem hôc vocitatum nomine, quod *univerſalem* ſignificat, ſcribit (3) Otho Friſingenſis *propter infinitum, id eſt amplius quam mille Epiſcoporum ſub ſe habentem numerum*. Sed in re cum ea qua de agimus omnino diſparata, tempus in caſſum terere non vacat. Catholici iſti Orientales, de quibus pluribus agunt Marca, & (4) Thomaſſinus, Primates Epiſcopi erant ſub Patriarcha (haud aliter, ac mediâ aetate Primates aliqui Occidentales), qui ſcilicet Patriarchae ſubderentur, plures tamen ſub ſe Metropolitanos haberent, ut ex Canonibus Arabico-Nicaenis, ac Jacobo de Viatriaco idem Thomaſſinus oſtendit. Inditum autem illis ex graeco faſtu Catholici, hoc eſt univerſalis Epiſcopi nomen, quod illud Principis Patrum jam obtinuerint Patriarchae. Longius itaque nomen arceſſebat hic Auctor ut Protopapae, quem tuebatur, phylacteria dilataret, quum non Catholicorum modo Orientalium, Eccleſias, ſed & Epiſcoporum ceterorum, imo & Curionum apud Graecos, Catholicas nuncupari certiſſimum ſit. Soli conjecturae inſiſtebat ſecundus, quod Catholicas in Calabria Eccleſias eas vocari vidiſſet, in quibus receptitius, non numeratus Clerus eſſet, quaſi eô nomine donarentur, quod omnes univerſim Presbyteros, non aliquos dumtaxat, qui incardinarentur, ſinu ſuô exciperent. At vero & extra Calabriam vagari oportebat, ut vera nominis cauſſa cognoſceretur. Peſſime deinde ex Can. Lateranenſi, de quo cap. praecedenti diximus, oriri potuiſſe nomen conjectat, in quo, quum ut Praeſulem illum ab Epiſcopo in Urbibus Polyglottis deſtinandum verae Eccleſiae communione fruentem eſſe oportere demonſtraretur, additum *Catholici* epitheton fuerit, Catholicarum etiam Eccleſiis ejus, factum nomen auguratur. Nam & longe ante Concilium Lateranenſe tributum Eccleſiis multis Catholicarum nomen apud Graecos legimus, & num-

(3) Otho Friſingenſ. Chronic. lib. 7. cap. 32. apud Thomaſſ. mox. laudand.

(4) Marc. differr. de Primatib. nn. 2[illegible]. & [illegible]6. Thomaſſin. p. p. lib. 1. cap. 2[illegible]. n. [illegible]. & ſeq.

& numquam praeter Orientales illos Exarchos, hujuſmodi Praeſules apud noſtros, Catholicos adpellatos novimus.

II. Utrumque fugerunt, quae in eo verbo Cangius (5) collegerat. Inde enim ex nodo ſe extricare facile potuerant, niſi fortaſſe cauſſae ſervientes diſſimulare maluerint. Catholicae nomen, Graeci a primis uſque ſaeculis, nonniſi Eccleſiae Cathedrali tribuerunt. Antiquius, quod ſciam, exemplum in celebri teſtamento occurrit S. Gregorii Nazianzeni, *Flaviô Eucheriô, & Fl. Siagrio VV. CC. Coſſ.*, hoc eſt annô vulgari CCCLXXXI. ſignatô, quod primum graecè Briſſonius (6) edidit, deinde a Sirmundo verſum, atque ab omni *νοϑίας* ſuſpicione vindicatum Annalibus inſeruit Card. Baronius. In illo enim Gregorius: *Epiſcopum Catholicae Cpolis Eccleſiae* ſe vocat: deinde vero *τῇ ἁγίᾳ Καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ τῇ ἐν Ναζιανζῷ*: *S. Catholicae Eccleſiae Nazianzi* omnem ſuam ſubſtantiam ad pauperum, qui ſub eadem ſunt Eccleſia miniſterium conſecraſſe ſcribit. Poſtremo autem ſe in hunc modum ſignat: *Γρηγόριος Ἐπίσκοπος τῆς Καθολικῆς Ἐκκλησίας τῆς ἐν Κωνσταντινόπολει*. *Gregorius Epiſcopus Catholicae Eccleſiae Cpolis*. Eodem quoque pactô ſeptem teſtes, quos inter, ſex erant Epiſcopi, & unus Presbyter, ſeipſos ſubſcribunt: *Amphilochius Epiſcopus Catholicae Eccleſiae Iconii &c. Optimus Epiſcopus Catholicae Antiochenae Eccleſiae &c. Theodoſius Epiſcopus Catholicae Hydae Eccleſiae &c. Theodulus Epiſcopus S. Catholicae Apameae Eccleſiae &c. Hilarius Epiſcopus Catholicae Iſauriae Eccleſiae &c. Themiſtius Epiſcopus S. Catholicae Hadrianopolis Eccleſiae &c. Celidonius Presbyter Catholicae Iconii Eccleſiae &c.* Sanctus quoque Epiphanius (7) qui eôdem vivebat tem-

 po-

(5) Cangius pleniſſime in utroque Gloſſar. v. Eccleſia Catholica, & *Καθολικὴ Ἐκκλησία*.

(6) Briſſonius de formul., & ſollemnib. populi Roman. Pariſ. an. 1582., & Francfurti 1592. lib. 7. pag. heic 680. Baron. ad an. 389. nu. 22. & ſeqq. Recuſum eſt latine tantum inter epiſtol. & opuſcul. ejuſdem Baron. in vita S. Gregor. tom. 2. edit. Roman. ann. 175. a docto Viro Raymundo Albericio Oratorii Roman. Presbytero curatae fol. 344.

(7) S. Epiphanius in haereſi Arianor. Theophan. ad an. 2. Juſtiniani Rhinotmeti. Eleuſius in vita S. Theodori Syceotae n. 58., & ſeq. Nicephorus lib. 15. cap. 22. Addi poſſunt, & quae in Conc. Nicaeno 2. habentur pag. 123. edit. Labbei, & apud Theophan. ad an. 8. Conſtantini, & Irenes, & in Conc. Florent. pag. 528. ejuſdem edit. ubi Eccleſia quoque S. Sophiae Cpolitana *Καθολικὸν ναὸν Catholicum Templum* nuncupatur. Plura Cangius laudat. adnot. 5.

Digitized by Google

pore, Majorem Alexandrinam Eccleſiam Καθολικὴν *Catholicam* vocat, Theophanes Damaſcenam, Sophianam Ancyrae in Galatia Eleuſius, Magnam Cpolitanam Eccleſiam Nicephorus. Nimius ſane eſſem, ſi omnia proferre exempla vellem, quae in Gloſſario mediae praeſertim Graecitatis Cangius collegit. Nonnulla potius, quae in Calabria, Apulia, atque Sicilia occurrunt, addam hôc locô. In vita S. Nili Roſſanenſis, quem juniorem adpellant, quam Johannes Matthaeus (8) Cariophilus Archiepiſcopus Iconienſis latine interpretatus eſt, quum de terraemotu quodam Biographus loqueretur, qui totam Roſſani Urbem, demtâ Eccleſiâ Cathedrali S. Irenae dicatâ, quaſſaverat, ſic porro habet: εἰ μὴ μόνην τὴν Καθολικὴν Ἐκκλησίαν καὶ τὸ ὄνομα τῆς Ἁγίας Εἰρήνης: *ſolâ relictâ Catholicâ Eccleſiâ, cui nomen S. Irenes*. Vertit autem jure Cariophilus: *Excepta Epiſcopali Eccleſiâ*. Et infra, quum Baſilium Calabriae Strategum, Nilo pretioſa ad Sanctuarii ornatum velamenta offerentem inducit, hunc ſic reſpondiſſe ſcribit: Ἀπελθὼν βάλε αὐτὰ ἐν τῇ Καθολικῇ τοῦ Κάστρου. *Vade, da iſta Caobolicae Caſtri*: Quô locô adpoſite item Cariophilus. *Vade, & da Cathedrali Eccleſiae Oppidi*. Haud ſecus in iſtrumento illo donationis cujusdam a Leone Maleino Roſſanenſi Eccleſiae factae, cujus ſupra (9) meminimus, transferri bona data leguntur: *Ad praedictam Sanctam Magnam, & Catholicam Eccleſiam, & ad SS. Archiepiſcopum Civitatis Roſſani Dominum Coſmam, ut habeant, & poſſideant*. Certius ac nobilius eſt privilegium Eccleſiis Barenſi, ac Tranenſi tunc unitis a Gregorio Trachaniota Baſto Catapano Italiae annô IↃCCCCXCIX. conceſſum, traditumque Chyſoſtomo utriusq. Sedis Archiepiſcopo, quod nuper in lucem extulit (10) Aſſemannus. Ibi enim dum illarum Cathedralium Presbyteri, ab

(8) Vitae S. Nili junioris ab ejus diſcipulo S. Bartholomaeo Ab. Cryptoferratenſi ſcriptae fragmenta quaedam a Friderico Metio latine verſa inſeruit Annalib. Baron. tom. 10. Sed aliam verſionem adornavit deinde Cariophilus homo Cretenſis in Collegio de Propaganda fide Romae educatus, qui illam graeco-latinam edidit, ex cujus pag. 72. & 123. deſumta ſunt, quae retulimus verba.

(9) Vide cap. 12. num. 11. & adnot. 52.

(10) Aſſeman. de reb. Neapolit. to. 3. fol. 563., & ſeqq.

ab angariis (11), & metatis, & caſtrametationibus eximuntur, Eccleſiae Catholicae Presbyteri nuncupantur: *Et in Caſtro quidem Barii excuſatos haberi Presbyteros Catholicae Eccleſiae numerô triginta ſex. Et in Caſtro Trani Presbyteros talis Catholicae Eccleſiae numerô ſexaginta*. Poſtremo in Sicilia quoque ejuſmodi in efferendis Cathedralibus Eccleſiis invaluiſſe nomenclaturam, Rogerii Comitis diploma, quô Epiſcopatum ab ſe primum Troinae erectum, Meſſanam transtulit, ſatis abunde oſtendit. In illo (12) quippe ita loquitur: *Nuper vero juxta conſilium Apoſtolici Papae, aedificari Eccleſiam in nomine S. Patris Nicolai in Civitate Meſſanae, & in ea Epiſcopatum conſtitui, ſicut antiqua traditio declarabat, eſſe ſcilicet eandem Eccleſiam Catholicam Civitatis &c.* Nihil hôc locô diſertius ad convincendum aevô adhuc Rogerii vulgatum fuiſſe in iſtis regionibus ad Eccleſias Cathedrales deſignandas id nomen. Durat autem paſſim, hodieque apud Graecos. Nam in hodiernis Athenis Eccleſiam Cathedralem Catholicon vulgo a Graecis adpellari, Guleterius apud Cangium (13) auctor eſt.

III. Septimô ſpirante (14) ſaeculô celebratum eſt Cpoli in Trullo Concilium, quod veluti ſextae, ac ſeptimae Synodi ſupplementum vulgo Quin-Sextum adpellatum eſt. In

eo

(11) Notiſſimae hae voces in utroque C. tit. de curſ. public. angariis, & parangariis. Confer in comment. ad eum tit. C. Th. Gothofredum, & Cujac. in proëmio ad eum tit. Angariam adpellarunt veteres neceſſitatem vehendorum, bajulandorumve onerum Provincialibus impoſitam, qua curſus publicus eſt: parangariam, in obliquum, id eſt alio verſum, ſive per viam tranſverſam, & non regiam. Ab Angaris, hoc eſt Veredariis derivatum cenſetur nomen, quod e Perſarum lingua, apud quos primitus invecti ſunt, manavit. Confer Suidam. v. *Ἀγγάρος*. Illud autem inter angarias, & parangarias ex ſequiori notione diſcrimen alii ponunt, quod angarius ad opera perſonalia ſine ſumtu, parangarius cum ſumtu etiam teneatur. *Metata* deinde hoſpitia ſunt, quae militibus a Provincialibus praeberi debent, caſtra vero Militum ſtationes. Unde Metatores, qui caſtra, & hoſpitia deſignabant l. 26. §. 8. C. de Epiſcop. Aud. l. 9. C. de metatorib. Haec autem & inter Provincialium onera erant.

(12) Apud Pirr. in not. Meſſan. fol. 383. Notat Pirr. in margine: *Cathedralem alibi lego*, quod ex privilegio graece, ut puto, ſcriptô, alius hôc locô verterit *Cathedralem*.

(13) Loc. laud. adnot. 5. in Gloſſ. med. latinit.

(14) Haec eſt certior hujus Conc. Epocha, ex can. 3. illius Conc. eruta, ubi praeteritus annus 6199. Graecorum ſignatur, licet librariorum errore 6109. inrepſerit. Confer Pagium ad an. 692. & quae ſupra diximus adnot. 19. cap. 12.

Digitized by Google

eo ita can. LIX. ſancitum. *In aede Oratoria, quae eſt intra domum, Baptiſmus nequaquam peragatur, ſed qui illuminatione ab omnibus ſordibus alienâ digni habendi ſunt, ad Catholicas Eccleſias accedant, & hôc illic munere perfruantur.* Fuerunt quidem (15) inter doctos, qui hôc locô haereticorum baptiſmata, quae in domibus privatim fiebant exſibilari putaverunt; eaque propter Oratoriis privatorum, Catholicorum Eccleſias fuiſſe contrapoſitas. Verum privata quaelibet baptiſmata, quae in Oratoriis fiebant, quibus Catholicae, hoc eſt Cathedrales, aut Baptiſmales Eccleſiae, in quibus fieri debeant, contraponuntur, prohiberi proclive eſt animadvertere, ſi ad veteres Baptiſmi ritus, ac tempora animum convertamus. Utraque enim in Eccleſia, non alibi, quam in Eccleſiis Cathedralibus, atque ab ipſis Epiſcopis baptiſma conferri olim ſollemne (16) fuit; unde in maximis quibusque Urbibus, praeſertim in Italia, non alibi, quam in Cathedralibus Eccleſiis Baptiſteria, quae Graeci *illuminatoria* vocant, reperiri mos adhuc perſtans manavit. Multa porro in eam rem monumenta congerit Chriſtianus Lupus (17), epiſtolam inter alia Cleri Edeſſeni, qui pro Iba ejus Epiſcopo, *imminente ſalutiferâ ſancti diei Paſchatis feſtivitate, in qua & propter Catechiſmos, & propter eos, qui digni ſunt ſancto baptiſmate opus eſt ejus praeſentia* ad ſe Synodo Berytenſi poſt Quadrageſimam praeſentandum inducias rogarunt. Verum quum Trullana haec Synodus Catholicas, non Eccleſiis aliis quibuslibet, ſed Oratoriis dumtaxat privatis oppoſuerit, aequius alii eâ voce coepiſſe jam ſaeculô VII. Eccleſias etiam quaslibet baptiſmales, ſeu, ut vocamus, Parochiales, in quibus adminiſtrari quoque baptiſmus incoeperat, deſignari ſuſpicantur; eâque notione fuiſſe in eo canone uſurpatum id nomen (18). At vero ſive de Cathedralibus, ſive de Parochiali-

(15) Lupus in can. 31. Trullan. ubi & exponit 39. fol. 84. tom. 3. opp., & ex eo Catal. in eund. can. to. 2. Conc. fol. 103.

(16) Vide hac de re Thomaſſin. p. p. lib. 2. cap. 21. n. 8. & capp. ſeqq. Lupum in appendice ad Epheſin. Conc. cap. 3. tom. 2. opp. fol. 226. Martenium I. de ritib. cap. 11. art. 2. n. 15.

(17) Loc. mox laudato.

(18) Cangius in utroque Gloſſario v. Catholica. Mazoch. tom. 1. in Kalendar. Marmor. Neapolit. ad diem 29. Martii pag. 129.

libus Eccleſiis Trullanam ſanctionem intelligas, illud certum eâ prope aetate, translatum Catholicae nomen ad Eccleſias quaslibet *Plebales*, ſeu Baptiſmales, in quibus ſcilicet plebium cura, & baptiſteria inſtituta erant. Inductum quippe ut non in omnibus ſive Civitatis, ſive pagorum Eccleſiis baptiſma adminiſtraretur, ſed in certis dumtaxat huic uſui deſtinatis, quae apud ſequiores latinos (19) Plebes dicebantur, quibus Archipresbyteri Rurales praeficiebantur, inde etiam Decani Chriſtianitatis dicti, quod in ea Eccleſia homines baptiſmate fierent Chriſtiani. Id & apud Graecos obtinuiſſe innumeris conſtat exemplis: Quamobrem inter minoris Sacellarii, Exocatacoelorum Eccleſiae Cpolitanae quinti, munera illud Codinus (20) enumerat. *Sua in poteſtate habet Catholicas Eccleſias* (hoc eſt Parochiales) *& ſacellum*. Eodem plane ſenſu uſurpatur haec vox a Leone Grammatico, a Nilo Monacho, a Simeone Logotheta, a Johanne Caminiata, & ſexcentis aevi inferioris Scriptoribus Graecis, quorum verba, locave apud Cangium (21) habes. Domeſticis interim heic exemplis, ab Urbe Neapolitana, in qua diu Graeciſmus floruit, petitis unice immorabor.

IV. Cl. Mazochius (22), qui ex canonis Trullani celebritate factum apud Graecos putat, ut omnes Baptiſmales, ſeu Parochiales Eccleſiae Catholicae deinde dicerentur, verba Johannis Diaconi (23) de Sotere Epiſcopo Neapolitano loquentis: *Hic Eccleſiam Catholicam Beatorum Apoſtolorum in Civitate conſtituit, & Plevem* * *poſt S. Severum ſecundus inſtituit:* *ſio ſic egregie poſt Cangium exponit. *Vocat Catholicam, hoc eſt Baptiſmalem, non quod jam inde a Soteris aevo Catholica vocaretur, ſed quod ipſius Johannis aetate eam adpellationem jam vulgo obtineret. Atque hinc diſces primam omnium Neapoli plebem, ideſt Parochiam fuiſſe Severianam* (hodie S. Giorgio) *a Severo conſtitutam quartò ſaeculò; mox alteram SS.*

Apo-

(19) Confer Thomaſſin. p. p. diſcipl. lib. 2. cap. 5. n. 8. & cap. 6. n. 1., & 2. §. *Concilium Cameracenſe*, & cap. 95. n. 5. & Cangium v. Plebes.

(20) Codin. lib. 1. cap. 1. in Pentade 1.

(21) In utroque Gloſſar.

(22) Loc. mox cit. adnot. 18.

(23) Joh. Diacon. in Epiſc. Neapolit. in Sotere Epiſcopo 18. tom. 1. p. 2. S. R. J.

Digitized by Google

Apoſtolorum a Sotere quintô ſaeculô factam. Diſces item nonô ſaeculô, quo Johannes iſte Neapolitanus Diaconus florebat jamdiu vulgatam fuiſſe ejuſmodi adpellationem. Eodem pertinere verba illa vidit etiam eruditiſſimus (24) Aſſemannus; qui & illa alia exponere adgreſſus, quae in veteri charra proſtant apud Engenium (25) Caracciolum: *Vendidit Domino Petro ...... Rectori Monaſterii, & Hoſpitalis S. Georgii Catholicae Majoris ..... petiam de terra:* ex priori Johannis loco heic eodem ſenſu Catholicae nomen accipi oportere demonſtrat. *Eſto*, inquit, *aliquando Catholica tantumdem eſt, quod Cathedralis, non tamen ſemper, nec ubique* (ſcilicet diſtinguenda ſunt tempora & loca, & ſcribentis ſenſus adtendendus) *& ſpeciatim in Urbe Neapolitana, nomen Catholicae Eccleſias Baptiſmales indicat ...... Quamobrem, quum Soter Epiſcopus poſt S. Severum ſecundus, Eccleſiam Catholicam BB. Apoſtolorum, hoc eſt Baptiſmalem, ſeu Parochialem fecerit, argumento eſt Severianam quoque, ſeu S. Georgii Eccleſiam, eôdem modô Catholicam dici, ideſt Parochialem, ſeu Baptiſmalem, non Epiſcopalem, aut Cathedralem*. Idem porro ante utroſque, de ipſiſſimo hoc loco agens tradiderat Cl. Sabbatinus (26), qui licet ſubſcriptionem, ſeu notam illam, quae in calce Collectanei Eugipii Abbatis S. Severini in Caſtro Luccellano reperitur. *Ego Petrus Notarius Sanctae Catholicae Eccleſiae Neapolitanae, ut potui emendavi:* de Notario Cathedralis Eccleſiae Neapolitanae, cui Codicem illum S. Epiſcopus Redux donaverit, commode intelligi poſſe docuerit, imo & intelligi debere poſtea voluerit Mazochius: de Parochiali tamen Eccleſia accipiendum eſſe locum ex Engenii inſtrumento relatum nullus dubitat. Inde enim quatuor majores Neapoli Parochias Catholicae Majoris adpellatione donatas cenſet. Hinc in Calabria noſtra, ubicumque etiam Curiones Protopapae reſidebant, aevô etiam latinô Ruralibus Archipresbyteris aequati, eorum Eccleſias Catholicas nuncupari facile reperies, ut ex CC. viſitatae ab Hannibale de Afflictis Archie-

(24) Aſſeman. de reb. Neapolit. to. 4. cap. 6. fol. 165., & ſeqq.

(25) Apud Engenium in Neapol. ſacr. pag. 42.

(26) Sabbat 2. in Kalendar. marmor. Neap. 29. Martii Tom. 3. fol. 61.

chiepiſcopo Reginae Dioeceſis (27) conſtat.

V. Quei autem, & cur factum fuerit, ut Epiſcopales, ſeu Cathedrales primum, inde vero etiam Parochiales, ſeu Baptiſmales Eccleſiae eô nomine donarentur, nemo, ut arbitror (28), Cangiô melius expoſuit hactenus, ac felicius. Obſervat doctiſſimus hic vir, & lectionis immenſae, apud Graecos virorum Monaſteria, & in eis ſtructa Oratoria viris tantum, mulierum autem mulieribus dumtaxat patuiſſe. Et ad Sanctimonialium quidem gynecea quod adtinet, non apud Graecos modo obtinuiſſe morem, ex Auctore Vitae S. Nili junioris confirmat, ſed apud latinos quoque fuiſſe in uſu ex Anonymo in vita S. Liobae egregie oſtendit. Biographus enim in Sanctimonialium Monaſteria, ſeu Oratoria interdictum viris ingreſſum, praeterquam Presbyteris ad Miſſarum ſollemnia peragenda, diſerte teſtatur capite primô; ut viciſſim mulieribus in Monachorum Oratoria capite vigeſimô ſecundô. Adfert & in eam rem vitam S.Theofredi cap. IX., & S. Leutfredi cap. VI., quinimo Anonymum etiam in miraculis S. Benedicti lib. ſecundô cap. XII., nec obſcure ex epiſtola XXIV. libri IV. S. Gregorii hanc colligi diſciplinam poſſe arbitratur. Hinc igitur, quum olim praeter Virorum, aut Sanctimonialium Monaſteria, non aliae in Urbibus Eccleſiae eſſent quam Cathedrales, in quibus, in Eccleſia praeſertim Graeca (29) & unum altare eſſet, & unicum in die offerretur ſacrificium, Presbyteris ſimul cum Epiſcopo, aut cum digniori Presbyte-

(27) In libro viſitationis anni 1595. in Archivo Epiſcopali ita leges fol. 375. ubi viſitatio Civitatis S. Agathae occurrit. *Acceſſit ad Parochialem Eccleſiam ſub titulo S. Nicolai vulgo dictam* La Cattolica *ejuſdem Civitatis, cujus Rector, & Protopapa exſiſtit Venerabil. Presb. Nicolaus Jacobus Panzera*. In illo anni 1597. fol. 100. in viſitatione ejuſdem Civitatis. *Et pervento ad Archipresbyteralem Eccleſiam Civitatis, quae eſt ſub titulo S. Nicolai vulgo dicta* La Cattolica, *factâ brevi oratione, & cantatâ a Presbyteris Graecis oratione praedicti Sancti, aſſociatus a praedictis pervenit ad hoſpitium*, & fol. 103. *Mandavit praedicto Presbytero Paulo Fargalâ Dypthereo* ** *ſic & Vicario Protopapatus, ut transferat &c.*. Ut ex ſuperioribus diſcimus vaçabat tunc Protopapatus, & idcirco Vicarii nomine Deutereus donatur; nam animarum cura Paullo Sorgonâ ibidem demandata legitur.

(28) Cangius laud. adnot. 5.

(29) Adiſis hac de re agentem Thomaſſin. p. p. lib. 2. cap. 21. & ſeqq. per tot. ubi egregie agit de origine Paraeciarum. Confer & quae ſupra diximus cap. 6. n. 2. & 3. & ibidem adnotata.

ro concelebrantibus, ut ſupra abunde ediſſeruimus; illæque dumtaxat viris aeque ac mulieribus, cum ſolo locorum in quibus conſiſterent (30) diſcrimine, paterent: inde porro factum, ut illae primum Catholicae, hoc eſt univerſales, & generales Eccleſiae vocarentur. Quum autem temporis progreſſu inſtitutae Paraeciae ſunt, auctis plebibus, ac diviſis, noviſque extructis cum Curionibus, qui Epiſcopo ſubeſſent, Eccleſiis; illud quidem nomen non amiſere Cathedrales, cui propriô jure conveniebat, ſed aequô etiam jure, eâdemque ratione Paraeciarum Eccleſiis communicatum, quas viris a pari, ac feminis patere conſtabat, ac toti plebi eſſe univerſales. Reſpuit hanc hujus notionis originem doctiſſimus (31) Mazochius; verum nec tradita ejus moris a Cangio documenta ullatenus attigit, nec meliora porro ſubſtituit vir ſummus. A tempore Trullani Concilii, ob ejus Canonis celebritatem factum retur, ut Parochiales Eccleſiae hôc nomine cenſerentur. At ſi poſt tantum Virum, eâ quâ decet modeſtiâ, hiſcere licet, eſto, ut putat; ſed cauſſa profecto, cur eô tempore Parochiales Eccleſiae id nominis participarunt, non alia quam illa, propter quam conlatum pridem Cathedralibus fuerat, eſſe potuit. His autem cur inditum, non explicat Vir Cl. Verum eâdem ratione recte expoſuerat Cangius, qui poſt quam tributum tradita ex cauſſa Parochialibus Eccleſiis id nomen, laudatô in eam rem Trullano Canone dixerat; ſtatim ſubdidit: *Catholicae praeterea dictae Majores, & Epiſcopales Civitatum Eccleſiae, quod omnium quodammodo eſſent, nec uni Plebi addicerentur, ut Parochiales*. Quamobrem firma hactenus videtur Cangiana notionis hujus origo, eaque dubio procul veriſſima. Et in can. quidem Trullano, cujus aetate apud Graecos Paraeciae jamdiu etiam invectae eô vocabulô Cathe-

(30) Deſcendebat mos iſte ex conſtit. Apoſtolicis lib. 2. cap. 61. Confer veterum Eccleſiarum ichnographiam, laudatoſque de ea Auctores ſupra cap. 5. adnot. 14. Vide de hoc ritu Baron. in appar. n. 52. Card. Bona I. Liturg. cap. 20. n. 6. Marten. I. de ritib. cap. 3. art. 9. §. 7. Lebrunium tom. 2. explicat. Miſſ. diſſ. 1. art. 8. ubi & vulgatam illam refert in antiqua Vaticana Eccleſia S. Petri Romae inſcriptionem. *Ad Sanctum Petrum, ante, Regia in porticu, columna ſecunda quando intramus, ſiniſtra parte virorum Lucillus, & Januaria honeſta femina*.

(31) Mazoch. loc. laud. adnot. 18.

thedrales ſimul, & Parochiales Eccleſias, ſeu ſi mavis, Baptiſmales quaſcumque ob communem ſexus utriuſque acceſſum intellectas fuiſſe, ne dubitaveris. Abuſum ſcilicet in privatis *ευ κτηρίοις* (*Oratoriis*) baptizandi is canon eliminat.

VI. Hinc igitur ſponte fluit ut quiſpiam cur Protopapis Catholicae ut plurimum Eccleſiae ſubnectantur intelligat. Illi enim, aut in Eccleſiis Cathedralibus erant, aut altera inferiori notione Curiones in Plebibus. Non alibi igitur, quam in Catholicis Eccleſiis eſſe poterant, aut poſt Epiſcopos primi, ut in Regina & Bovenſi Eccleſia fuiſſe in Calabria oſtendimus, aut in Vicanis Eccleſiis Epiſcopalium Dioeceſeon, quibus animarum cura adnecteretur, Curiones primi, ut in Civitate S. Agathae Reginae etiam Dioeceſis, in qua Eccleſia, cui Protopapas praeeſt, Catholica vocabatur. Verum de Catholicis Eccleſiis Meſſanenſi ac Regina nonnihil conjiciendum, videndumque an ex Cathedrali, an potius ex Parochiali Eccleſia, utrique nomen factum. Quantum intelligo, ita rem utrobique geſtam arbitror. Erectis latinô ritu, Meſſanae ſub tit. S. Nicolai, Regii vero B. M. V. in caelum Adſumtae novis ſub Northmannis Principibus Cathedralibus, quae antea ſub Graecis Epiſcopis Cathedrales erant, Graecorum Clero, qui numquam in iſtis Civitatibus defuit, relictas fuiſſe conjecto; eâque propter Eccleſiis illis perpetuo inhaeſiſſe, quod antea habebant nomen Catholicarum. Eccleſiam porro S. M. de Grapheo, quam a Fundatore ita nuncupatam (32) ſcripſit Bonfilius, nunquam fuiſſe Cathedralem ſibi perſuadere Meſſanenſes poterunt, maximi illius Templi S. Mariae Novae ſplendore excitati, in quod Cathedralis ſedes ab aetate Berardi Archiepiſcopi ſub Henrico VI. Imperatore ann. CIƆCXCVI. translata eſt. Sed ne praeſentibus vetera illa tempora, in quibus ſub Saracenorum tyrannide nullum paene Chriſtianae religionis veſtigium Meſſanae erat, metiantur rogo.

(32) Bonfil. laud. adnot. 1. Verum ſi Tò De *Grapheo* non ad Fundatorem, ſed ad epiſtolam illam Deiparae, quam ſibi datam magnâ fide credunt Meſſanenſes referas: quaſi *ἀπὸ τῆς γράφης*, ut Mennitius fol. 7., & poſt eum Perimezzius fol. 21. Defenſ. Traditionis Meſſanenſ. expoſuerunt, hoc eſt *ſcriptura*, vel *littera* derivatum, facile, ut arbitror, conſentientes habebis.

Nec enim majorem habuit amplitudinem prima Cathedralis Eccleſia S. Nicolai, ut adhuc hodie vocant, *Archiepiſcopatus*, quo primum a Troina Meſſanam, in qua ex longo fortaſſe tempore deſierat, reducta Sedes Epiſcopalis fuerat. Avita Meſſanenſium pietas, procedentium temporum felicitate roborata, ad auguſtiſſimum illud templum Deiparae erigendum (33) excitata eſt. Sed vero in hanc rem inquirant ipſi diligentius. Similes mihi conjecturas de Catholica Regina Eccleſia, nulli partium ſtudio addictis proponere liceat.

CAPUT XV.

De Catholica Regina, ejuſque Protopapa. Eam Eccleſiam, aut Cathedralem ſub Graecis fuiſſe conjicitur, aut Parochialem certe ſub Northmannis Principibus pro Graecis deſtinatam. Miſerrimus Reginae Urbis ſtatus Saeculô X., Saracenis ingruentibus, in eam rem adducitur. Ex quo tempore, & qua de cauſſa ritus graecus in ea deſierit. Quomodo ejus Protopapae eligantur. Eorum quotquot hactenus innotuerunt Syllabus Eccleſiae ejusdem Dypticbis inſerendus.

I. Vulgatum eſt Catholicam hanc Eccleſiam S. M. Virginis Graecorum Civitatis Regii ab Sereniſſimo Comite Rogerio Northmanno extructam fuiſſe; atque in eam rem ejuſdem Comitis diploma multis nominibus celebratiſſimum adfertur, quod olim ex Graeca Comitis Cancellaria ut vocant, datum, in linguam latinam, annô vulgari CIↃCCCCXCVIII. ab celebri illo Conſtantino Laſcari tunc Meſſanae graecae linguae Anteceſſore (1) hujus Eccleſiae Protopapas Nicolaus Spanò vertendum curavit, editô traductionis iſtius publicô (2) ſolemnique documentô. Verſio autem in hunc modum ſe habet.

Si-

(33) De hoc templo, ejuſque erectione vide quae Pirr. habet in notit. Meſſan. tom. 1. fol. 341., & 400.

(1) De Laſcari vide cap. 13. adnot. 14.

(2) Authenticum quod vocant, Tranſumtum, editum fertur inter acta nobilis Judicis, & Notarii Civitatis Meſſanae Andreae de Azzarello ſub die 10. Februarii an. 1498. Indict. 2. At vitium in hac indictione eſt, quoniam hoc anno menſe Februariô etiam

Sigillum factum a me Rogerio Comite Calabriae, & Siciliae, datum Tibi Venerabili Presbytero Protopapae Civitatis Regii Domino Petro, menſe Julii, Indictione V. Juſtum, & dignum eſt promiſſa in exequutione facere, & de divinis Templis procurare, & quae ſunt in eis bene perficere, & hoc ſacrae leges perhibent Deo gratum, & receptabile eſſe; quod non ſolum propter hoc, ſed ut etiam permaneant rata & immutabilia. Ideo cum moram traherem in Civitate Meſſanae, & in mente recolerem de Catholica Eccleſia Civitatis Regii tamquam praeordinata a Nobis, liberamus eam ab hodierno die, & hora ab omni Eccleſiaſtica teſtatione, ut nullus Archiepiſcopus, ſive Epiſcopus, ſive aliquis cujuſcumque gradus Eccleſiaſtici ſit, habeat poteſtatem, & dominium in praedicta Eccleſia Catholica S. Virginis Dei genitricis Graecorum; ſed totaliter volumus hanc eſſe liberam, & exemtam, & Capellam Majeſtatis Noſtrae. Similiter Protopapam illius ordinavimus promoveri a Noſtra Majeſtate. Praeterea praecipimus, & determinamus, ut praedictus Protopapa, & ſui Clerici, & totus Clerus Reginus ſubditus ſibi, canant unoquoque die Veneris in ipſa Catholica Eccleſia (*) Praeſtiam, id eſt ſupplicationem, & ſupplicent, & orent pro Noſtra Majeſtate, & pro omni genere Chriſtianorum. Promotionem vero praedicti Protopapae, ut diximus, ordinamus fieri a Noſtra Majeſtate, & ipſum eligi a Communi Populo Civitatis, Virum Venerabilem, prudentem, & timentem Deum, & dignum tali Miniſterio: deinde ipſum Protopapam confirmari a Noſtra Majeſtate. Et hoc fecimus pro ſalute animae meae, & Genitorum meorum, & Noſtrorum Succeſſorum. Si quis vero voluerit permutare, vel annihilare Noſtram Ordinationem, ſive Eccleſiaſticus ſit, ſive Saecularis, ſive alius quiſpiam, non parvam indignationem ſubſtinebit a Nobis: imo & caſtigandus erit a Majeſtate Noſtra. Et ſic ordinavimus ut praeſens ſigillum permaneat immobile, & impermutabile amodo & in futurum permaneat. Unde ad majorem fidem conſuetâ Noſtrâ Bullâ

plum-

iam ex more Graecorum, qui diu in utraque Sicilia perſeveravit, prima eſſe debuit. Vide ſupra cap. 12. adnot. 39. Sunt etiam qui Laſcarim circa ann. 1403. defunctum ſcribunt. Vide Raguſam in Elog. Sicul. ſtatim ſub init. Confer ſupra adnot. 86. cap. 13.

(*) Alii CC. addunt *continue*.

plumbeâ ſigillari fecimus, & donavimus Tibi Protopapae praeſenti, & Tuis Succeſſoribus, menſe, & Indictione. ut ſupra à principio Mundi ſeu milleſimô ſexcenteſimô vigeſimô annô. Rogerius Comes Calabriae, ac Siciliae, & Chriſtianorum Adjutor.

II. Qui poſtremas haſce notas, quae in annum incidunt Dionyſianum MCXII., cui Ind.V. menſe Julio examuſſim reſpondet, cum vita Rogerii Comitis conciliare voluerit, is mihi certe magnus Apollo erit. Annus emortualis (3) Rogerii, communi, & coaevorum, & poſteriorum Scriptorum conſenſu, primus Saeculi XII. fuit, ut ſubductis quibusvis generis annorum calculis ad XII. omnino extendi non poſſit. Sed iſtam camarinam amplius movere nobis nec lubet, nec forte licet: ſatis enim olim diſputatum eſt. Jam vero ex hoc eodem diplomate haud injuriâ colligere quempiam poſſe contendimus, non a fundamentis excitatam ab Rogerio fuiſſe Catholicam hanc Graecorum Eccleſiam; ſed ea dumtaxat, quum Rogerii eſſet, *praeordinaſſe*, quae ejus cultui, & conſervando pro Graecis Templo, eisque Sacramentis ſuô ritu adminiſtrandis, apta, ac neceſſaria judicavit: *Quum moram*, inquit, *traherem in Civitate Meſſanae, & in mente recolerem de Catholica Eccleſia Civitatis Regii, tamquam praeordinata a Nobis*. Barbara illa vox *praeordinare*, ſi in idem *ac ordinare*, *ſeu quis cuique locus ſit diſponere*, recidat, nullam plane ſuo-

(3) Lupus Protoſpata ad ann. 1101. quo vivebat. *Hôc anno obiit Rogerius Comes Siciliae menſe Julii*. Conradus in Chronico tom. 1. Biblioth. Sicul. fol. 48. & S. R. J. tom. 1. p. 2. fol. 278. *Inde apud Miletum obiit ann. CIϽCI. 9. Indict. menſe Julii, & corpus ejus in Eccleſia, quam ipſe fundaverat honorifice ſepultum eſt*. Additamenta poſt Gaufredum ex Cod. Marchionis Jarettanae in eadem Biblioth. fol. 249. *Anno Domini* 1101. *Indict. 9. menſe Julii obiit Maximus Comes Rogerius Pater Regis Rogerii*. At in emortuali C. Caſſinenſi ibid. fol. 523. X. Kalend. Julii dies Rogerii anniverſaria ſignatur, quod ad nos modo non attinet. Omitto recentiores qui in eum annum fere omnes conſpirant. Vide Inveges in Annalib. Panormit. & Murator. in Italicis ad eum ann. Verum apud Ughellum nonnulla etiam Rogerii Comitis occurrere diplomata ſcimus, quae poſterioribus annis ſignata ſunt: Illud praeſertim quod Polychronio Epiſcopo Geruntino datum ſignatur *in ſex millibus ſexcentis viginti tribus annis*, hoc eſt ann. 1115. Vide tom. 9. in Severinatibus col. 477. At haec alii videant, concilientque ſi poſſint. Nam aliqua ad Rogerium filium, quum adhuc Comes erat pertinere indubium eſt. An forte & iſtud quo de agimus? Etenim quum datum eſt, ille 14. attingebat annum. At quid illum majeſtatis nomen? An Laſcaris addidit? Non eſt hujus loci plura.

ſuopte ingeniô excitat aedificationis ideam; contrariam immo, & omnino diſſimilem. At ſi medii aevi uſu, cujus etiam phraſes in numerato habebat Laſcaris, adhibitam accipies, officiô eccleſiaſticô donari ſignificat, quemadmodum ex chronico Ceſaurienſi Maurini (4) PP. obſervant. Si graecum autographum nunc proſtaret, vocis vim quâ uſus graecus auctor fuerat, penſaremus. Verum nullô pactô in ea transferenda lapſum fuiſſe Virum inſignem origine, ac profeſſione hujus rei teſtem idoneum, certiſſime exiſtimandum eſt: eamque idcirco in apographo latino uſurpaſſe vocem, quae in vulgari hominum ſermone, ideam excitati a fundamentis aedificii nullatenus ingerebat, quod in exemplari graeco non occurreret, ſincerâ uſum ac fideli interpretatione. Quid enim? Deerant ne voces *aedificatâ*, *extructâ*, *erectâ*, *fundatâ*, *conſtructâ*, & ejusmodi ſexcentae, quae in Northmannorum Privilegiis paſſim obviae ſunt (5)? Quod ſi *praeordinatam*, perinde ac praeceptam, juſſamve ab eo Eccleſiam, valere heic velis, quid, an aedificari, an diſponi, vel deſtinari Rogerius juſſerit, hinc plane non hauries.

III. Illud itaque ex iis, quae in proximo mox capite ſtatuimus, potius inferendum eſt, Catholicam hanc Reginam, aut Cathedralem Eccleſiam fuiſſe ſub Archiepiſcopis Graecis, quod probabilius exiſtimo; a Rogerio vero, conſtitutô jam Regii latini ritus Archiepiſcopô, Graecis ipſis, ampliorem tunc Urbis partem agentibus, ſub graecanica Dignitate Protopapae, qui ad jurgia ex intimo, inveteratoque inter utramque

(4) In addit. ad Cang. v. *praeordinari*. Vide addit. ad Chronicum Ceſaurienſ. tom. 1. p. 2. S. R. J. fol. 1002. In hanc autem ſententiam de non fundata, ſed diſpoſita, auctaque ab Rogerio Catholica Regina Eccleſia deſcendiſſe Petrum Jannonium nuper lubens legi in 2. p. opp. poſthum. fol. 188. Tom. 6. opp., ubi obſervationes quaedam proſtant meam Apologiam, quam ſupra laudat. cap. 9. adnot. 1.

(5) Sic in diplomate Catanenſ. Eccl. apud Pirr. tom. 1. fol. 522. *Conſtitui Abbatiam temporibus meis*. In illo S. Angeli de Troina tom. 2. fol. 1016. *Conſtruxi in Civitate Troinae monaſterium ad honorem &c.* In altero Eccl. Meſſanenſ. tom. 1. fol. 383. *Nuper vero aedificavi Eccleſiam in nomine S. P. Nicolai in Civitate Meſſanae*. Sic & Rogerius Rex ejus filius in diplomate Archimandritatus Meſſanenſ. tom. 2. fol. 972. *Tranquillitas noſtra ſacrum fundamentum erexit, atque Templum aedificavit in promuntorio portus Meſſanae*. Et in altero fol. 974. *Regimen noſtrum erexit, & aedificavit Templum, divinam Eccleſiam a fundamentis in lingua, quae eſt in portu Meſſanae*. Sic porro in quamplurimis.

que gentem odio vitanda, ab Archiepiſcopo exemtus, illos ritu ſuo regeret, fuiſſe relictam: aut ſaltem, ex Eccleſiis quae Regii tunc erant, hanc ab eo unam fuiſſe Graecorum heic morantium Parochialem deſtinatam, adeoque vere Catholicam factam, cui omnium ſubeſſet Graecorum cura, quaeque in utraque ſpecie, ab omnibus ejus generis Presbyteris, ac Diaconis, divinis officiis frequentaretur. Primum jure conjicit Cl. Aſſemannus (6), ubi morem illum duarum ſub uno Epiſcopo Cathedralium, qui in pluribus Urbibus reperitur, exponens, in eam etiam rem adductum a Cauſidicis in celebri cauſſa Hebdomadariorum Eccleſiae Neapolitanae Ughelli (7) locum, in quo de Catholica iſta Regina agit, ſic interpretatur. *Certe in Rhegienſi Eccleſia, Latina Cathedralis, & Graeca reperitur, atque idcirco Graeca ibi Eccleſia appellatur uſque in hodiernum diem Catholica, quia Cathedralis Metropolitana fuerat, antequam Latina per Northmannos erigeretur*: Qua in re Cl. Virum nullatenus falſum arbitror. Ughellus quippe, ſicut quum hanc deſcripſit Eccleſiam, aliorum relatu deceptus non omnia retulit vera, (neque enim aetate ſuâ ritus amplius graecus in ea Eccleſia, ut ipſe ſcribit, ſervabatur); ita & quum de Metropolitana hodierna ſermonem inſtituit, in eo etiam inſigniter lapſus eſt, quod eam, *nobilis & vetuſtae ſtructurae, in medio Civitatis aedificatam* dixerit. Falſum utrumque; quum neque in Urbis umbilico, neque porro vetus aedificium, ſed in Auſtrali parte Civitatis, & recentis, vulgariſque ſtructurae ſit. Contra vero Catholica Eccleſia in altera Urbis ſeptentrionali parte poſita, tametſi non magnae adeo molis, ipſiſſimam exhibuit hactenus Graecarum (8) Eccleſiarum in pluribus formam. Dixi *hactenus*; nam hôc ſaeculo ſaepiſſime reſtauratâ, in id potiſſimum incu-

(6) Aſſeman. de reb. Neapol. & Sicul. tom. 4. cap. 8. fol. 408.

(7) Ughell. tom. 2. in Arch. Regin. col. 320. *Metropolis Baſilica titulo Deiparae Virginis Adſumtae nobilis, & vetuſtae ſtructurae in medio Civitatis aedificata eſt*. Et infra ubi de Parochialibus agit: *In his una Collegiata, vulgo nuncupata* La Cattolica, *in qua Protopapa dignitate praeſulgens, una cum* 12. *Presbyteris graeco ritu ſacrum facit, & miniſtrat*: Obiit Ughellus ann. 1670. Edidit primo Italiam ſuam an. 1662.

(8) De forma Eccleſiarum Graecarum dixi ſupra cap. 5. adnot. 14.

cubuiſſe viſi ſunt illi, quibus reficiendae cura commiſſa erat, ut omnem abolerent antiquae ſtructurae imaginem. Nihil enimvero niſi apſis ſupereſt, in cujus ſuperiori concameratione graecâ, rudique picturâ muſivum opus imitante, media inter Deiparam a dextris, & ignotum mihi Heroem alium a ſiniſtris imago Servatoris viſitur, dexterâ quidem benedicens, laevâ vero reſeratum codicem gerens, in quo *Χριϛός * νηκαί*, *Χριϛός * βασηλέβα* *Chriſtus vincit*, *Chriſtus regnat*, graecis litteris legitur. Etſi autem Eccleſia iſthaec, neque amplitudinem illam, neque magnificentiam exhibeat, quam totius Calabriae Metropolitanae, in Urbe etiam Ducum Graecorum Sede, conveniſſe probe intelligimus: id tamen nullam in hac re admirationem ingerere, aut faceſſere negotium debet, ſi quô ſtatu in his regionibus, & Regii praeſertim ſaeculô X. poſitae tandem fuerint res Graecorum, Saracenis undique regionem vaſtantibus, animô concipiamus.

* ſic

* ſic

IV. Heic propterea ad offendiculum ex praejudicio removendum, Urbis Reginae faciem ſaeculô X. ineunte perfunctorie delineare liceat, quum viciſſitudinum illius ſaeculi in Calabria Graecos inter ac Saracenos, alterius loci ſit pleniſſimam, & temporum habere, & rerum verſatam ſeriem. Ex quo enim annô IↃCCCXXVII. (9), aut ſequenti, Saraceni ex Africa in Siciliam tranſmearunt, ac paullatim pulſis Graecis ad initia uſque ſaeculi X., unô demtô Tauromeniô, integram occuparunt, Sedemque Amirae, Africano ſaltem *Cairovani*, ut nonnullis placet, fiduciario, Panormi fixere; pluries in Calabriam a Graecis detentam excurſiones tentarunt, ac perfecerunt. Verum annus, qui ſaeculum X. virtuti, ac litteris infenſiſſimum adaperuit, is fuit qui Reginae Urbi tale a Saracenis ex Africa ſimul, Siciliaque confluentibus paravit exitium, ut mox ab iſtis vaſtata, mox a Graecis recuperata, nunc illorum direptioni, nunc horum ſubjecta praeliis, ac metationibus, ad medium uſque ſaeculum X., ne Urbis quidem faciem retinuerit. Primam illam cladem Jo-

(9) Haec potior epocha eſt adventus Saracenorum in Siciliam, impurô, ac ſacrilegô Euphemjô prodente patriam. Vide Baron. & Pagium a hunc annum.

hannis Diaconi Neapolitani verbis in actis translationis (10) S. Severini Abbatis e Caſtello Lucullano Neapolim, deſcribere lubet. Sic autem exorditur: *Anno Imperii Leonis, & Alexandri XXIV. Saraceni, qui Panormi degebant, a Rege Africano, quod ejus parere imperiis recuſarent, defecere; quâ ille rebellione efferatus, filium ſuum magno cum exercitu miſit; ut captâ Panormo ſtatim Regium trajiceret, Urbeſque Graecorum propter foedus, quod cum Panormitanis fecerunt, expugnaret. Mox Regulus mandata Parentis excipiens properanter abiit, obviumque ſibi Panormitanum exercitum quum fudiſſet, eôdem quô congreſſus fuerat impetu illorum Urbem coepit. Inde navibus conſcenſis, Regium tranſmiſit, expoſitôque exercitu, Graecorum praeſidium, quod ex Calabriae urbibus ad auxilium ferendum confluxerat, extemplo in fugam compulit, ſolôque terrore in diverſa praecipites egit. Iratô autem Deô mortalium culpis, nullô labore Oppidum illud ingreſſus adeo (dolendum dictu) in caedem efferbuit, ut nulli ſexui, nulli aetati parceretur. Poſt immaniſſimas itaque ſtroges, quas totâ paſſim urbe nefandiſſimi hoſtes dederunt, ad diripiendum ſolitâ rapacitate converſi, ſeptendecim fere hominum millia latitantium invenerunt, quos inter Epiſcopum ipſum cygneô capite, ruboreque oris decorum, Pagani impii miſerandum in modum abduxerunt. Auri vero, argentique pondera, aliaque non minimi pretii, quae illi demoliti fuerant inſatiabilis inhians Tyrannus, in unum congeri, ſibique cuncta ſtudioſius ſervari interea juſſit, dum certius quid haberet, quod Patri nunciaret.* Longiora porro ſunt reliquai, quam huc omnia transferri poſſint. Mirifice illi conſentit S. Eliae (11) Ennenſis Biographus, qui narrat divinum hunc hominem, *quum ſpiritu praeſentiret teterrimam cladem ab Agarenis Regio inferendam, relictô Monaſteriô, quod erat in Salinis, Patras, una cum diſcipulo* (Daniele) *petiiſſe*: nec inde reditum, niſi poſtquam eodem ſpiritu actus *Regiô jam conceſſiſſe hoſtes aliis procul indicavit*, maturaſſe. Verum paul-

lo

(10) Edita ſunt ab Octav. Cajetan. tom. 2. SS. Sicil. fol. 60. a Caruſ. Biblioth. Sicul. tom. 1. fol. 39. & inter SS. R. J. tom. 1. p. 2. col. 269.

(11) Edit. ab eod. Cajetan, ibid. fol. 63. & ſeq., & a Pinio recuſus in act. SS. ad diem 17. Auguſti.

lo poſt non inferior inlata Regio ſtrages; cujus unice hic Auctor meminit. Subdit enim Eliae a Patris in Calabriam jam reverſo aliquando oranti Iſmaëlitarum inruptionem, direptionemque, ac vaſtitatem Reginae Urbis caelitus fuiſſe oſtenſam. *Et quemadmodum*, inquit, *Jonas Propheta ad Ninivitas a Deo mittitur, ut imminentem illis divinam ultionem denunciaret; ſic ille ad Reginos. Sed Ninivitae quidem poenitentiam agentes caeleſtem iram effugere: at vero Regini obturatis auribus a Sancto Patre poenitentiam praedicatam negligentes, ea mala ſibi conciliarunt. Sic ex iis alii in ſervitutem abducti, alii ferro contrucidati. Eâ itaque clade impendente, Elias, ac Daniel in S. Chriſtinae Caſtrum proficiſcuntur.*

V. Prima illa clades ad annum omnino IↃCCCCI. pertinere videtur. Nam Chronographus (12) Arabico-Siculus ad annum 6408. qui Chriſti eſt nongenteſimus, ita habet. *Exercitum duxit Abul-Abbas* (id ſcilicet nomen Regulo Cairovani Regis filio) *ex Africa ad Mazar viceſimô quartô menſis Julii.* Tum anno ſequenti. *Abul Abbas*, inquit, *coepit Panormum, & caedes magna fuit die octavô menſis Septembris. Sub finem hujus anni capta eſt Rivah* (hoc nomine Regium ſemper adpellat Siculo-Arbs Scriptor) *die decima menſis Junii.* Ubi, ut vides, annum ex more Graecorum in Sicilia ita computat, ut a Septembri initium ducat. Quamobrem, quum ſecundus computus noſtros, annô nongenteſimô, menſe Septembri Panormus capta fuerit, annô ſequenti, menſe Juniô, Regio prima clades inlata. Secundam vero ex ea manaſſe Saracenorum in Calabriam inruptione arbitror, ex qua Chronicon ſuum Saracenico-Calabrum annô IↃCCCCIII. Arnulphus (13) Monachus exorditur. *Saraceni*, inquit, *cum eorum claſſe venerunt in Calabriam, devaſtaverunt multa loca, multos captivos fecere; multoſque interfecere, & praecipue praeſidium Graecorum.* Ex hoc enim tempore figere in Calabria pedem orſi

 ſunt

(12) Edit. ex C. Cantabrigienſi to. 1. Biblioth. Sicul., & inter SS. R. J. tom. 1. p. 2. Hoc vocamus Chronicum Saracenico-Siculum.

(13) Excuſum fuit pretioſum hoc vetuſtatis monumentum a Cl. Johan. Baptiſta Taſurio ad calcem tom. 2. Script. Regni Neapol.; ſed emendatius recnſum a Cl. Pratillo tom. 3. Hiſt. Langobard. fol. 283. Hoc vocamus Chronicum Saracenico-Calabrum. Ex eo potiſſimum quae ſequuntur delibamus.

ſunt Saraceni. Nam annô IↃCCCCIV., ut idem narrat, Abſtaël captô Scylaceô, atque direptô, ibi, Siciliae Saracenis ſuppetias ferentibus, quamdam veluti ſuorum coloniam, & Dynaſtiam erexit; eô quidem felici exitu, ut poſt eum Olcbekus, inde Saklabius, poſtremo etiam Alberecus Saracenorum Duces, eo in loco veluti extructô receptaculô, tum Graecos, quum Saracenos alios vexarint, qui ſoli amoenitate illecti, tranſmeabant, nec inde niſi annô IↃCCCCLXV. exturbati ſint. Annus tamen IↃCCCCVIII. excidiô Tauromenii in Sicilia ab Abrahamo mox laudati Abul-Abbae Patre inlatô, novâque Regii occupatione notandus, immenſa Calabriae damna, totique fere Italiae proximum adtulit periculum direptionis. Sic porro Auctor Chronici Saracenico-Siculi. *Anno 6416.* (is annus eſt 908.) *venit Emir, ſeu Dux Magnus ex Africa menſe Majô, & exercitum conflavit ex Siculis, & Africanis, & coepit Tabermin die primô menſis Auguſti, qui fuit dies Dominicus* (14). Narrat enimvero Johannes Diaconus, quei ille Tauromenium coeperit, Sanctumque Epiſcopum Procopium dirô martyriô adfecerit: indeque Romae, ac Italiae toti minitando *in Conſentinas partes caſtra ibi metaturus* trajecerit, ubi obviam illi Italiae Legatis occurrentibus, interim prodigioſâ morte deceſſit. Sed enucleatius S. Eliae Ennenſis Biographus Brachimum (ſic enim Abrahamum adpellat) Tauromeniô everſô, incenſiſque vicinis pagis, non in Chriſtianos tantum, ſed in Chriſtum etiam inſolentiâ, adrogantiâque debacchantem, Regium primum tranſmiſiſſe, atque illinc *Conſtantiam*, hoc eſt Conſentiam, ubi moratus eſt, ſcribit, quod certe non niſi annô ſequenti accidit. Quamobrem exactiſſime Chronographus Noſter Saracenico-Calaber. *Annô*, inquit, *909. Abraham Saracenorum Rex de Africa venit cum exercitu ſuo, & obſedit Conſentiam, & ſubmiſit eam, & devaſtavit omnia loca circum circa. Deus Omnipotens, & fortis, & potens, volens tantam immanitatem vindicare, percuſſit eum ictu fulminis.* Varia de hujus morte ſcri-

(14) At vero ea die feria 2. erat, quae tamen anticipatio frequens eſt in hoc Chronico, ut Aſſemannus, qui vertit, notavit. Vide Caruſium in praefat. ad illud.

ſcribuntur, quae ad nos non adtinent. Addimus dumtaxat Chronicon Vulturnenſe (15), cujus Auctor ad annum 908. ſimul omnia referens habet in hunc modum. *Civitas Regium a filio Regis Afar capta eſt a Saracenis. Rex vero Africae ſuper Conſentiam reſidens, nocte quadam Dei judiciô mortuus eſt.* Et non aliter quidem intelligendae ſunt notae illae, quas initiô opuſculi translationis S. Severini Johannes Diaconus adpoſuit anni XXIV. Leonis, & Alexandri, quae in annum incidunt IↃCCCCIX, in quo a menſe Martio (16) ab obitu Baſilii Patris annô IↃCCCLXXXVI. annus currebat XXIV. Illae enim notae ad tempus translationis, quae potiſſimus Scriptoris ſcopus erat, referuntur, tunc quidem ex imminentis vaſtationis metu peractae, quum Abraham in Italiam, ut ipſe narrat, tranſmiſerat: cetera autem qui praecedebant annos reſpiciunt. Nec ſequenda hac in re Iſmaëlis Alemujudad Abulphedae (17) chronologia, qui annô Hegirae 289. ut Pagius (18) refert, nimirum vulgari 902., aut annô 291. ex editione Caruſii, qui annô 904. circum reſpondet, mortuum hunc Ibraimum in Sicilia refert: multo autem minus audiendi, aut Lupus Protoſpata (19), aut Anonymus Barenſis, vel Petrus Diaconus Caſſinenſis; qui Abrahami interitum ad ea etiam circum tempora retulerunt. Non ſunt enim Scriptores iſti, haud ſynchroni, cum hactenus [illegible] re-

(15) Editum tom. 1. p. 2. S. R. J. fol. 415.

(16) Confer Pagium ad eum ann., & ad ann. 911.

(17) Edita eſt haec Chronologia tom. 1. Biblioth. Sicul. fol. 18., & recuſa tom. 1. p. 2. S. R. J.

(18) Pagius ad ann. 902. num. 17. Initium enim Hegirae 280. in Feriam quartam cadit 16. Decembris an. 901. Initium autem Hegirae 291. in Feriam quintam 24. Novembris an. 903. Menſis vero Dilchada, ſeu Dilhaga, aut Dilithshe, in quo mortuus ſcribitur Abrahamus, ultimus ut 12. menſium anni lunaris Arabici. Vide Langlet Tablettes Chronolog. Tom. 1. fol. 348. Confer Petavium de Doctrin. temp. lib. 2. cap. 50. & lib. 7. cap. 22., ac Wolph. in Element. Chronol. cap. 7. tom. 4. Opp. Mathematic.

(19) Protoſpat. ad ann. 901. Anonym. Barenſis edit. a Muratorio tom. 1. antiq. med. aevi, recuſus a Pratill. tom. 4. hiſt. Langobard. ad ann. 902. Petrus Diaconus ad vitam S. Placidi relat. ab. Octav. Cajetan. in adnot. ad act. translat. S. Severini adnot. 12. ad ann. 903. Sed de hoc Petro Diacono vide Mabillon. ad acta SS. ord. S. Bened. tom. 1. pag. 68. Pagius, qui haec acta translationis non vidit, & Summontium ſequitur, labitur etiam in calculis laud. loc. nu. 18., qui tamen jure acta ipſa deſideraſſe innuit vir ſummus.

Digitized by Google

relatis tempori illi, aut coaevis, aut ſupparibus omnino comparandi, & Abſtaëlis inruptionem cum illa Abrahimi confudiſſe videntur.

VI. Tametſi autem paullo poſt in Graecorum poteſtatem Regium, hactenus ab Saracenis pluries impetitum, redierit; annô tamen IↃCCCCXVIII., ut Arnulphus narrat; *magna turba Saracenorum de Cilicia* * *venit, & obſedit Regium, & comprehendit eum cum occiſione multorum Civium*. Idem ad annum 6426., qui 918. eſt, ſcribit Chronographus Saraceniсo-Siculus. *Sub finem anni*, inquit, *venerunt ſcaphae ab Africa, & Rivam noctu coeperunt*. In hoc ſcilicet ab Arnulpho diſcrepans, quod hic a Sicilia, ille ab Africa Saracenos arceſſat. Utcumque res ſe ſe habuerit, illud certum ab eo tempore ad annum uſque IↃCCCCLV. a Saracenorum jugo Regium vix reſpiraſſe, quinimmo & inter ipſos Saracenos evaſiſſe veluti diſcordiae pomum. Nam inter eos qui Scylacei, & eos qui Regii degebant, magnum ſtatim annô 919. incruduit bellum, quod illorum caput Olcbekius, qui unus tunc erat in Calabria eorum quaſi Amiras, vel Caliphus, aut diviſum habere cum novis hoſpitibus imperium, aut novam creſcere coloniam, quae olim ſuam minueret, non pateretur. Inſignem autem de illis inter ſe diviſis licet annô ſequenti victoriam Graeci reportaverint, & unâ cum Regio potiora Calabriae loca in priſtinam adſeruerint libertatem, omnia nihilominus in irritum ceſſere, accitis ab Olcbekio e Sicilia, & Africa auxiliariis copiis, quibus non modo cuncta fere Calabriae loca ſuae ditioni ſubjecit, ſed ingenti etiam relatâ praedâ, plura ad internecionem delevit. In hujus tamen diviſione ob ejus avaritiam a ſuis interfectus, Saklabio Abrami (20) nepoti, qui ex Africa, ut puto, cum ſubſidiario milite venerat, locum ceſſit. Hic autem efferus homo, ita confines dilatavit, ut quamvis Graeci illi paſſim obſtiterint, niſi tamen in inſigni conflictu annô IↃCCCCXXXVI. periiſſet, numquam amiſſa loca recuperaſſent. Poſt ea tempora

* ſic

(20) Ita adpellatur in C. Borelliano apud Pratill. laud. adnot. 13. Reliqua, quae heic leges ex eodem Chronic. Saracenico-Calabro deſumta ſunt.

ab Graecis qui Regii erant in Caſtrum Sabateli coactos fuiſſe Saracenos puto; unde cum illis, qui Meſſanam incolebant initâ ſocietate, nec Scylacenis amplius ſubjecti, praedones in Calabriam excurrentes, totam devaſtabant, donec a Reginis ann. IↃCCCCL. ex improviſo, quum excurrerent, invasô Caſtrô, ac combuſtô, inde omnino exturbati ſunt. Inter haec vero illud nobis Chronographus Arabico-Siculus teſtatum reliquit Baſilium Alaprotocarabum (21) hoc eſt Claſſis ductorem an. IↃCCCLVI. Cpoli ad lapſas adeo in Calabria Graecorum res reparandas adventantem; Regii Saracenorum Fanum, quod *Moſcheam* vocant, deſtruxiſſe: quod argumento eſt, non imperio dumtaxat per ea tempora, ſed religioni etiam Saracenorum hanc Urbem fuiſſe ſubjectam. Hinc propterea omnia ſub Saracenis Chriſtianorum Templa direpta, deſtructaque fuiſſe in hac Urbe certum prorſus videtur, quum nullibi adpareat veterum Eccleſiarum monumentum: quinimmo, & ipſam Graecorum Metropolitanam, ad inſtar Sophianae Byzantinae, in Moſcheam, quae a Baſilio deſtructa ſit, fuiſſe converſam ſuſpicari licet. Nihil ergo ampliorem ſub Graecis Catholicam, hoc eſt Cathedralem, invenire neceſſe eſt, ſi vix heic remanſerint Chriſtianae religionis veſtigia. Illam ſub finem X. ſaeculi erectam arbitror; reſtitutis paullatim jamdiu oppreſſis Graecorum rebus; perfectamque (22) primô ſupra milleſimum annô, ut ſignatum, haud multis ab hinc annis, in trabe illa, quae inter Tribunae arcum SS. Crucifixi imaginem ſubſtinebat, legebatur, indeque ob cariem ex vetuſtate contractam dimoveri oportuit. Hanc igitur Eccleſiam novam ſub ultimis Graecorum temporibus Catholicam, hoc eſt Cathedralem, erectâ Latinâ, Latinôque Epiſcopô conſtitutô, ut Graecis Regii degentibus ſub eorum Protopapa remaneret; praeordinavit Rogerius.

VII.

(21) Arbitror ego Baſilium hunc primum Claſſis ductorem, alias Graecis Thalaſsiarcham Alaprotocarabum ab Arabo Scriptore nuncupari, quod frequens huic linguae ſit articulus *Al*. Re autem ipſa Protocarabus erat, de quo dixi ſupra cap. 1. n. 8. & adnot. 51.

(22) De hiſce notis, pluribus Zavarronus Apologiae ſuae fol. 51. edit. Rom. Annum exhibuiſſe 1101. refert Apologiſta contrarius fol. 161. Sed idoneis a primo convincitur teſtibus: At quibuſnam ciferis neuter prodit. Difficile autem videtur Arabicis.

VII. Quae quum ita fuerint, egregie falſus eſt, ut obiter dicam, Catalogi Epiſcoporum Reginae Eccleſiae Auctor (23) ex quo ſua Ughellus depromſit, qui Euſebium Reginum Archiepiſcopum anno IↃCCCCXVI. locarunt, alter quidem inde initiô ductô, alter eo annô obitu fixô, quum annis XIV. hanc rexiſſe Eccleſiam ſcribunt. Si enim cuidam Codici ex illo Trium Tabernarum Chronico, de quo ſupra diximus, paſſim conſarcinato, ex quo dumtaxat hic mihi Euſebius hactenus innoteſcit, fides aliqua, ita porro in illo (24) ſcriptum lego. *Stupenda res. Civitas enim quae Regium nominatur, neque a Cretenſibus, neque a Chartaginienſibus, ſeu Africanis Saracenis in ipſa tam ferventi perſecutione ullam penitus moleſtiam ſenſit. Quidam namque Archiepiſcopus Euſebius nomine mirae religionis, ac ſanctitatis in ipſa Civitate eodem tempore erat, cujus precibus a tam furibunda peſte eandem Civitatem protectam eſſe non dubitatur.* Quî haec cum ſuperioribus, ſive ab anno IↃCCCCII. ſive ab anno IↃCCCCXVI. ad explendum quatuordecim, quot volunt, annos, excurras, conciliari poſſint, nemo plane videt, qui ad ſinceram hiſtoriam animum adverterit. Itaque, ſi vera narrat hic Auctor, aut antea locandus erit Euſebius, aut forte poſtea, atque poſt Theophylactum etiam Calabriae Metropolitanum, de quo ſupra diximus: in illa nimirum Saracenorum invaſione, quum a Graecis ipſis anno IↃCCCCLXXXII. (25) acciti graviſſima Calabriae damna intulerunt, quae propheticô ſpiritu praevidens S. Nilus, locum divinae indignationi dare volens, e Calabria Capuam, inde ad Monaſterium Vallis Lucii, tandem Cryptoferratam conceſſit. Verum iſthaec ad examen deducere, & alterius porro temporis, & alterius fortaſſe loci erit.

VIII. Quod ſi, ut redeamus ac noſtra, Templum hoc ipſiſſimam ultimorum temporum Cathedralem Eccleſiam ſub Graecis fuiſſe haud facile credideris; id ſaltem non inficiabe-

re,

(23) Editus ad calcem Synodi Archiepiſc. Caſparis de Creales.

(24) Laudatus in calce cujuſdam Codicis Menſae Archiepiſcopalis Reginae, quem vulgo Plateam vocant fol. 171. ſub hoc tit. *Exemplar ex antiquiſſima hiſtoria graeca translatum*.

(25) Vide Muratorium in annalib. ad ann. 982. Confer vitam S. Nili, & quae ex ea Baron. habet ad ann. 980. n. 5.

Digitized by Google

re, pro Graecis, qui Regii potiorem tunc explebant populi partem, Parochialem Eccleſiam fuiſſe ab Rogerio *praeordinatam*, ac beneficiis auctam, ut eorum ritu Sacramenta reciperent, divinaque officia perſolverentur. Neque enim Catholicae nomen, niſi primô, aut alterô, nullô autem aliô ſenſu illi conferri potuiſſet. Nam fucum Judicibus facere Cauſidici voluerunt, dum in celeberrimis illis concertationibus, huic Eccleſiae ab antiquis, quae omnem hominum excedunt memoriam, temporibus, Catholicae nomine donatae, adnexam recens animarum curam obtruſerunt. Porro ſi de adnexa cura hominum latinorum, excisis Graecis, haec dixere, unâ & ego cum illis ſentio; at, aut Cathedralem, aut Parochialem ab ſua origine fuiſſe, niſi caecutire in meridie velimus, fateri oportet. Neque is ego ſum, qui hanc Eccleſiam ab Rogerio ſummis cumulatam beneficiis negem, quum id vel perenni ejus Eccleſiae obſervantiâ demonſtretur. Nam licet alias animô a Graecis averſô Rogerius fuiſſet, quorum, etiam Presbyterorum multitudinem in ſervilem conditionem redactam, Eccleſiis Miletenſi, Tropaeanae (26), Scylacenae, Meſſanenſi turmatim addixit: in hac tamen Urbe Graecorum arce, ac Ducis Calabriae Sede, ubi immenſa illorum multitudo erat, oeconomiâ utendum eſſe vidit; eoſque ut ſibi magis devinciret, ſuis legibus, ac ritibus vivere non permittendum modo, verum & favoribus, ut viverent, proſequendos cenſuit. Quamobrem & illam fuiſſe ab illius Principis munificentia, ac pietate notiſſima congruâ dote auctam, vehementer conjicio, quamvis nullam in diplomate, ut alias in ceteris moris habet, ingerat mentionem. Etenim niſi aliquô beneficiô cumulaſſet, non videtur plane, quâ ratione *Praeſtiam* pro ſe, ſuiſque, ac Succeſſoribus ſuis, ſingulis ſextis feriis canendi Clero Graeco Liberaliſſimus Princeps imponeret. Suſpicor ego eô loci in diplomate *ικετίαν ικεσίαν*, quae graece ſupplicario eſt, potius occurriſſe; quam vocem Laſcaris tamquam vulgatam retinendam, explicandamque cenſuit: Amanuenſium autem vitiô factum, ut in *Praeſtiam*

Ob tran-

(26) Confer diplomata harum Eccleſiarum apud Ughell., & Pirrum.

tranſiret. Verum ſi *Praeſtia* ibi erat, non tam graecum, quam Northmannicum id nomen puto, apud quos Presbyteri, ut apud Gallos quoque *Preſtres*, & *Praeſtia* fortaſſe eorum ad orandum conventio, vocabantur.

IX. Nunc illud videndum quomodo, quave de cauſſa ritus ille graecus, pretioſiſſimum vetuſtatis monumentum, ab hac Eccleſia perierit. Et primô hoc ſtatuo, potiſſimam cur deſierit cauſſam, Protopaparum Electiones de Viris Latinis fuiſſe. Id juris, quum non ad Clerum ipſum Graecum, ſed ad Reginae Urbis *Commune* ex diplomate pertinere colligeretur, inde factum ut obſtrictus populus haud cenſeretur (ſtultâ ſane conſecutione) ad eligendum hominem Graecum. Hinc ſaeculô XVI. Regni Proreges, ad quos Regis nomine ratam habere electionem ſpectabat, id egerunt aliquando, ut Capellani ſui, & Eleemoſynarii a Communi populo Civitatis eligerentur. Hôc pactô annô (27) CIƆIƆXLIX. electus Alphonſus de Samano eſt, D. Petri de Toledo Proregis Cappellanus; annô autem CIƆIƆXC. Johannes Sabaterius Cappellanus item Comitis Mirandae Regni Proregis. Jam vero Hannibal Logotheta Reginus ex antiquiſſima Patriciorum familia, cui ab officio ſub Graecis nobiliſſimo cognomen, qui eodem annô Sabaterio ex quadam Protopapatus cum pluribus ſimplicibus (28), ut vocant, Sacerdotiis, permutatione ſucceſſit, quamvis indigena, latini etiam ritus homo erat. Quum itaque Protopapae iſti latini ritus fuiſſent, & exteri quidem vix reſiderent, inde porro fluxit, ut ſenſim in ejus Eccleſiae Clero graecarum litterarum cultura, quae a Protopapis potiſſimum ali, ac foveri debebat, labi ac peſſum ire coeperit. In actis primae viſitationis Eccleſiae Catholicae, quam annô CIƆXCXC. Hannibal de Afflictis Reginus Archiepiſcopus peregit, ita (29) lego: *Acceſſit ad Collegiatam Eccleſiam Graecorum S. Mariae della Cattolica nuncupatam, quae eſt inſignior*

Pa-

(27) Vide infra Syllabum Protopaparum Reginorum num. 12.

(28) Haec permutatio relâta etiam legitur in actis viſitationis Archiepiſcopi de Afflictis anni 1590. fol. 664. Ibidem & confirmatio Excellentiſſimi Proregis Comitis *Mirandae* fol. 666.

(29) Ibid. vol. 1. fol. 65. die 25. Novembris 1594.

Digitized by Google

Parochialis hujus Civitatis; & licet ibi celebrentur divina officia ritu graecô, Archipresbyter tamen, ſive Protopapa eſt latinus, & ſacramenta omnia miniſtrantur ritu latinô, & Romanô. Suſpicabar quidem neceſſitate quâdam factum, ut Protopapas latini ritus fieret, ex quo jamdiu deletis Graecis miniſtrare latinis Sacramenta debuerit; verum hanc non fuiſſe cauſſam, reliqua percurrens viſitationis acta ſatis didici. Facile enim per latinum hominem adminiſtrationi ſacramentorum ex juſtiſſima cauſa provideri, ut proviſum in tot Protopaparum abſentia poterat, ne caput reliquo corpori praeeſſet omnino difforme. Porro & annô CIϽIϽCXI. Deutereum (30) inveni ritus latini, Johannem Baptiſtam Catanzaritum, hominem graecum, ſed graecorum hoſtem acerrimum. Ex abuſu itaque illo eligentis Univerſitatis Regini populi, qui ſe liberum ad graecum, latinumve hominem eligendum falſo putavit, vera ritus perditio manavit; quum exemplô Protopaparum Deuterei quoque ritus latini emerſerint; & colendae linguae, rituſque conſervandi, non deſidia modo, ſed averſio etiam promanaverit.

X. Hunc Johannem Baptiſtam Catanzaritum Deutereum (qui tamen ſe Catumſiritum ſcribebat) ad hunc ritum perdendum plurimum contuliſſe nullus dubito. Hic enim, origine quamvis Epirota, Regii tamen natus, averſô adeo in ſuos animô fuit, ut tandem adverſus eorum ritus ſpiſſum ſcribere opus non haeſitaverit. Quum enim in quorumdam Theologorum e ſchola tricis, ſatis fuiſſet educatus; nec rituum Patrum ejus origines a ſchiſmate opportune ſegregaret: imo quemadmodum narrant, ut Simiam faceret Petro Arcudio Corcyrenſi, Viro inter Graecos doctiſſimo, qui inſigne illud opus *de concordia Eccleſiae Occidentalis, & Orientalis in VII. Sacramentorum adminiſtratione* in lucem extulerat; tractatum itidem Venetiis annô CIϽIϽCXXXII. edidit, cui hunc titulum fecit: *Vera utriuſque Eccleſiae Sacramentorum Concordia.* Adeo in primis ex praejudicatis opinionibus in Arcudium ef-

 fer-

(30) In viſitation. anni 1611. fol. 167. & ſeqq. *Omnes Presbyteri .... ſunt infraſcripti Rev: Annibal Logotheta Archipresbyter. Ven. Joh. Bapt. Catanzariti Dicterus, latini, Venerabiles Presbyteri Graeci &c.*

ferbuit, ut Regis Hiſpaniarum Romae Legato libellum obtulerit, quô Papae, Arcudium in eo opere Lutheranorum, & Calviniſtarum erroribus calculum addidiſſe demonſtraret. Sed quum ne hilum quidem, ſaxô in caſſum verſatô, profeciſſet, opus tandem ſuum Venetiis vulgavit, in quo in id totus incubuit homo Italo-Graecus, ut omnes convellere ad formas quod adtinet, materiaſque Sacramentorum Eccleſiae Graecae ritus, & ſtatutam ab Arcudio veram concordiam eliminare tentaret. Senſa quoque Card. Bellarmini in eam rem ſuſque deque habuit; atque Euchologium Cryptoferratenſe quô Arcudius uſus fuerat, erroribus adeo refertum eſſe, ut in eo Sacramentorum ſubſtantia vix reperiretur, adſerere non dubitavit. At graves, ingenuoſque ſtatim Romae expertus eſt Oppugnatores, ejuſque liber decretô Patrum, ſententiam potiſſimum dicentibus Gardd. Auguſtinô Calaminô ex ordine Praedicatorum, & Felice Centinô ex Franciſcana Conventualium familia, atque Franciſcô Peña in Romano Dicaſterio XIIViro, jure proſcriptus, in cenſorium Indicem relatus eſt. Juſſus autem deinde palinodiam canere, ejus dumtaxat opera iterum Romae, recantatis tamen opinionibus, cuſa, alterô Patrum decretô die Maji nonâ, ann. CIϽIϽCXXXVI. latô, probata ſunt, ut pluribus rem Allatius (31), & Goartius narrant. De harum quoque Catumſiriti opinionum proſcriptione, gaviſum quodammodo fuiſſe Georgium illum Coreſium ſchiſmaticum hominem Chium, cujus ſupra meminimus, idem ſcribit Allatius; quod ab Eccleſia Romana, quam falſo ſibi, non eorum potius erroribus adverſam Graeci putant, antiquis Orientalis Eccleſiae ritibus redditum jus fuerit. A Matthaeo enim Cariophilo ejus rei quum nuncium accepiſſet, in hunc modum reſpondiſſe apud Pappadopulum (32) legitur. *Quod vero nuncias damnatum iſtic librum inimici noſtri, nihil mirum; quum ſciam quanti nos Romae habeamur, quamque incurioſa ſit Aula rerum noſtrarum. Nihil enim habemus, quod ſibi Latini adrogent, &* [illegible] *ami-*

(31) Allatius de utriuſque Eccleſ. conſenſ. lib. 3. cap. 7. nu. 17. Goar ad Euchologium pag. 246. & ſeqq. edit. Venetae. Confer & Morerium in Dictionario hiſtoric. v. *Catumſyritus*.

(32) Nicolai Comneni Pappadopuli Praenotion. myſtagogic. ex jur. can. Patavii 1697. fol. 203.

amicis diſtribuendum putent; nec Dataria Eccleſiae Beneficia noſtrae ſperat: quippe quae nulla ſunt. Laudó igitur Aulae juſtitiam. Verum ut in hoc Cive noſtro ſummam audaciam, & impotentem illam a ſuorum ritibus averſionem hôc locô deteſtamur, ita ſane magnam deinde ejus animi moderationem debitâ quoque laude proſequi aequum eſt, ex qua plus certe, quam ex toto illo opere de omni Eruditorum coetu benemeruiſſe conſtat. Nam docilis non minus, quam docti hominis juſte ſibi nomine adſcitô, in famoſam illam graecarum, ac latinarum litterarum Academiam, quae Romae apud Baſilianos ſub Card. Franciſco Barberino Maecenate, atque Cardinali Franciſco Maria Brancacio Principe ann. CIↃIↃCXXXV. erecta eſt, cum tot eruditiſſimis viris Allatio, Holſtenio, Donio, Franciſco Arcudio, Ligaridio, aliiſque, quorum nomina recenſet Carpanus (33) cooptari meruit. De ipſo quoque ita in monito operi praefixo ſcripſerat Editor Venetus. *Nihil aliud in ipſo admireris Candide lector, niſi Catholicum ejus zelum, ſanamque doctrinam expendas, quam in ſingulis ſimpliciter, & humillime ſubjecit cenſurae S. Matris Eccleſiae Catholicae.* At non idcirco ad ritum graecum in patria ſua extirpandum hominem, qui in ea jamdiu vixerat opinione, nihil contuliſſe putes velle. In hanc Eccleſiam graecam patriae ſuae origine adlectum, tum graecis litteris ac doctrinâ clarum, & Romae etiam, ut ajunt, in Collegio Graeco educatum, maluiſſe ritum latinum amplecti potius quam graecum, non aliunde quam ex praejudicata ſemel opinione manaſſe potuit; quam priuſquam Romam rediret, in ceterorum animis, qui rituum graecorum ignorantiâ tenebantur, alte propinaſſe proclive fuit. Illum Italo-Graecorum Reginorum Archiepiſcopum fuiſſe, falſo ſcripſere nonnulli (*), quum in Italo-Graeco-

(33) Hujus Academiae Faſtos deſcripſit Joſeph Carpanus, & Romae edidit anno 1682. Lege apud eum Academicos, & inter eos Nicolaum Riccardi S. P. Apoſtolici Magiſtrum, Leonem Allatium, Lucam Holſtenium, Vincentium Riccardi Joh. Bapt. Catamſiritum, Petrum Laſena, Franciſcum Arcudium, Conachium de Rubeis, Pantaleonem Ligaridium, Joſephum Carpanum, Joh. Andream Staurinum, Joh. Bapt. Rinuccinum, Nicolaum de Tadeis, ac Joh. Bapt. Donium Secretarium.

(*) Serry in praefat. Hiſtor. de auxiliis §. 10. fol. 29. Edit. Venet. 1740.

corum Regina Eccleſia nonniſi Deutereus fuerit.

XI. Fuerunt interim Viri, qui non lectione veterum monumentorum edocti, ſed quidquid in buccam venit crepitantes, piiſſimo illi Praeſuli Hannibali de Afflictis, cujus in Regina Eccleſia memoria ſemper in benedictione erit, abunde injurii, illum annô CIƆIƆCXI. lacertos omnes intendiſſe, ut ritus graecus in hac Eccleſia ſuppримeretur, commenti ſunt; atque Eccleſiae hactenus non Parochiali, animarum curam adnexuiſſe ſcripſerunt. Verum ſunt haec tricae, apinaeque, & ſi quid vilius iſtis. Res ex actis innoteſcit, quae in Archivo Metropolitano hactenus conſervantur. An.CIƆIƆXCIV. quum primum eam Eccleſiam Hannibal viſitavit, jam decem Presbyteros Graecos, linguae licet graecae haud ſatis gnaros reperiſſe legitur; quos a Protopapa Civitatis S. Agathae Nicolao Panzera, & ab U. J. D. Dominico Cyriaco ejus linguae callentiſſimis examini ſubjectos, *eatenus toleravit*, *quatenus pro praeſenti temporis neceſſitate*, ut acta loquuntur, *in neceſſariis* non deficiebant. Annô ſequenti quum idem Hannibal Mothae S. Johannis Oppidum percurreret, ibique Clerum, qui totus graecus erat, linguae peritiâ laborare admodum comperiſſet, illi ſtatim de Magiſtro providendum (35) cenſuit, ne ritus periret. At vero ann. CIƆIƆXCIX., & ann. CIƆIƆCVI. quum iterum ac tertiô Reginam (36) Catholicam viſitaſſet, illorum quos in ea reperit decem Presbyterorum nonnullos, quod nihil profeciſſet, ſuſpendere a divinis coactus eſt; & ut inſtrui curarent, injunxit. Quum enim Collegam haberent Petrum Laboccetta virum, ut in actis deſcribitur, *in litteris tam graecis*, *quam latinis valde verſatum*, *& graecarum caeremoniarum peritiſſimum*, ab eo inſtitui plane, ac doceri poterant, ſi ignaviâ ac ſocordiâ non tenerentur.

In-

(35) Acta viſitat. an. 1595. fol. 177. a tergo. *Die 27. Julii 1595. Illuſtriſs., ac Reverendiſs. Dominus Archiepiſcopus informatus de imperitia ſupranominatorum Presbyterorum, Diaconorum, & Subdiaconorum, volenſque quoquô modô providere elegit, atque eligit in Magiſtrum Scholae ſupranominatum Subdiaconum Johannem Dominicum Lingria, cui mandavit, quod docere debeat Grammaticam graecam infra nominatos Presbyteros cum ſalario &c.*

(36) Confer acta viſitat. ann. 1599. fol. 655. & ſeqq., & anni 1606. fol. 217. & ſeqq.

Inde factum, ut in viſitatione illius anni CIↃIↃCXI. (37), nonniſi ſeptem Presbyteros, ceteris demortuis, huic Eccleſiae addictos invenerit, Protopapam ſcilicet Hannibalem Logothetam, & Deutereum Johannem Baptiſtam Catumſiritum ritus latini, & Adamum Floccari, Petrum Laboccetta, Johannem Petrum Logotheta, Diomedem Veglia, & Johannem Gregorium Anzi perpetuo valetudinarium, qui & in ipſa viſitatione mortem obiit, graeci ritus Presbyteros. Tunc porro quum ex pigritia Clericos educandi, ac in lingua, ritibuſque graecis inſtruendi in eo poſitas ſtatu res vidiſſet, in illam, ſuas etiam, ut ſuſpicor, partes agente Catumſiritô, deſcendit ſententiam, ut quinque Presbyteris Graecis, quinque etiam La-

ti-

(37) In actis hujus viſitationis anni 1611. ſic habes fol. 167. a tergo. *Qui omnes ſupradicti quatuor Presbyteri, cum Rev. Archipresbytero in praeſentiarum inſerviunt ipſi Archipresbyterali debitis horis juxta ſolitum. Et quia praedictus numerus valde eſt exiguus, & diminutus ab antiquo, & ſolito; nam extare ſolebant duodecim, & quatuordecim Presbyteri, ac etiam plures, prout in ipſa Civitate reperiebantur Sacerdotes graeco ritu ordinati; nam omnes oriundi quotquot eſſent, omnes & ſinguli huic Archipresbyterale deſerviebant, & perpetuo adſcripti, & deputati erant ejus ſervitio, participes efficiebantur omnium fructuum, redituum, obventionum, & emolumentorum ipſius Eccleſiae, quae ad praeſens ob paucitatem Presbyterorum Graecorum eſt adeo deſtituta debitô ſervitiô, & magis atque magis erit in poſterum; nam in totum deſunt in hac Civitate Clerici, Diaconi, Subdiaconi, & Presbyteri Graeci: ob id volens ipſe Reverendiſſimus Dominus Archiepiſcopus neceſſitatibus hujus inſignis Archipresbyteralis a Sereniſſimo Comite Rogerio fel. rec. ampliſſimis reditibus dotatae, & fundatae, & ſub Regia protectione adhuc exiſtentis occurrere, ne pia dicti Sereniſſimi Fundatoris voluntas defraudetur, & debitis precibus, quae fieri debent continuo pro dicto Sereniſſimo Fundatore, & obſequio car[illegible] in hac praeſenti viſitatione, omni meliori viâ, modô, & formâ, quibus de jure melius poteſt, etiam tamquam S. Sedis Apoſtolicae Delegatus praecipit, & mandat, quod de cetero praedicti Presbyteri deputati ſervitio hujus Archipresbyteralis non ſint pauciores duodecim inclusô Archipresbyterô ac Dictereô *. Et quia pro adimplimento non extant Presbyteri Graeci, ob id in eorum locum deputat, & deſcribit, & pro deputatis, & in perpetuum adſcriptis vult haberi, & detineri ab omnibus infraſcriptos videlicet Ven. Presbyteros Joh. Bapt. Panzo, Hieronymum Paulum Anzi, Octavium Giunta, & Petrum Hieronymum Geria, qui ritu latinô cum Rev. Archipresbytero, & Dictereo, & Presbyteris latinis in ea celebrent eô modô, & formâ, prout olim conſueverunt Presbyteri Graeci &c. & reliqui quatuor Presbyterè Graeci, qui ad praeſens extant, erunt etiam praeſentes in Chorô, & ſervitio Eccleſiae incumbant, & Miſſas quas celebrare tenentur graecô ritu celebrent, prout moris eſt in tota Dioeceſi Regina. Nam promiſcue & latini Romano ritu, in Eccleſiis Graecorum celebrant, & Graeci graecô ritu in Latinorum Eccleſiis.* Et infra in inſtructionibus, omnibus quidem impoſuit ad chorum convenire, ſed ut latini pſallerent, Graeci vero ſeorſim canonicas horas adimplerent.

* *ſic*

tinos adjungeret; qui cum Protopapa, ac Deutereo ritus latini, duodecim omnino efficerent, mixtô quodam ritu ſervatô, *prout moris erat*, ut acta loquuntur, *in Dioeceſi Regina*, *in qua promiſcue & Latini Romanô ritu in Eccleſiis Graecorum celebrant*, *& Graeci graecô ritu in Eccleſiis Latinorum*. Tametſi autem graeci ritus irreparabilem ruinam praevidiſſet, nunquam tamen id prohibuiſſe legitur, ut ſi novi eſſent ex Grae-Graecis Presbyteri, non admitterentur. Sed quum ann. CIϽIϽCXXVIII. nonniſi ſolus Adam (38) Floccari ex Graecis ſupereſſet, hic ex diſpenſatione Apoſtolica ad ritum latinum tranſivit; eôque pactô abſque ulla ſpe in integrum reſtitutionis haec Eccleſia ſponte ſuâ tranſivit ad ritum latinum. Multo autem minus Hannibal ipſe Parochialem conſtituit. Ann. CIϽIϽXCV. ut ſupra retuli, jam Parochialem invenerat. In permutatione quam cum Sabaterio Hannibal Logotheta ann. CIϽIϽXC. fecit jam Parochialis habetur. In Archivo Neapolitano, vulgo *della Zecca* nuncupato ita hoc Beneficium relatum legitur. *Protopapatus Eccleſiae S. Dei Genitricis* (39) *Virginis Graecorum Civitatis Regii cum cura animarum ad collationem ſuae Catholicae* Majeſtatis. In MSS. quoque juriſdictionalibus Bartholomaei Chioccarelli hôc pactô inſertum eſt. *Rectoria Protopapatus S. Mariae Catholicae Civitatis Regii. Eccleſia haec Parochialis cum cura, eſt ad praeſentationem, ſeu nominationem Univerſitatis dictae Civitatis Regii; quae praeſentatio, ſeu nominatio debet confirmari a Regia Curia, & adprōbari, & inſtitui ab Archiepiſcopo dictae Civitatis Regii*. Et quidem haud eſſe aliter poterat, quum alias numquam Catholica ſine cura Epiſcopali; aut Parochiali fuiſſe intelligeretur.

XII. Hinc habes quae forma Protopaparum electionis, ab ipſo Rogerii Comitis diplomate manans in uſu ſit. Ann. CIϽIϽXXXIII., quum Bononiae Carolus V. Imperator Hiſpa-

(38) In actis viſitationis ann. 1628.

(39) Ita quidem in regeſto illo, qui Catholici Regis Philippi II. mandatô ad Proregem Ducem Oſſunenſem 22. Novembris 1583. datô compoſitus eſt, ex Chioccarell. in MMSS. Juriſdictionalibus tom. 6. Sed clarius deinde apud eundem Chioccarell. ibidem part. 2., ut relatum eſt.

ſpaniarum ac Siciliae utriuſque Monarcha invictiſſimus ad Coronam Imperii, ex more antiquo a Clemente VII. accipiendam moraretur, Rogeriani diplomatis confirmationem Urbs Regina ſupplex poſtulavit, ſimulque Alphonſum Spanò, vacante tunc Protopapatu, praeſentandum cenſuit. Ad Proregem D. Petrum de Toleto *Villefranchae* Marchionem remiſsô a Caeſare libellô, electionem ille ratam ex diplomate habuit; atque inde hoc pacto uſquequaque electum fuiſſe hujus Eccleſiae Protopapam facile demonſtramus, adſutô pro coronide elenchô (40) Reginenſium Protopaparum, quotquot ex notitiis quae hactenus habere potuimus, conſarcinatô, augendôque ab iis, quorum intereſt temporum progreſſu, ubi ea, quae nos latuerunt documenta, ſuppeterent.

Ann. CIϽCXII., quô ſignatum diploma eſt, Petrus in eo Reginus Protopapas, cui datum eſt, laudatur.

Ann. CIϽCCCCXCIV. menſe Februariô, in quo e graeca in latinam linguam diploma illud vertit Conſtantinus Laſcaris, Nicolaus Spanò Protopapas vivebat, qui vertendum exhibuit.

Ann. CIϽIϽXXXIII. electus Alphonſus Spanò eſt a communi populo Civitatis; ejuſque electio Carolo V. Imperatori, ac utriuſque Siciliae Regi Bononiæ exhibita. Sed juſſu Caeſaris ad D. Petrum de Toleto Regni Proregem re delatâ, ab hoc ſub die XXIII. Februarii ſequentis anni confirmata fuit.

Ann. CIϽIϽXXXIX. Conſalvus de Cajetano ſucceſſit, acceptô ab eodem Prorege die XIV. Auguſti confirmationis robore.

Ann. CIϽIϽXLIV. D. Aloyſius de Toleto Excellentiſs. Proregis filius ſine electione Civitatis, a Patre in poſſeſſionem Protopapatus immittitur. Verum re melius inſpectâ, quum juri

(40) Haec omnia, & ſyllabus qui ſequitur Protopaparum ad an. uſque 1710., cum eorum electionibus confirmationibuſque eruuntur ex documentis quae ad electionem uſque Joſephi Logothetae junioris proſtant in actis, quae in celeberrima illa controverſia juriſdictionali inter Archiepiſcopos & Protopapas Reginos, tum in Curia Capellani Majoris Regni, quum vero & apud Illuſtrem Regalis Juriſdictionis Delegatum ab utraqua parte condita ſunt.

juri Univerſitatis derogatum nollet, electionem pro Alphonſo (aliis Aloyſio) de Samano Capellano ſuo ab ea (41) poſtulavit.

Eodem annô electus Alphonſus de Samano, ab eodem Prorege die XXX. Septembris confirmationem obtinuit.

Ann. CIↃIↃLVI. Alphonsô de Samano in favorem Bernardini Suppa ex conſenſu Univerſitatis Protopapatum reſignante, confirmata electio fuit a D. Ferdinando Alvarez de Toleto Duce Albae Hiſpanae Regni Prorege Aprilis XXX.

Ann. CIↃIↃXC. decedente Bernardino, electus fuit Johannes de Sabatier D. Johannis Zunica *Mirandae* Comitis & Marchionis *Gabagneſae* Regni Proregis Capellanus, a quo confirmatus eſt Aprilis nonâ.

Eodem annô Sabaterius, praecedente Civitatis adſenſu, & ejuſdem Proregis confirmatione ſub die nona Septembris Protopapatum cum Hannibale Logotheta permutavit, pluribus ab hoc ſimplicibus, ut vocant, beneficiis, quae poſſidebat, illi legitimâ auctoritate delatis.

Ann. CIↃIↃCXXIX. defunctô Hannibale electus fuit Raphael Prato, licet poſtea Univerſitas in electione variaverit. At quum D. Antonius Alvarez de Toleto Dux Albae Barnabam Laqueda Eleemoſynarium ſuum creari vellet, eidem ſine electione die XV. Auguſti contulit. Utraque tamen proviſio effectu caruit. Nam ann. CIↃIↃCXXXI. Johannes Baptiſta de Comacchio Hiſpanus, qui Panormi morabatur, ex praeſentatione Univerſitatis, & ejuſdem Proregis confirmatione ſub die XXI. Februarii *per obitum Hannibalis Logothetae* proviſus dicitur.

Ann. CIↃIↃXXXVI. Johanne Baptiſtâ in favorem Joſephi de Mari reſignante, hujus electio a D. Emmanuele Guſmano Comite *Montis Rey* die XX. Junii confirmata fuit.

Ann. CIↃIↃCXLVIII. ſucceſſit Joſeph Logotheta ele-

ctus

(41) Inſernit Johann. Angelus Spagnolius Archidiaconus Reginus lib. 14. de rebus Reginis cap. 5. (quod opus falſo nuper Chartuſienſes quidam plagiô manifeſtô Vincentio Bonardo in editis quibuſdam allegationibus adverſus Serrenſes adtribuerunt) D. Petri de Toleto ad Urbem Reginam ea de re epiſtolam, quam tu videſis vulgatam a Scriptore Apologiae pro Regali juriſdictione in Eccleſiam Catholicam fol. 146.

ctus ab Univerſitate, confirmatus a Prorege D. Innico Velez *de Guevara* Comite de Oñatte Septembris XXVII.

Ann. CIƆIƆCLXXV. electus fuit Paullus Logotheta, confirmatus a Prorege D. Antonio Alvarez *Aſtorgae* Marchione Junii XIX.

Ann. CIƆIƆCCX. Joſeph Logotheta junior electus eſt, & a Card. Grimano Regni Prorege menſe Februariô confirmatus.

Ann. CIƆIƆCCXLVI. Antonius Baſile Vicarius Generalis Metropolitanus electus fuit, confirmatuſque eſt ab Auguſtiſſimo Carolo Borbonio nunc Rege Catholico, quum utrique Siciliae feliciter imperaret, Auguſti X.

Ann. CIƆIƆCCLVII. Antonius Oliva Canonicus Poenitentiarius Eccleſiae Metropolitanae, poſthabitis pro ea vice praeſentationibus Univerſitatis, ab eodem Auguſtiſſimo Monarcha electus fuit (42).

Ann. CIƆIƆCCLX. Rodulphus Moriſanus Parochus Eccleſiae S. Mariae Lauretanae decretô Decurionum *cumulative* praeſentatus, ab invictiſſimo Rege Ferdinando praelectus fuit IV. Octobr., litteris expeditis XX. ejuſdem.

Quo ſtatu res hodie poſitae ſunt, poſtquam & Capellanorum adlectum, & contentioſam in eos juriſdictionem ab ann. CIƆIƆCCXXVI. obtinuit Protopapas Reginus, hunc ceteris omnibus praeſtantiorem, digniorem que fateri vix, puto, erit qui dubitabit. At heic manum de tabula.

Τῷ Θεῷ Δόξα. Τέλος.

(42) Carolus Gagliardus in Gymnaſio Neapolitano jam Doctiſſimus Sacr. Canon. interpres, nunc Muranus Epiſcopus, in eis, quas ad uſum Seminarii Puteolani edidit, inſtitutionibus juris Canonici lib. 3. tit. 13. fol. 352. Neapoli 1761., poſt Antonium Baſilium, non Canonicum Antonium Oliva ſed Balthaſſarem Baronem, digniſſimum etiam noſtrae Metropolitanae Eccleſiae Canonicum a Sereniſſimo Rege electum ſcripſit. Quum memoriae lapſu id acciderit; ne tanti Viri in Supremi Regni Tribunalibus verſatiſſimi auctoritate, noſtra aliquando falſi arguantur, hôc locô ea de re lectorem monere exiſtimavimus.

INDEX

RERUM NOTABILIUM.

A

ABrahamus Rex Saracenorum ex Africa in Italiam tranſmittit. 284. Ejus mors. ibid. & ſeq.
Abstaël Saracenus ſuorum Coloniam Scylacei erexit. 283.
Alberecus ultimus in Calabria Saracenorum Princeps. 284.
Alexandri III. diploma, quò jura Metropolitica Reginae Eccleſiae confirmantur. 220. Illius adventus Meſſanam, deinde Cajetam. 223.
Amanthea ſedes olim Saracenorum. 230. Ejus Epiſcopatus unitus Tropaeano. ibid.
Angariae quae. 269.
Anonymus Monchallianus quando vixerit, & a quo editus. 6.
Annulis non utuntur Epiſcopi Graeci. 132.
Acolythi, an etiam Acoluthi. 20. & ſeq.
Archiacoluthi. 46. Archianagnoſtae, & Archilectores. ibid.
Archidiaconi. 43. & 63. & ſeq. Cpoli inter Archontes non numerati. 90. Eorum munus ibi vacuum. 43. In Orientaliori tamen Eccleſia Protopapis, & Chorepiſcopis ſuperiores. 101.
Archipresbyteri. 40. & ſeq. & 61.
Archiprimicerei. 36.
Archiprotopapas. 105.
Archiſubdiaconi. 45.
Autocephali Archiepiſcopi. 39.

B

BAculus Epiſcopalis, & variae ejus formae. 133. & ſeq. Inſigne Praefecturae. 134. Non improbatus propterea olim, ut mitrae uſus in Abbatibus. Ibid. Baculi Protopapae Meſſanenſis forma. 256.
Baptiſma quo tempore olim adminiſtrabatur? 125. & 161. Vetitum in Oratoriis, & in Catholicis Eccleſiis celebrandum. 270.
Baſilius Alaprotocarabus res Graecorum in Calabria reſtaurat. 287.
Bema quid. 97.
Benedictio aquae in die Epiphaniae ex more graeco. 125. & ſeq.
Benedictio Logi. 122.
Benedictio menſae unde manarit. 120. Eſculentorum in fractione jejunii Paſchalis. 121.
Beſidienſis, ſive Biſunianenſis Epiſcopatus olim Regino ſub Graecis Suffraganeus. 194. At non deinde ſub Latinis. 231.
Blaſtares (Matthaeus) 81.
Bovenſis Epiſcopatus ſub ultimis Graecorum temporibus inſtitutus. 231.
Bruttiorum regio quando Calabria nuncupari coepta. 148. & ſeq. An hodie recte Calabria adpelletur. 233.
Bulgaria, & pro ea lites. 185.

C

CAlabriae nomine quaenam regio olim nuncupata. 147. Cur id nomen in Bruttios translatum & quando. 148. & ſeq. Calabria ſub Leone Iſauro a Patriarchatu Romano diſtracta. 165. & ſeq.
Camelaucium. 255.
Canonarcha qui apud Graecos. 34. & ſeqq.
Cantores. 32. & 33.
Cardinalium S. R. E. ſupra Epiſcopos Praelatio. 80. & ſeq.
Catapani Apuliae, qui, & unde dicti. 153. & ſeq.
Catholicae Eccleſiae, quae, & unde dictae, & variae ea de re opiniones. 265. & ſeq. Probabilius veriloquium. 273.
Capella Impp. Byzantina. 116.
Catholica id eſt Cathedralis. 267.

Roſſa-

Roſſanenſis. 268. Barenſis. 269. Meſſanenſis. ibid.
Catholica id eſt Parochialis. 271.
Catholicae Neapolitanae quae. 272.
Catholica hodierna Graecorum Meſſanenſis. 275. Regina. 274. An olim Graecorum Cathedralis fuerit. 279. Cujuſmodi ſtructurae ſit. ibid. & ſeq. An ſaltem Parochia Graecorum invectô ritu latinô. 288. & ſeq.
Catholicus Armenorum. 266.
Catholicon Atenienſe. 269.
Catumſiritus. *Vide* Joh. Baptiſta.
Celliotae, & cellae. 19.
Chartophylacis Cpolitani praelatio. 80. & ſeq.
Chiriſimandrum, 35.
Chori nomen unde ductum. 65. Chori Cpolitani conſeſſus. ibid.
Chorepiſcopi unde dicti, & qui olim fuerint, & quamdiu perduraurint. 32. & 105. & ſeq. An fuerint Epiſcopi. 106. Quinam illis apud Graecos ſuffecti. Periodeutae, an Exarchi, an Protopapae? 110. & ſeq. & 115.
Churi Maronitarum, ſeu iſtorum Protopapae Cathedrales. 112. & ſeq.
Clerici Palatini, qui Cpoli fuerint, & quando ad pſallendum convenirent. 116. & ſeq.
Codinus (Georgius) Curopalates, quando vixerit, & quae ediderit. 3. & 4.
Colobium quid. 68.
Comes Stabuli. 12.
Concelebratio ex more veteri in ſacrificio miſſae. 96. & 91.
Concilia Provincialia Regina. 245. & ſeqq.
Congelli. 10.
Conſentia mediô aevô Conſtantia a Graecis adpellata. 193. Conſentinus Epiſcopus ſub Graecis Regini Suffraganeus. ibid. & 194. quando Metropolitanus evaſit. 229.
Curopalatae, qui fuerint. 4. & 5.
Cyrillus Archiep. Reginus. 174. & ſeq.

D

DAlmatica. 69.
Decaproti qui. 3.
Defenſores in utraque Eccleſia. 25.
Demetrius Protopapas Reginus deinde Epiſcopus Corcyrenſis. 238.
Deuterei unde dicti. 136. De eorum veriloquio futiles nonnullorum ſententiae. 137. & ſeq. An a Diptychis. 137. An a diphthera. 140. An ἀπὸ τῶ δευτέρε. 142. Deuterei officia in Eccleſia Cpolitana. 143. Cur introductor etiam nuncupatus. 144.
Deutereus Diaconorum. 144.
Deuterei Eccleſiae Cpolitanae locus. 145.
Deuterei in liturgiis munera. 145.
Deuterarius, ſeu Deuterarius qui. 142.
Dextera, an ſiniſtra nobilior. 68. & ſeqq.
Diaconorum veterum tumor, ac ſupercilium, & quibus ex cauſis. 62. & ſeqq. Illorum ambitio ad ſedendum coram Presbyteris. 73. & ſeq. Diaconi in Eccleſia Romana cur pauci. 63. Eos aliquando ſine Presbyteratu in Epiſcopos fuiſſe ordinatos nonnullorum opinio eſt. ibid. Diaconi Byzantini Exocatacoeli nuncupati qui fuerint. 72. & 76.
Diaconicum quid fuerit. 67.
Diatypoſis Leonis Sapientis ad ſedes quod adtinet throno Cpolitano ſubjectas. 187. quot ejus editiones. ibid. & ſeqq. De ejus Auctore conjecturae. 189. & ſeq. ad 200. Quo pacto in ea Epiſcopatus Calabriae, & Siciliae deſcribantur. 192. ad 197.
Dioeceſeων diſtractio a Patriarchatu Romano ſub Leone Iſauro peracta. 164. & ſeqq. plene. Earum reſtitutio. 210. & ſeq.
Diptycha Eccleſiaſtica quae fuerint, & unde dicta. 136. & ſeq. Illa qui ſervabat. 138. Diptycha fidelium. 139. A quo recitabantur. ibid. Literata, & figurata. 136. & ſeq.
Domeſtici qui. 33.
Durandus Mimatenſis. 92. A S. Porciano. ibid.

E

ECcleſiarum veterum deſcriptio. 67.
Eccleſia Regina quando tranſierit ad ritum graecum. 164. quando iterum ad Latinum. 241. quando ex Gallicano ad Romanum. 32.
Eccleſia Bovenſis quando tranſierit ad ritum Latinum. 243. Quando Hieracienſis. ibid. & ſeq. Quae lites, ut a Me-

Digitized by Google

a Metropolitano Regino exemta eſſet. 244. & ſeqq. Quando Oppidenſis. ibid. Quando Tropaeana, Scylacena, Neocaſtrenſis, & Crotonenſis. 249. Quando Roſſanenſis. 251.
Ecdici qui. 25. & ſeq.
s. Elias Ennenſis. 238. & 282. & ſeq.
Epigonatium quid. 256.
Epiſcopatus Siciliae, & Calabriae ab VIII. ſaeculo ad XI. Patriarchae Cpolitano ſubditi. 177. & ſeq. pleniſſime.
Epiſcopi Calabriae, & Sicillae, qui VIII. Synodo interfuerunt, omnes ordinati a Methodio, vel Ignatio PP. Cpolitanis fuerunt. 180. & ſeqq.
Epitrachelium quid. 85.
Epocha Cpolitana quomodo cum vulgari concilietur. 216.
Euchariſtia quomodo a concelebrantibus, & fidelibus olim acciperetur. 93. & ſeq. Praefertur Romano Pontifici itineranti. 125.
Eulogiae. 67.
Euſebius Reginus Archiepiſcop. quando vixerit. 287. & ſeq.
Euſtachius P.Cp. diverſus a Theſſalonicenſi. 119.
Exarchi qui fuerint. 110. Varia Exarchorum genera. 199. & ſeq.
Exocatacoeli Cpolitani. 83. & ſeq. qui & unde nomen habuerint. ibid. quo die ſollemniter Evangelium canebant. 96.

F

FErula Summo Pontifici praelata quid fuerit. 133.
Flabella ad arcendas muſcas in ſacrificio. 96.

G

GRaeci Epirotae per Calabriam ſparſi. 250. Eorum Collegium in pago S. Benedicti a Clem. XII. excitatum. 251.
s. Gregorii Nazianzeni teſtamentum. 267.
s. Gregorii VII. epiſtola, qua jus Metropoliticum a Regina Eccleſia ſub Graecis adeptum mirifice confirmatur. 215.

H

HAnnibal de Afflictis Arch. Reg. ritum graecum in Dioeceſi, ubicumque invenit, ſervandum curavit. 294. In Catholica Regina non ſuppreſſit, ſed ſponte ſuâ periit. 295. & ſeqq.
Harmenopolus (Conſtantinus) 81.
Hegira. 285.
Hydruntum VIII. ſaeculô, & ſeq. ad XI. ſemper fuit poteſtatis Graecorum. 162. & ſeq. 198. & ſeq. Antea ſedes Tribunorum ſub Exarcha Ravennate. 151. & ſeq. ejus Eccleſia a Patriarchatu Romano cum ceteris divulſa. 162. Ritum non mutat, niſi ſub P.Cp. Polyeucto. 163.

I

Icoſaproti qui. 3.
Indictionum ſpecies, uſus, & initia. 225.
Inveſtiturarum abuſus in utraque Eccleſia olim irrepſerat. 131.
Joannes Baptiſta Carumſiritus Deuterens Reginus. 291. & ſeqq.

K

KAlendarium Neapolitanum ſacrum lapideum. 255.

L

LAmpades accenſae Imperatoribus praeſerebantur. 124. In Oriente etiam Patriarchis. ibid.
Lapides Latini in Bruttiis ſub primis Eccleſiae ſaeculis. 159.
Lavipedii ritus in die coenae Domini. 128. & ſeq. Quomodo a Rom. PP. fieret, & nunc fiat. 129. & ſeq. Quomodo ab Impp. Cpolit. 130. & ſeq.
Lectorum Protocerei. 46.
s. Leo Oeconomus, & Protopapas Reginus, deinde Epiſcopus Catanenſis. 236. & ſeqq.
Lucas Archiepiſcopus Conſentinus, ejuſque Ordinarium. 122.

Mar-

M

MArcus Melodus Epiſcopus Hydruntinus. 163.
Mareſcalli apud nos unde dicti. 11.
Maronitarum Chorepiſcopi, Protopapae, & Periodeutae. 154.
Metatorium. 68.
Metropolitani an fuerint in utraque Sicilia ante VIII. faecul. 155.
Miletenſis Eccleſiae quinam primus Epiſcopus, & quo anno. 216.
Mitra Epiſcopalis an ſemper in uſu, & cujus formae. 50. & ſeq.
Moſchea Saracenorum Regii. 287.

N

NIcoterenſis Epiſcopatus poſt adventum Northmannorum unitus Regino 231.
Nilus Doxopatrius qui. 201. & ſeq.
S. Nilus Junior Abb. Cryptoferratenſis. 288.
Nobiliſſimi qui nuncupati. 16.
Northmanni Principes ſtatim ac utramque Siciliam Graecis, & Saracenis abſtulerunt, Epiſcopatus Patriarchatui Romano reddiderunt. 213. & ſeqq.
Notarii. 27. & ſeq.

O

OLebenus ſecundus Saracenorum Dux Scylacei. 284. 286.
Omophorium quid apud Graecos. 238. & ſeqq.
Oppidenſis Epiſcopatus ſub ultimis Graecorum temporibus erectus putatur. 231. Quando tranſivit ad ritum Latinum. 244.
Orarium. 68.

P

PApae nomen unde derivetur. 47. & ſeq. Papae nuncupari olim omnes Epiſcopi & cur. 47. & ſeq. Nonnumquam, & Presbyteri. 53. & ſeq. ſed diverſa inflexione. 55. & ſeq. Quando id nomen Rom. Pont. reſervatum. 56. & ſeq. Id nomen & Paedagogis tributum, qui fortaſſe Papates dicti. 48. & 59.
Papatus quid apud Graecos. 105.
Parangariae quae. 269.
Paſtophorium. 68.
Patricii. 54.
Peribolum. 66.
Periodeutae. 109. & ſeqq.
Phelon quid. 84.
Phrygium, quô S. Cyrillus Caeleſtinum PP. donavit, quid fuerit. 50.
Praeſtia quid. 289.
Praetoris Apuliae, & Calabriae nomen quando primo auditum. 150. & ſeqq.
Pretioſus Johannes. 103.
Primicerei, & Protocerei. 28. & ſeq.
Primiclerus. 31.
Primiſcrinius. 18. & 30.
Protecdicus. 25. & ſeqq.
Protectores Domeſtici. 13. & ſeq.
Protheſis. 67.
Protoapoſtolarii. 45.
Protoarchimandritae. 36.
Proto a ſecretis. 17.
Protocancellarii. 17.
Protocanonarcha. 34. & ſeq.
Protocarabus. 12.
Protocatapani an unquam fuerint. 15.
Protochirius Aulae. 12.
Protocomes. 12.
Protocurſor. 18.
Protocynegus. 12.
Protodiaconi. 43.
Protohieraearius. 12.
Protojudex. 18.
Protonobiliſſimi. 16.
Protonotarii. 17. 27.
Protonotarii Eccleſiae Romanae. 81.
Protopapae quinam apud antiquos. 42. & 62. quando auditum hoc nomen. 42. 60. unde ortum traxerit. 47.
Protopapae Cpolitani munera. 90. & ſeq. Concelebrat cum Patriarcha. 91. illi Euchariſtiam in concelebratione porrigit. 93. praeeſt officiis ſiniſtri Chori. 95. & ſeq. eur etiam Ecdicus. 97. & ſeq. ejus munus in Chriſmatis conſecratione. 99. Interfuit Conc. Florentino. 100.
Protopapae in reliquis Eccleſiis Graecis. 101. Protopapae plebium curiones. 104. Protopapas Maronitarum. 111. & ſeq. Ejus inſignia. 114. Protopapae non Cathedrales apud Graecos Parochis aequantur. 115.
Protopapas Palatinus Cpoli. 115. & ſeq.

Google

ſeq. Varii ejus tituli. 116. Aliquando idem ac Eccleſiae Patriarchalis. 117. & ſeq. Quando primum auditus. 118. Baptizabat filios Impp. ibid. Nullam in Aula juriſdictionem habebat. 119. Benedicebat menſam Imperatoris. 120. & ſeq. ferculum reportabat. 121. Advenientem Imperatorem ad Eccleſiam in die Paſchatis quomodo excipiebat. 123. Aquam benedicebat in Palatio in Sanctis Theophaniis. 124. ejus munus in lavipedio coenae Domini. 128. & ſeq. In Enthroniſmo novi Patriarchae. 131. & ſeq. in exercitu. 135.

Protopapae in Calabria ſub Graecis invecti ſunt. 235. & ſeqq. Protopapae Curiones Dioeceſis Reginae. 247. Bovenſis. 248. Protopapas Caſtriveteris. 248. S. Chriſtinae. ibid. Seminariae. ibid. Altimontis. 249. In Dioeceſi Roſſanenſi. 251.

Protopapas Panormi. 252. Meſſanae, de eoque ejuſq. Eccleſiae ritu graeco-latino. 252. ad 264.

Protopapae alii in Dioeceſi Meſſanenſi. 262. Protopapas Corcyrenſis. ibid. An Neapoli. 263.

Protopapas Reginus. 276. ad ſeq.

Protopaparum Reginorum Syllabus. 297. Meſſanenſium. 261.

Protopapae Meſſanenſes quomodo eligantur. 258. Quomodo Regini. 296. Protopatricii. 15.

Protopresbyteri. 40. Illorum olim officia. 89.

Protopſaltes. 33.

Protoſebaſti. 7.

Protoſcriniarii. 17.

Protoſpatharius in aula, & extra qui fuerit. 13. & ſeq.

Protoſtatarchae, & Protoſtratores. 10.

Protoſtrategi. 15.

Protoſyncelli. 23.

Protothroni. 36.

Protoveſtiarii. 9.

Q

QUirinus Card. olim Archiepiſcopus Corcyrenſis de Protopapa Corcyrenſi agit. 262.

R

RAngerius Archiep. Reginus. 214. & 241. & ſeq.

Regium non ante VIII. ſaecul. in Metropolim Eccleſiaſticam erectum. 156. & ſeq. ſed ſaeculo VIII. a Graecis. 172. & ſeq. Quando primum a Saracenis occupatum. 281. & ſeq. ejus direptiones ſaeculo decimò. 282. & ſeq.

Reginus Archiepiſcop. inter Metropolitanos Hypertimos, non inter Exarchos a Graecis recenſetur. 200. Metropolitanus Calabriae abſolute nuncupatus. 201. & ſeq. Falſum a Graecis inter honorarios Archiepiſcopos fuiſſe dumtaxat cenſitum. 203. & ſeq. Illius jura Metropolitica ſarta tecta ſervavit S. Greg. VII. 214. & ſeq. confirmarunt Alexand. III. 219. & ſeq. & Eugenius III. 232.

Ritus graecus an viguerit in Sicilia, & Brutiis ante VIII. ſaecul. 157. & ſeq. Non introductus niſi VIII. ſaecul. 164. & ſeq. In Catholica Regina cur, & quando omiſſus. 290. & ſeqq.

Rogerius Archiep. Reginus ann. 1014. ſuppoſiticius. 214.

Rogerius alter Archiep. Regin. ann. 1165. 223.

Rogerii Comitis diploma Catholicae Reginae, ejuſq. Protopapae datum. 277. Illius annus emortualis. 278. 95. Eam Eccleſiam ſummis cumulat beneficiis. 289.

S

SAcklabius tertius Saracenorum Calabriae Dux. 284. 286.

Saraceni quandonam primum Siciliam invaſerint. 173. Quando Regium diripuerint. 282. & ſeq. Coloniam fixere Scylacei. 283. & ſeq. Reſidebant in Caſtro Sabateli. 286.

Scevophylacium. 68.

Scevophylacibus commiſſa Diptychorum cuſtodia. 138.

Scrinia quae. 18. Scriniarii. ibid.

Scylacei urbis in Calabria gentilia medio aevò. 227. & ſeq. Scylaceni Protopapae de occiſo Epiſcopo commentum. 240. Scylacei Saracenorum

Colonia. 283, & ſeq.
Scylitzes (Johannes) de hiſtoria illius, & Cedreni. 5.
Secretarium, & Secretarius. 17. & 68.
Semanterium. 34. & ſeq.
Sepulchrorum in Eccleſiis introductio. 159.
Severina (Sancta) quando in Epiſcopatum, & Metropolim erecta. 202.
Sguropulus (Silveſter) 83.
Sicilia ſub Leone Iſauro, a Patriarchatu Romano diſtracta. 165. & ſeq.
Sillanus Epiſcopatus qui fuerit in Calabria. 227.
Siniſtra an potior dextera 69. & ſeq.
Spatharii qui. 13.
Spiritus graeci in lapidibus. 160.
Stapedes an in uſu apud veteres. 10.
Stratopedarchae & Srratilates. 12.
Stratores, & variae ejus vocis ſignificationes. 10.
Stylianus Protopapas Palatinus. 118.
Syncellitae, & Syncelli. 19. & ſeqq.
Syncelli Cpolitani Metropolitanis ſe praeferentes. 77. Titulares. 24.
Syracuſae quando in Metropolim Eccleſiaſticam erectae. 170. cur Metropoliticam dignitatem amiſerint. 209. Quando a Saracenis direptae. 152. 209.

T

Tauromenium quo anno a Saracenis direptum. 173. & 284.
Templa Eopyla, & Eothola. 67. & 71.
Trullanae Synodi can. 59. exponitur. 269. & ſeq. ejus epocha ibid. & 217.

V

Vaſti, aut Veſti qui titulus. 9.
Veſtiarii. 9. & ſeq.
Vibonenſis Epiſcopatus una cum Taurianenſi tranſivit in Miletenſem. 214. 230.

X

Xiphilinus (Georgius) P. Cpolitanus (& Johannes) 26. & 86.

ADDENDA, AUT CORRIGENDA.

Ubi plura niteant in hac opella, Eruditus plane Lector, ſecundum aequum illud Venuſini in Arte praeceptum, paucis non offendatur maculis, quas, aut incuria fudit, aut humana parum cavit natura. *Auctoris enim abſentia ſatis opportunam, aut typorum ſphalmatis, aut quibuſdam additamentis excuſationem conciliat. Potiora itaque errata in hunc modum emendabit, vel omiſſa ſupplebit.*

PAg.24.adnot.28. ad illa verba *hoc eſt pulvinar*, ſcito fucum mihi feciſſe, tum ipſam compoſitam vocem ὑπογονάτιον, quod *ſubgenuale* eſt; quum nonnullos Lexicorum Auctores, qui pro pulvinari accipiunt. At quum Euchologii locum conſuluiſſem, vidi plane idem eſſe, ac ἐπιγονάτιον, quod proprie *ſupergenuale* vertes; de quo dixi cap.13.n.10.

Pag.78.adnot.56. adde in fine. Verum illum Cedreni locum ſecus intelligit Morinus in adnot.145.ad ordinat.Graecor.fol.248.edit.Pariſ.1686.

Pag.90.n.1. in fine adde. Ritum autem, quò Protopapae apud Graecos creari, benedicive ſolent, lege apud Morinum de ſacris ordinat.p.2.fol.113.

Pag.93.adnot.12. adde in fine. Ceterum, ut idem Goar monet ad Eucholog. pag.287.edit.Pariſ., *ubi plures Sacerdotes concelebrant, primas tenet Protopapas, & ἐκφωνήσεις, hoc eſt exclamationes profert.*

Pag.95.adnot.20.adde. Nec melior eſt verſio apud Morinum adnot.22.ad Graecor.ordinat.fol.223.

Pag.96. Verba Anonymi, quibus dies Exocatacoelis ad canendum Evangelium adſignari referuntur, in editione quâ uſus ſum mutila ſunt. Integra habes ex alio exemplari apud Morinum p.2.de ſacr.ordinat.fol.209. Nam ibi cum ceteris *Feriâ tertiâ magnâ Caſtrenſius; Feriâ quartâ magnâ Sacellarius, Magnô Sabatô Scevophylax* adnotati reperiuntur.

Pag.97.adnot.28.adde. Altare vertit Morinus adnot.22.in ordinat.Graecor. Nec fortaſſe adeo reprehendendus eſt Junius, quod Tribunal verterit, non quidem ad cauſſam agendam, ut illi objiciunt, ſed quod de editiore quovis loco, unde quis jus diceret, aut adloqueretur, uſurpari ea vox ſoleret. Inde & ea pars editior Eccleſiae *Tribuna* deinde nuncupata eſt. Vide etiam Cl. Mazochium ad tabb. Heracleenſ. pag.140.& ſeqq., & quae infra ediſſero cap.9.n.6.

Pag.98.adnot.33.adde. Si partium hujuſmodi proportionem intelligere plenius velis, adi Morin. adnot.167.in ordinat.Graecor. Ille enim ex C. Monchalliano, eandem Officiorum explicationem exſcripſit, exhibuitque fol. 206. & ſeq., omiſsô licet officiorum indice, qui proſtat in fronte.

Pag.101.lin.3. v.*exiſtimo* adde. Nonnullas quoque partes habuiſſe Protopapas coram Epiſcopo in ordinatione Presbyterorum conſtat ex C. Sacr. Ordinat. Cryptoferratenſi, quem Morinus in lucem extulit in laudato opere. p. 2. fol. 76.

Pag.111.n.5.in fine adde. In hanc porro ſententiam de Protopapis apud Graecos Chorepiſcoporum ſucceſſoribus deſcendit plane Goar ad Eucholog. pag. 287., cujus verba infra habes cap.13.n.13.

Pag.115. poſt illa verba *indigitatum eſt*, adde. Similia obſervat Goarius ad Eucholog.p.287.edit.Pariſ. ubi de Protopapa ait, quod *in vicis, Epiſcopô abſente, reliquis Sacerdotibus ſemper praeeminet, & in eos jus exercet.*

Pag.

Digitized by Google

Pag.124.adnot.34. adde Phranzem apud Morin. de ſacr. ordinat.fol.199., ex lib. 3. hiſtoriar. cap. 19. *Secundum haec Patriarcha cum lampadibus in atrium deſcendebat*. Verum addit Balſamon, quoſdam etiam antocephalos Archiepiſcopos, ex eis tamen, qui nulli Patriarchae ſubderentur, puta Cypri, aut Bulgariae, ſed ſub ſe Epiſcopos haberent, hoc ab Impp.lampadis praeſerendae privilegium impetraſſe. Vide de hac re Thomaſſ. lib.2. cap.57. n.8., ac de more lampadum ejuſmodi Cangium v. *Lampadarii*, ac Fabrett. inſcript. domeſticar. fol. 335.

Pag.240. lin. ult. poſt vocem addictiſſimo: adde, ſive potius Johanni de Nicephoro ejuſdem Urbis Epiſcopo, ejuſque &c.

TYPORUM ERRATA.

PAg. 3. lin. 16. & Protodiaconi. dele &.

Ibid. lin.ult. Metrochitae. leg. Metochitae.

Pag.5.l.19. Thracerins leg. Thraceſius.

Pag.6.l.21. Extatacceclos leg. Exccataccelos.

Pag.7. l.7. *σὺς πρωτως* leg. *σὺς πρώτοις*. l. 14. Commenus leg. Comnenus. l.29. *Πρωτοσίβαστος* leg. *Πρωτοσεβάστου*. l. 30. *Πανυπερσίβαστος* leg. *Πανυπερσεβάστου*.

Pag.8.l.10. ridendus leg. ridendum.

Ibid.in not. col. 1. l.12. noviſſiſimorum leg. rariſſimorum.

Pag. 10. in not. col. 2. l. 16. deſpanxiſſe leg. depanxiſſe.

Pag.11. in not. col. 1. l.1. Gromaricum leg. Gromaticum.

Pag. 13. in not. col. 1. l. 21. *ἐκκλήσιος* leg. *ἐκκλήσριος*.

Pag.14.l.12. hec eſt leg. hoc eſt.

Ibid.l.16. obſerventur leg. obverſentur.

Pag.15.in not. col.1.l.4. Porpgyrog. leg. Porphyrog. l.7. (65) leg. (66) l.9. (66) leg. (67).

Pag. 16. l. 13. Conſtantinum leg. Conſtantium.

Ib.in not. col. 1. l. 10. Maximino. adde, ſive Maximo l. 14. ad ann. 135. leg. 235.

Pag.17.l.1. celſiſſimis leg. ultimis.

Ibid in not. col. 2. l. 22. Scyllitanorum leg.Scillitanorum.

Pag.18 l.10. Juriſconſeltum leg. Juriſconſultum.

Pag.20. l.8. nomen; quamvis leg. nomen. Quamvis.

In not.col.1.l.26. litterae y. leg. litterae v.

Pag. 21. in not. col.1.l.26. commentaviis leg. commentariis.

Pag.23.in not.col.1. l.6. cap. 3. leg. cap. 5. l.9. ol. leg. fol.

Pag.25.in not. col.1.l.15. ind. 1. indict. 17. leg. epiſt. 1. indict.17. col.2.l.2. a Scholaſticis. leg. ex Scholaſticis.

Pag.26.in not. col.1.l.8. flloruit. leg. floruit.

Pag.27. l.27. voce leg. voces. in not. col.1.l.5. *Πανέκδυκος* leg. *Πρωτέκδικος*.

Pag.29.in not.col.1.l.15. C.de fabricatorib. leg. de fabricenſib.

Pag.32 in not. col.2. l.30. interpretetur leg. interpretatur.

Pag.34.in not.col.2.l.7. Porphirogenitus leg. Porphyrogenitus.

Pag.35. in not. col.2. l.18. n. 74. leg. adnot.73.

Pag.37.in not.col.1.lin.13. *& infra aliquando* Glicas leg. Glycas.

Pag.39.in not.col.1.l.21. Urb. leg. Orb.

Pag.40.l.22. coheret leg. cohaeret.

Pag.46.l.4. hereſim leg. haereſim.

Pag.47. l.21. conflatam conflatam dele ſemel.

Pag.48.l.9. pedagogis *& ſaepe* leg. paedagogis. In not. col.1. l. 18. nuncio leg. nutricio. l. 20. fat. 2. leg. fat. 3. l.22. lactare leg. lallare.

Pag.49.in not.col.1. l.22. *aureſt, u* leg. *aurai tu*.

Ibid.col.2.l.29.& 30. *neceſſarios rei* leg. *neceſſarii mei*.

Pag. 50. in not. col. 1. l. 13. Caeleſtino leg. Caeleſtinus.

Pag.51. in not. col.2. l.11. Zepherinum leg. Zephyrinum. l. 17. poenitentiam leg. poenitentiâ.

Pag.52. in not. col.2. l. 28. ut in leg. & in.

Pag.53. in not. col.1. l.12. Egyptiis leg.

Aegyptiis. col.2. l.19. ex malo leg. ex Malo.
Pag.54.in not. col.2. l.4. norma leg. nomen.
Pag. 57.l.2. hic leg. hinc.
Pag.60. l.17. Παπαῖ leg. Παπᾶ.
In not. col. 1. l. 57. Παπαδία leg. Παπαδίας.
Pag.61.in not. col.2.l.9. *Protopapa* leg. Protopapà.
Pag. 62. in not. col.1.l.10. RR. PP. leg. a RR. PP.
Pag. 64. in not. col. 1. lin. 13. Injurium leg. Injuriam.
Pag.65. lin.15. Διακόνων leg. Διακόνων.
Pag. 66. lin. 12. ſtructarum leg. ſtructurarum.
Pag.67.l.10. Euchologiis leg. Eulogiis. l.12. ocupabat leg. occupabat.
Pag.71.l.1. praeſeferebant leg. praeſeferebat.
Pag. 73. in not. col. 1. l. 16. Sareo leg. Sardo.
Pag.74.l.4. augerent leg. augeret.
Pag.75.l.11. confirmavit leg. confirmavitque.
Pag. 77. l. 17. ad quatuor leg. ab quatuor.
Pag. 78. l. 10. cnnſuetudinem leg. conſuetudinem.
In not. col.2. l.10. Antiocheca leg. Antiochena.
Pag.79.l.6. is leg. his.
Pag.80.l.15. Picentinus leg. Pientinus.
In not.col.1.l.6. praecedebant leg. procederent.
Pag.81.l.23. quâ leg. quam.
Pag.82.l.8. refert. leg. refert? l.22. tamen leg. tandem.
In not.col.2.l.13. Pontificem leg. Pontifices.
Pag. 83. in not. col. 1. l. 2. lib. ... leg. lib. 4.
Pag.84.in not.col.1.l.16. poſt illa verba *& camiſia* deſunt ſequentia: *potius adpellatur ab eod. Simeone de ſacr. ordinat. cap. 5. De eo vide Goar. ad Euchol. in ritu ordinationis Hypodiaconorum.*
Pag.85. l.4. benignus leg. Georgius.
In not. col.2.l.18. cap. ... leg. cap. 13.
Pag.87. l.1. [illegible] leg. [illegible]. lin. 12. Graecorum ἐξίο leg. Graecorum: ἰζίο.
Pag.88. in not.col.1.l.2. *& infra etiam.* Careſius leg. Coreſius. col. 2. l. 2. quas leg. quae.
Pag.89.l.4. Protobresbyterum leg. Protopresbyterum.
Pag. 90. l. 28. *καὶ ἐν Θείᾳ* leg. *καὶ ἐν τῷ Θείᾳ*. l. 32. cenſeor leg. cenſeo.
In not. col. 1. l.1. cap. 2. n.... leg. n. 3. l.2. cap. 2. n.... leg. cap. praecedenti n. 2. l. 3. cap. praeced. n.... leg. cap. praecedent. n. 3. col.2.l.1. cap. 3. n.... leg. cap. 3. adnot. 33.
Pag.91. l.25. Ramanae leg. Romanae.
Ibid. l. 1. *ſimul* leg. ſimiliter. Ab hac pag. ad tres ſeqq. in vertice. Caput V. leg. VI.
Pag.92. in not. col.1. l. 9. cnſueverunt leg. conſueverunt. col.2.l.32. undecimo leg. undecimâ.
Pag.93. in not. col.1.l.3. Melchiſis leg. Melchitis.
Pag. 97. l.1. in ſacri chori leg. in laevi Chori.
Pag. 98. l. 7. ac reliqui leg. ac fortaſſe reliqui.
Pag.99.in not.col.2.l.4. I. liturg. 25. leg. I. liturg. 15.
Pag.100.l.30. *ὑπογρ* leg. *ὑπηρ*.
Pag.101.in not. col.1.l.3. ſumerant leg. numerant.
Pag.102.in not.col.1.l.2. illas leg. illos.
Pag. 104.col.1.l.6. exercit. 15. leg. 16.
Pag. 105. l. 7. Synararium leg. Sinaxarium.
In not. col. 1. l. 18. conſtituto &c. leg. conſtitutos &c. col.2.l.10. adnot... leg. 69. l.3. *& ſaepe* II. pro 11.
Pag.106. in not. col.1. l.15. H. Rabanus leg. Hrabanus.
Pag.107. in not. col.2.l.2. *ὑπόκειντο* leg. *ὑπόκειντο*. l. 13. imponendi leg. imponentibus.
Pag.108.in not.col.1.l.23. ad ſaecul. leg. adhuc ſaecul. l.24. decet leg. docet.
Pag.109.l.27. at leg. &. l.28. & leg. at.
Pag.110.in not.col.1.l.2. 22. C. de Epiſcop. leg. 42. §. 9. C. de Epiſc. l.6. Pthochotropus leg. Pthochotrophus.
Pag.111. col.2. l.14. par. 3. cap. 6. leg. par. 3. exercit. 4. cap. 6.
Pag.112.in not.col.1.l.6. hunc leg. hanc. l. 19. referunt leg. referant. col.2. l. 18. offerri leg. efferri.
Pag.114. in not. col.2. l.2. adnot. 16. & intra cap. 8. adnot. ... leg. adnot. 13. & infra cap. 8. adnot. 66.

Pag.

Pag.115.in not.col.2.l.2. n. .. leg. n.12.
Pag. 116. l. 19. conſebantur leg. cenſebantur.
In not.col.1.l.2. intra. dele. l.3. cujus leg. ejus. l.4. Glſſario leg. Gloſſario. l. 11. *Protopapam* leg. Protopapas. l. 15. Phocha leg. Phoca. col.2.l.18. Laodicentis leg. Laodicenſis.
Pag.118.in not.col.2. l.14. ad ann. 991. leg. 901.
Pag.120.in not. col.1. l 2. n. 1. leg. n.4. col.2.l.10. *ſive manducabitis, ſive bibetis* leg. *ſive manducatis, ſive bibitis*.
Pag.119.l.5. Dionyſum leg. Dionyſium.
Pag.122.l.14. loeupletes leg. locupletes.
In not. col.1.l.5. Heterodiſis leg. Heteroclitis. l.7. cap. 3. leg. cap. 30. l.21. Curati leg. Curatii.
Pag.123.l.6. jamdium leg. jamdiu.
In not.col.1. l.6. ad ann.958. leg. 968.
Pag.124.in not.col.2.l.10. & pag. leg. & Pagium.
Pag.126.in not.col.2. l.12. recurrit l. recurrerit.
Pag.127. l.17. *Dommus* leg. *Domnus*.
In not.col.1. l.7. adnot. 41. leg. 40.
Pag.125. a l.8. ad 13. omnia ſunt verba Codini.
Pag.129.l.16. unicuique leg. unicuique.
Pag. 130. in not. col. 1. l. 2. capitis leg. capitiis.
Pag.132. in not. col.2. l. 2. Humaniſſim leg. Humaniſſime.
Pag. 133. l. 6. Latinis leg. a Latinis.
Pag.134.in not. col.1. l.29. ignitatis leg. dignitatis. col.2. l.2. Haſtenus leg. Haeſtenus.
Pag.136.l.10. facit leg. fecit.
In not. col.1. l.17. & 19. & ſaepe alias S. pro 5. col.2. l.8. poſt hanc vocem Goar. deſunt ſequentia : *ad Euchol. pag.43. edit. Pariſ.* 1647. *Montfaucon. Paleograph.* pag. 34. *edit. Pariſ.* 1708. *Cangius in Gloſſario*.
Ibid.l.14. Bonavroſius leg. Bonarrotius.
Pag.137. in not. col.1. l.11. ἀπὸ χρὶ δὶς πτύζ leg. ἀπὸ σὲ δὶς, χρὶ πτύζ.
Pag.140.in not. col. 1. l. 10. Tricarienſi leg. Tricaricenſi. col.2.l.4. cap. ... leg. cap. 21. l. 5. Eraſmus Chiliad. leg. Eraſmus in Chiliadib.
Pag.141.in not.col.2.l.4. δίουν leg. δίφν.
Pag.142. l.8. δευτερὼν leg. δευτερεύων. l. 17. Deuterareus leg. Deuterarius.

In not. col.1. l.7. & 14. Πρεσβύτερ. leg. Πρεσβύτερος. l.7. Δευτεραίρος. l. 15. Δευτεραμος leg. utrobique Δευτερέριος. l.15. ... leg. ἐν τῷ ...
Pag. 145. l. 21. πληρώσαν leg. πληρώσαι.
Pag.146.& ſeq. frequenter Brutii leg. Bruttii.
Pag.148.in not. col.1. l.6. Bodataus leg. Rodataus.
Pag. 149. l. 11. & infra etiam Narſethe leg. Narſete. l. 12. petеſtate leg. poteſtate.
In not.col.2.l.7. adde in fine *Cancellarii Lucaniae, & Bruttiorum*.
Pag.150.in not.col.2.l.4. ſaeculo II. leg. ſaeculo XI.
Pag.152.in not.col.2.l.6. diverſi. leg. diverſis. l.21. ann. 886. leg. 886. lin.3. *Tauremenium* leg. Tauromenium.
Pag.155.in not.col.1.l.14. Luciferus leg. Lucifer.
Pag.156. in not.col.2.l.33. Panormorum leg. Panormum.
Pag.158.in not. col.2.l.8. Θω leg. ΘΕΩ. l.11. vide leg. vides. l.22. Hieracenſ. leg. Hieracienſ. l.28. ΠΟΙ leg. ΠΟΙΗΕΙΝ. l.30. HEIN. dele.
Pag. 159. in inſcription. l. 2. KHI' leg. KAI.
Ibid. col.2.l.23. Reinexium leg. Reineſium. col.3.l.5. anno 6392. leg. annô 6592.
Pag.160.in not.col.2. l.22. atores leg. ſatores.
Pag. 161. l. 11. craedendae leg. credendae.
Pag.165. in not.col.1. l.5. *plene* leg. plane. l.7. Cibyrreotarum leg. Cibyrraeotarum.
Pag.166. in not.col.1. l.34. Oecunenici leg. Oecumenici. l.26. Synodum leg. Synodo.
Pag.169. l.31. iateat leg. lateat.
Pag. 175. l. 14. Syracuſanum leg. Catanenſem.
Pag. 178. in not. col. 2. l. 18. illum leg. illud.
Pag.184.in not.col.2.l.9.& 10. *Dirizipatorum, ſive Meſſenens* leg. *Drizipatorum, ſive Meſenes*.
Pag. 190. l.2. Bevegius leg. Beveregius.
Pag.195.l.4. ὁ Καρύκιον leg. ὁ Καρύκιων. l. 6. Αιώπων leg. Αιώπων. l. 11. Paleocaſtri leg. Palaeocaſtri.
Pag.201.in not.col.2.l.18. εχρα leg. εχρα. l.19.

l.19. *Conſcritus* leg. *Conſcriptus* .
Pag.202. in not. col. 2. l.1. ἀσυςάτω leg. ἀσυςάτω .
Pag.205.l.11. ergo . dele . l.14. At qui leg. Atqui .
Pag. 207. l. 12. calabria leg. Calabria . l. 15. tutiſſimdm leg. tutiſſimum .
Pag. 209. in not. col. 1. l.1. ſcilicet leg. Scilicet . l.12. Archiepiſcopi &c. leg. omnia ſunt verba Theodoſii .
Pag.211.l.21.CↃICLV. leg.CIↃCLV.
Pag.213.in not.col.2.l.2. ipſe leg. ipsò .
Pag.221.l.3.libertate leg.liberalitate.
Pag. 224. in not. col.2.l.15. corruptô AnonyAi leg. corruptâ Anonymi .
Pap. 226. in not. col. 1. l. 5. habent leg. habet .
Pag.230.l.16. Erantemanilia leg. Grentemanilia .
In not.col.2. l.15. Vide leg. vide .
Pag.242. in not. col.1. l.31. an. 1092. n. 1. leg. an. 1090. à n. 1.
Pag. 248. l. 19. graece leg. graecae .
Pag. 251. l. 18. ejuſque leg. eique .
Pag.255.in not. col.2.l.27. fol. 345. leg. 545.
Pag.261.l.7. reintegratôque leg.redintegratôque .
Pag. 276. in not. col. 1. l. 5. adnot. 14. leg. 86.
Pag. 278. l. 17. Rogeril leg. Regii .
Pag. 279. in not. col. 1. l.10. meam leg. in eam . l. 11. laudat leg. laudavi .
Pag. 283. l. 21. Arbs leg. Arabs . l.23. ſecundus leg. ſecundum .
Pag. 284. l. 26. moratus eſt leg. mortuus eſt .
Pag. 285. in not. col. 1. l. 15. ultimus ut leg. ultimus eſt .
Pag. 292. l. 22. velle leg. vellem . l.27. in ceterorum dele in .

ANT 13170 3P

XIII
D
S

Digitized by Google

Digitized by Google

7625

Digitized by Google